me beatorum spirituū. cui tunc as
sociari speramꝰ. interna puritate
mutue dilectōis si diuine laudatio
nis dona quibus in futuro vacarē
cupimꝰ. etiam in p̄senti sectemur
discāmꝰ cum apostolo dicere. no
stra cōuersatio in celis est. vnde
etiā saluatorem expectamꝰ dn̄m
nostrum ihesum xp̄m. Illi namq̄
saluatorem ad iudicium venientē
cū gaudio expectāt. qui se ad eiꝰ
volūtatem celestē in terris vitam
egisse meminerūt. Dat autem eci
am fragilibꝰ nobis ac minus pfe
ctis magnā spem pcipiende salu
tis. ipse cōditor ⁊ saluator noster
qui pro nostra cōfirmatiōe fragi
lis apparēs. mox ore cōsono mili
cie celestis. bone nostre voluntati
dona sue ppetue pacis promisit.
ihesus xp̄c deus ⁊ dominꝰ noster.
qui viuit ⁊ regnat cū patre. in vni
tate spūssancti. p omnia secula se
culoꝝ Amen.

In eadem sancta nocte
Scđm Lucam.

nillo tēpore Pastoēs lo
quebantur
adinuicē. Transeamꝰ vsq̄ bethle
em. ⁊ videamꝰ hoc verbū quod fa
ctum est. qđ dominꝰ ostendit no
bis. Et reliq̄. Omel' venerabilis be
de p̄sbiteri.

Ato in bethleē domīo sal
uatore. sicut sacra euāge
lij testat historia. pasto
ribus qui i regione eadē erant vi
gilantes. ⁊ custodiētes vigilias
noctis sup gregē suum. angelus
autē domini mḡna cum luce appa
ruit exortūq̄ mundo solē iusticie
nō solum celestis voce sermonis
verū etiam claritate diuine lucis
astruxit. Nusq̄ enim in tota vete
ris testamēti serie reperimus ange
los. qui tam sedulo apparuere pa
tribus. cū luce apparuisse. sed hoc
priuilegiū recte hodierno tempo
ri seruatū est. quādo exortum est
in tenebris lumē rectis corde. mise
ricors ⁊ miserātor dominꝰ Verum
ne parua vniꝰ angeli videret au
ctoritas. postq̄ vnus sacramentū
noue natiuitatis edocuit. statim
multitudo celestiū agminū. que
gloriā deo caneret. pacēq̄ simul
hoībus p̄dicaret affuit aperte de
mōstrans. quia per hanc natiui
tatē. homines ad pacē vnius fidei
spei. ⁊ dilectōnis. atq̄ gloriā diui
ne laudacōnis essent cōuertendi
Significāt autē mistice pastores
isti gregū. doctores quosq̄ ac recto
res fideliū animarū. Nox cuius vi
gilias custodiebāt. sup gregē su
um. picula temptationū indicat.
a quibus se suosq̄ subiectos. om
nes qui pfecte vigilant. custodire
nō desistunt. Et bene nato domīo
pastores sup gregem vigilant Il
le etenim natus est qui dicit. Ego
sum pastor bonꝰ. Bonus pastor.
animā suam dat pro ouibꝰ suis.

Sed ⁊ tēpus imminebat· quo idē
pastor sūme bonus· missis in mū
dū pastoribꝰ· oues suas que lon
ge lateq̧ dispse errabāt. ad sem
p virentia celestis vite pascua re
uocaret· Quorū summo pastori p̄
cepit· Si diligis me inquit· pasce
oues meas· Qđ aperiens ait· con
firma fratres tuos Et factū est vt
discesserūt ab eis angeli in celum
pastoēs loquebātur ad inuicem
Trāseamus vsq̧ bethleem· et vi
deamus hoc verbū· quod factum
est· quod fecit dominꝰ· ⁊ ostēdit
nobis· Et venerunt festinātes· et
inuenerūt mariam ⁊ ioseph ⁊ in
fantem positū in presepio· Pasto
res quidem illi· felici gaudio festi
nauerūt videre quod audierāt· ⁊
quia ardēti amore quesierūt· con
tinuo saluatorem quē quesierūt
inuenire meruerūt· sed intellectua
lium pastores gregū ymo cūcti fi
deles· qua mētis industria· xp̄m
querere debeāt· dictis pariter suis
ostenderūt ⁊ factis Transeamꝰ in
quiūt vsq̧ bethleem· ⁊ videamus
hoc verbū quod factū est· Trāsea
mus ergo ⁊ nos fratres carissimi
cogitando· vsq̧ bethleem ciuitatē
dauid· ⁊ recolamꝰ amando· qđ in
ea verbū caro factū est· atq̧ eiꝰ in
carnatiōem dignis celebremꝰ ho
noribus Trāseamꝰ abiectis cō cu
piscēcijs carnalibus· toto mētis
desiderio vsq̧ bethleem supernā· id
est domū panis viui· nō manu fa
ctā· ꝫ eternā in celis· ⁊ recolamꝰ
amādo· quia verbū caro factū est
Illuc carne ascēdit· vbi in dexterā
dei sedet· Illuc euz tota virtutū in
stantia seq̄mur· ⁊ sollicita cordis
⁊ corpis castigatiōe procuremꝰ·
vt quem illi in p̄sepio videre vagi
entem· nos in patris solio merea
mur videre regnātem· Et videamꝰ
inquiūt· hoc verbum qđ factū est
Qm̄ recta ⁊ pura fidei sancte cōfes
sio In principio erat verbū· ⁊ ver
bū erat apud deū· ⁊ deus erat ver
bū Hoc verbum natū ex pr̄e non
factū est· q2 creatura deus nō est·
In q̄ natiuitate diuina· videri ab
hominibꝰ non potuit· sed vt videri
possꝫ· verbum caro factū est· ⁊ ha
bitauit in nobis· Videamꝰ ergo
aiūt hoc verbum qđ factū est· q2
anteq̄ factum essꝫ· hoc videre neq̄
uimus· Qđ fecit dn̄s· ⁊ ostendit
nobis· qđ incarnari fecit dn̄s· et
p hoc visibile nobis exhibuit· Et
venerūt festinantes· ⁊ inuenerūt
mariā ⁊ ioseph· ⁊ infantē positū
in p̄sepio Venerūt pastores festi
nantes· ⁊ inuenerūt dn̄m hoiem
natū simul· ⁊ eiusdeꝫ natiuitatis
mīstros: festinemꝰ ⁊ nos fratres
mei· nō passibꝰ pedum· sed bono
rum profectibꝰ operum· videre eā
dem glorificatā humanitatē cum
eisdē ministris· digna seruitutis
sue mercede remunerātis· festinēmꝰ
videre illuꝫ in dextra patris· ac sua
maiestate fulgētem· festinemus
inq̄ Nam tanta beatitudo· non cū
desidia aut torpore querēda· sed
alacriter sunt xp̄i sequenda vesti
gia· Nam ipē cursum nostrū data
manu iuuare desiderat· delectat̄q̧
audire a nobis· Trahe me p⁹ te·

curremus in odore vngētorum tu
orum. Cicius ego virtutum gressi
bus sequamur. vt mereamur cō
sequi. Nemo tardet cōuerti ad do
minū. nemo differat de die in di
em. ipsum per ōnia precantes. vt
gressus nostros dirigat. ſm elo
quium suum. ⁊ nō dominetur no
stri omnis iniusticia. Videtes au
tem. cognouerūt de verbo. quod
dictum erat illis de puero hoc. Et
nos fratres dilectissimi que dicta
sūt nobis de saluatore nostro. deo
vero ⁊ homine. interim pia fide p
cipere. plena dilectiōe festinemꝰ
amplecti. vt hoc in futuro pfectē
cognicōnis visu comprehēdere va
leamus. Hec etenim sola ac vera
est beatorum. nō solum hominū.
sed ⁊ angelorū vita faciem perpē
tuo sui eternē creatoris quā deside
rabat ardenter psalmista qui di
cebat. Sitiuit anima mea. ad deū
viuū. quando veniam ⁊ apparebo
ante faciem dei. Cuius solius visi
one. non autem vlla terrenarū re
rum affluētia. desiderium suum sa
ciari posse signauit. cum ait. saci
abor dum manifestabitur gloria
tua. Verum quia nō ociosi. ac de
sides. sed virtutum operibus insu
dātes. diuina cōtemplatione sūt
digni. sollicite premisit. Ego autē
cum iusticia apparebo. in cōspectu
tuo. Videntes ergo pastoēs. cog
nouerūt de verbo. qd dictum erat
illis de cristo. quia visio dei. cogni
cio eius est: ⁊ hec ē sola beata ho
minis vita. ipso testante ac dicen
te. qui nos patri commēdans di

cit inter alia. Hec est autem vita
eternā. vt cognoscant te esse so
lum ⁊ vnū deum. ⁊ quem misisti
ihesum xp̄m. Et omnes qui audie
runt mirati sunt. ⁊ de hijs que di
cta erant. a pastoribus ad ipsos
Nō celauere silencio pastores ar
chana. que diuinitꝰ agnouerant
sed quibuscūq; potuere dicebant
quia ⁊ spirituales eccie pastores.
in hoc maxime sūt ordīati. vt ver
bi dei misteria predicent. et mira
que in scripturis didicerint. mirā
da suis auditoribus ostendant.
Nō solum autem pastoēs. episco
pi. presbiteri. ⁊ dyacones. vel eci
am rectores monasteriorū sunt in
telligēdi. sed ⁊ omnes fideles. qui
vel paruule sue domꝰ custodiam
gerūt pastores recte vocātur. inq̄
tum eidē sue domui sollicita vigi
lantia presūt. Et quicūq; vestrum
saltem vni aut duobus fratribꝰ
quotidiano regimie p̄est. pasto
ris eiꝰdem debet officiū implere
quia inq̄tum sufficit pascere hos
verbi dapibꝰ iubetur. Imo vnus
quisq; fratres qui eciā priuatus
viuē creditur. pastoris officiū te
net. ⁊ spiritalē pascit gregem. vi
giliasq; noctis custodit super illū
si bonorū actuum cogitationūq;
mūdarum. sibi aggregās multi
tudinē. hic iusto moderāmine gu
bernare. celestibus scp̄turarū pa
scuis nutrire. ⁊ puigili sollercia.
contra immūdorum spirituum in
sidias. seruare contendit. Maria
autem cōseruabat omnia verba
hec. cōferens in corde suo. Maria

virginal' pudicitie iura custodi
ens secreta xpi q̄ noueāt. nemini
diuulgare volebat: sed ipsum qn̄
vellet hec a quō vellet diuulgari:
reuerenter expectabat. Ipsa autē
secreta eadē. ore tacito. vigili tam̄
corde sedula scrutabat᷑. Et hoc est
quod ait conferens in corde suo. Cō
ferebat quippe ea q̄ acta videbat
hijs q̄ agēda legerat Videbat nā
q3 se de stirpe dauid ortam. i naza
reth de spū scō filiū dei concepisse Le
gerat in pphꝫeta. Exiet virga de ra
dice yesse. et nazare9 de radice ei9
ascendet. a reqēscet sup eū spirit9
dn̄i. Legerat. et tu bethleem effra
ta. paruulus es in milib9 iuda. ex
te mihi egredietur. qui sit dn̄ator i
israhel. et egressus eius ab inicio
a diebus eternitatis. Videbat se
in bethleem peperisse dn̄atorem
israhel. qui eternus ex patre deus
ante secula natus est. Videbat se
virginem concepisse. peperisse filiū
a vocasse nomen eius ihesū. Lege
rat in pphꝫetis Ecce virgo concipiet a
pariet filiū. et vocabit᷑ nomen ei9
emanuel. Legerat. bos cognouit
possessore m suū. a asinus presepe
dn̄i sui Videbat dominū positum
in presepi. quo bos a asin9 solent
nutriendi aduenire. Meminerat
sibi dictum ab angelo. Spirit9 sā
ctus superueniet in te. et virtus al
tissimi obumbrabit tibi Ideo q3 a
q8 nascet᷑ ex te scūm vocabit᷑ fili9
dei. Legerat modū natiuitatis ei9
nō nisi angelo reuelante potuisse
cognosci. dicente ysaya. Genera
tionē eius q̄s enarrabit. Legeāt

et tu turris gregis nebulosa filie
syon. vsq3 ad te veniēt. a veniet po
testas pma regnū filie ihꝫerusalez
Audiebat āgelicas virtutes que
sūt filie supne cītatis. apparuisse
pastorib9. in loco q̄ a cōuentu pe
corū antiqtus turris gregis voca
bat᷑. et ē vno miliario ad orientē
bethleem. vbi et nunc tria pasto
rum illorū monumēta i ecc̄ia mō
strant᷑ Nouerat tunc venisse i car
ne dn̄m. cui vna a eterna ē cu3 pa
tre potestas qui regnū daret ecce
filie. s. celestis ihꝫrusalem. Confere
bat ergo beata maria ea q̄ fiēda
legeāt. hijs que iam facta cogno
uit. non hec tn̄ ore promens. sed
clauso seruans in corde. Et reuersi
sūt pastores glorificātes a laudā
tes deū. in oībus que audierāt a
viderāt: sicut dictū est ad illos. di
scam9 a nos fratres carissimi ad
contemplacōe3 dn̄ice dispensatiōis
qua nobis subuenire dignatus ē
semp ad agendas beneficijs eius
grās reuerti. Si ei illi. sola adhuc
natiuitate ei9 cognita. reuersi sūt
glorificantes a laudātes deum in
oībus que audierant a viderant.
quanto magis oportet nos: q̄ to
tam incarnationis illi9 seriem ex
ordine cognouim9. qui sacramē
tis illi9 imbuti sumus. in omībus
gloriā eius ac laudē. non solū ver
bo. ꝫ etiā factis predicare. neq3 vn
q̄ obliuisci Quod ideo deus homo
nat9 est. vt nos ad imagine3 a si
militudinē sue diuinitatis renascē
do reficeret. Ideo baptisat9 aq̄. vt
ad nostroru3 ablucōem scelerum

oīm fluenta secūda tēt aquarū Jō
temptat⁹ in heremo. vt vincendo
nobis vincēdi periciā virtuteq̄z tri
bueret. Jdeo mortuus: vt mortis
destrueret imperiū. Jdeo surrexit.
et ascendit in celū: vt nobis resur
gendi a mortuis. atq̄z in celestib⁹
ppetuo regnādi spem exemplūq̄z
preberet. Pro quib⁹ singuli reuer
si ad intuitū pijssime dispensatio
nis eius. glorificem⁹ et laudemus
ipsū deū ac dn̄m nostrum ihesum
christum. qui viuit et regnat. cū
patre in vnitate spūs sācti. p om
nia secula seculorū Amen
Jnicium sci euangelij Scdm Jo.

n pricipio erat ver
bū. et verbū erat apud deū. et deus
erat vbū. hoc erat i pn̄cipio apd
deū. Omnia p ipsū facta sūt et sine
ipso factum ē nihil. Qd factū est
in ipso vita erat. Et vita erat lux
hoim. et lux i tenebris lucet. et tene
bre eā non cōprehenderūt. Fuit ho
mo missus a deo cui nomē erat io
hānes. Hic venit i testimoniū vt
testimoniū phiberet de luce. et reli
qua. Omelia venera. bede presbi.

Via tempalem mediato
ris dei et hoīm. hoīs ihesu
xp̄i natiuitatē. q̄ hodier
na die facta ē scōꝝ verbis euange
listarū. mathei viz et luce manifes
tatā cognouim⁹ Libet ec de verbi
et diuinitatis eius eternitate. in q̄
patri manet semp eq̄lis. beati io
hannis dicta pscrutari. q̄ singula
ris p̄uilegio meruit castitatis. vt
ceteris alti⁹ scripture cōditorib⁹ di
uinitatis ipsi⁹ capet simł et patefa
ceret archanū. Neq̄z ei frustra in
cena. supra pect⁹ dn̄i ihū. recubuis
se phibet. sȝ p hoc typice docet. q̄a
celestis haustū sapie. ceteris ex
cellenti⁹ de sctissimo eiusdē pecto
ris fonte potauerit. Vn̄ et merito
in figura q̄tuor aialiū. aq̄le volan
ti cōparat. Cūctis quippe auibus
aq̄la celsi⁹ volare. cūctis aiantib⁹
clarius solis radijs infigē cōsue
uit obtutus Et ceteri euangeliste
quasi in terra ambulāt cū dn̄o. q̄
temporalem eius generacōē. pa
riter et tpalia facta. sufficiēter ex
ponētes: pauca de diuinitate dixe
runt. Hic aūt quasi ad celū volat
cū dn̄o. qui p pauca de tpalibus
eius actis edisserens. eternā diui
nitatis eius potenciā. p quā oia
facta sunt. sublimi⁹ mente volādo
et limpidius speculādo cognouit
ac nobis cognoscenda: scribendo
contradidit. Ergo alij euāgeliste
xp̄istū ex tpe natum describūt.
iohēs eundē in principio fuisse te
stat dicēs. Jn principio erat ver
bū. Alij inter hoies eū subito ap
paruisse cōmemorāt ille ipsū apd
deū sp fuisse declarat dicēs. et ver
bum erāt apud deū. Alij eū verū
hominē: ille verū confirmat esse
deū dicens. Et deus erat verbum
Alij hominem eū apud homines
temporaliter conuersatum: ille de
um apud deū. in principio manē
tem ostendit dicens. Hoc erat in
principio apud deū. Alij magna
lia que in hoie gessit phibent: ille
quod oēm creaturā visibilem et

inuisibilem· ꝑ ipsū deus pater fe
cerit ostēdit dicens· Omnia ꝑ ipsū fa
cta sunt ⁊ sine ipso factū est nihil
Et mire beatus iohannes in inicio
euāgelij sui· de diuinitate saluato
ris ⁊ fidem recte credentium· subli
miter imbuit: ⁊ hereticorū ꝑfidiā
potenter exsuperat· Fuere namq̄
heretici· ꝗ dicerent· Si ergo natus
est xpristus· erat tempus qn̄ ille nō
erat Quos primo sermone redar
guit cū ait In principio erat ver
bum Neq̄ vero ait· In principio
cepit verbū esse· vt videlicet eum
nō ex tpe ortū· ſ in exortu tempo
rum existentē· ac ꝑ hoc sine vllo
temporis inicio· de patre natū mō
straret: iuxta quod ipse loquitur in
prouerbijs· Dn̄s possedit me ini
cio viarū suaꝝ· antequā quicquā face
ret a principio: ab eterno ordina
tus sum· Item fuerūt heretici· qui
tres sancte trinitatis ꝑsonas esse
negātes: dicerent· Idem deus qn̄
vult pater ē· quando vult filius ē
quando vult spiritussanctus est:
ipse tamen vnus est· Quorū destru
ens errorem subiungit Et verbū
erat apud deū· Si enī alius apud a
lium erat· duo sūt perfecto pater
⁊ filius· ⁊ nō ipse vnus· modo pa
ter modo filius· modo etiā spiri
tussanctus est· quasi mutabilis sit
diuine substācie natura· cū aper
tissime· iacobus dicit apostolus· Apud
quē non ē transmutatio· nec viciſ
situdinis obumbratio· Item fuere
quidā praui dogmatis auctores·
qui xp̄m hominē tantū ꝯfitentes
deum prorsus esse non crederent·

Quos ꝯsequēter opprimit: cū ait·
Et deus erat verbū· Fuere alij· ꝗ
deū quidem illū· ſ ex tempore icar
nationis factū· non aūt eternūm
ante secula natū a patre putarēt
vnde quidā taliū dixisse ꝯmemo
ratur· Non inuideo xpristo deo fa
cto· qm̄ ⁊ ego si volo: possum fieri
ſm ipsū· Et horum nefandā refel
lit sentenciam euāgelista: cū ait·
Hoc erat in principio apud deū
⁊ hoc verbū quod deus ē· non ex
tempore cepit: sed in principio in
quit erat verbū· deus apud deum
Item fuere veritatis inimici· qui
christū ⁊ ante partū virginis fu
isse· iam non negarent· non tam̄
natum ex patre deū· sed factum a
patre· ⁊ ideo minorem patre: ꝗa
creaturam crederent· Etiā hos dā
nat euangelicus sermo· qui dicit
Omnia ꝑ ipsū facta sunt· ⁊ sine ip
so factum est nihil Si enim nihil
creaturarum sine ipso factum est
patet profecto· quia ipse creatuā
non est: per quem omnis creatuā
facta est· Et ne quis audiens fac
tam per dominum creaturā· mu
tabilem eius crederet voluntatē·
quasi qui subito vellet facere crea
turam· quā ab eterno nunquā an
te fecisset· manifeste docet euāge
lista· Factam quidem in tempore
creaturā· sed in eterna creatoris
sapiencia· quando ⁊ qualis crea
retur semper fuisse dispositū· Et
hoc est quod ait· Quod factum ē
in ipso vita erat· ꝗ quod factū in
tempore· siue viuum· siue vita ca
rens apparuit· omē hoc i spiritali

factoris ratione· quasi sp vixerat
et viuit· non q coeternum ē crea
tori· quod creauit· s quia coeter
na ē illi ratio voluntatis sue· in q̃
habuit ab eterno ⁊ habet· q̃d et
qñ crearet· qualiter creatuz gub
net vt maneat· ad quē finem sin
gula que creauit pducat Sequit
Et vita erat lux hoim· Quo verbo
apertissime docet· q ipsa vitalis
ratio p quam oia disposita sunt ⁊
regunt· non oēm creaturam· sed
rationabilem tantum; vt sapere
possit illumiat· Homines namqꝫ
qui ad ymaginem dei facti sunt· p
cipere sapientiā possunt: aīalia
non possunt· Sed ⁊ animalis qui
cunqꝫ ē homo: non pcipit ea que
sunt spirit9 dei Vnde bene cū dixis
set· Et vita erat lux hominuz sub
iunxit· ⁊ de hijs q̃ ab humane cō
ditionis honore· procul receden
tes· cōparati sunt iumentis insipi
entibus: ⁊ similes facti sunt illis·
atqꝫ ideo recte veritatis lumie pri
uant· Et lux i tenebris lucet· et te
nebre eam nō ɔprehenderūt· Lux
quippe hoim est xp̄us· q omnia
q̄ illuminari merent corda hoim
sue presentia cognicōis illustrat·
Tenebre aūt stulti sunt ⁊ iniqui
quorum ceca precordia lux eterne
sapiencie· qualia sint manifest e
cognoscit· q̃uis ipsos radios e
iusdem lucis· nequaq̄ per intelli
genciā capē possint· veluti si qui
libet cecus iubare solꝭ obfundat
nec tñ ipse solem cuius lumie pfun
ditur aspicit· Sȝ nec tñ tales om
nino supna pietas despexit· verū

medelam eis salutis· qua ad vidē
dam lucem puenire possent adhi
buit· Ipsa lux inuisibilis· ipsa dei
sapientia carne in q̄ videri posset i
duta est que in hoīs habitu appa
rens ⁊ loquens hoībus paulatiz
fide purificata eorū corda· ad cog
nitionē sue diuine visionis proue
heret· Missus ē ante illum· homo
magni meriti· cui9 testimonio pa
rarentur oēs· ad audiendaȝ mox
vt appareret ipsam dei sapientiaȝ
ad videndum ipsū solem iusticie
nube iam corporis tectū· ⁊ ad vidē
dum audiendumqꝫ hoiem· qui de
us esset: plenū gracie ⁊ veritatis
Fuit inquit homo miss9 a deo· cui
nomen erat iohannes Hic venit
in testimonium· vt testimonium
phiberet de lumine· vt oēs crede
rent p illuz· Non ait vt omēs cre
derent in illum· maledictus enim
homo qui confidit in homine ⁊ po
nit carnem brachium suum· sed
vt omnes crederent per illum· hoc
est per illius testimonium crede
rent in lucem· quam necdum vide
re nouerant· dominū videlicet ihe
sum christum· qui de seipso testa
tur Ego sum lux mundi Qui sequi
tur me non ambulat in tenebris
sed habebit lumen vite· Sequitur
Non erat ille lux: sed vt testimoni
um perhiberet de lumine Erat lux
vera que illuminat omnem homi
nem venientem in hunc munduz
Et sancti quidem homines· lux sūt
recte vocati· dicente ad eos domi
no Vos estis lux mundi ⁊ aposto
lo paulo· Fuistis aliqñ tenebre:

nunc aūt lux in dn̄o. sed multum
distat inter lucem q̄ illuminatur.
et lucem que illuminat inter eos.
qui participatione vere lucis ac
cipiūt vt luceant. ⁊ ipsam lucem
ꝑpetuam. que non solū lucere in
seipsa. sed sua presentia quoscun
q; attigerit illustrare sufficit Ad
cuius ꝯparationez vere lucis. nō
tantū minores quilibet electi. verꝫ
etiam ipse iohannes. quo maior
inter natos mulierū non surrexit
lux non esse asserit̄. vt videlicet
xp̄s non esse quod putabat̄ mō
stretur. Jlle enim vt scriptum est
erat lucerna ardens et lucens. Ar
dens .s. fide et dilectione. ⁊ lucens
verbo ⁊ actione. Graciam vero lu
cis peccatoribꝰ infundere solius ē
eius: de quo dicitur. Erat lux vera
que illuminat omnem hominem
venientem in hunc mundū. om
nem videlicet. qui illuminat̄. siue
naturali ingenio. siue sapiencia
diuina. Sicut enim nemo a seipō
esse. ita etiaz nemo a seipso sapi
ens esse potest: sed illo illustrāte
de quo scriptum est. Omnis sapi
entia a domino deo est. Cuiꝰ vtrā
q; naturam ⁊ diuinā scilicet. qua
semꝑ vbiq; totus manet. ⁊ hūa
nam. ex qua in tempore natus. lo
co inclusus apparuit. consequent̄
describit euangelista dicens. Jn
mundo erat. ⁊ mundus ꝑ ipsum
factus ē: ⁊ mundꝰ eum nō cogno
uit. Jn propria venit. ⁊ sui eū non
receperunt. Jn mundo quippe erat
⁊ mundꝰ ꝑ ipsum factus ē. quia
deus erat. ꝙ totꝰ vbiq;. ꝙ sue pre
sentia maiestatis. sine labore re
gens. et sine onere ꝯtinens quod
fecit. Et mundus eū nō cognouit
ꝙ lux i tenebris lucet. et tenebre
eam non ꝯprehenderūt. Mundū
namq; dicit hoc loco. hoīes mūdi
amoē deceptos. atq; inherēdo cre
ature ab agnoscēda creatoris sui
maiestate reflexos. Jn ꝓpria veit
ꝙ in mūdo. quē ꝑ diuinitatē fecit
per humanitatē apparuit. Jn pro
pria venit. ꝙ in gente iudea. quā
sibi p̄ ceteris nationibus speciali
gracia copulauerat: incarnari di
gnatus ē. Jn mundo ergo erat. ⁊
in mundū venit. Jn mundo erat ꝑ
diuinitatē: in mundum venit ꝑ in
carnationē. Venire quippe vel ab
ire humanitatis ē. manere diuini
tatis. Quia ergo cū in mūdo esset
ꝑ diuinitatē. mundꝰ eum non cog
nouit dignatus est venire in mū
dum per humanitatem. vt vel sic
eum mundus cognosceret Sed vi
deamus quid sequitur. Jn ꝓpria
venit. ⁊ sui eū non receperunt Quē
enī in potencia deitatis cuncta cre
antem regentemq; non cognoue
rant. ipsum in carnis infirmitate
miraculis coruscantem recipe no
luerunt. Et quod est grauius. sui
eum non receperunt. homines sci
licet quos ipse creauit. Judei quos
peculiarem sibi elegerat in plebez
quibus sue cognitionis reuelaue
rat archanū. quos mirificis pa
trum glorificauerat actis. quibꝰ
sue legis doctrinā ꝯtulerat. ex qui
bus se incarnandū ꝓmiserat. et i
quibꝰ se incarnatū vt promiserat

ostendit· ipsi eũ recipere veniẽtẽ
ex magna parte recusarunt· neq̃
enĩ eum omnes recusarunt· alio
quin nullus esset saluus· ⁊ super
uacua esset eiꝰ incarnatio· Nũc ãt
multi eũ ex vtroq̃ populo· nõ cre
dendo re puerũt· multi credẽdo re
ceperũt· de quibꝰ euãgelista conse
quenter insinuat dicens Quotq̊t
aũt receperũt eũ· dedit eis potesta
tem filios dei fieri: hijs qui credũt
in noĩe eius· Consideremus frẽs
carissimi· q̃ta gracia redẽptoris
nostri· q̃ magna sit mł'titudo dul
cedinis eius· Vnicus ẽx patre na
tus est: et noluit remanere vnus
descendit ad terram· vbi fratres
sibi quibꝰ regnum patris sui da
re posset acquireret· Deus ex deo
natus est· et noluit dei tantũ filiꝰ
manere· Hominis quoq̃ filiꝰ fie
ri dignatus est nõ amittens qđ
erat· vt per hoc homines in dei fili
os transferret· glorieq̃ sue faceret
coheredes· qui quod ipse semper
habebat ꝑ naturaꝫ· inciperẽt ha
bere per graciam· Consideremus
quanta est virtus fidei· cuius me
rito potestas datur hominibus·
filios dei fieri· Vnde bene scriptuꝫ
est: q̃ iustus ex fide viuit· Viuit
enim iustus ex fide· non illa que
labiorum tantũ confessione pro
fertur: sed ea que ꝑ dilectioneꝫ o
peratur Alioquin fides si non ha
beat opera· mortua ẽ in semetipa
Nullus seipsum despiciat· nullus
de sua salute desperet· Curramus
omnes· curramus et nos singuli
vt qui eramus longe· mereamur

fieri prope ĩ sanguine xpristi Vi
deamus quod dicitur· quia quot
quot receperunt eum· dedit eis po
testatem filios dei fieri Quotquot
inquit receperunt· Non est enĩ ꝑ
sonarũ acceptor deus· sed in om
nĩ gente que timet deum ⁊ operatᷣ
iusticiam· acceptus est illi· Quo
autem ordine credẽtes filij dei pos
sint fieri· ⁊ q̃tum hec generatio a
carnali distet· subsecutus euange
gelista designat· Qui non ex san
guinibus inquit· neq̃ ex volunta
te carnis· neq̃ ex voluntate viri: ſꝫ
ex deo nati sunt· Carnalis quippe
nostra singulorum generatio· ẽx
sanguinibus· idest ex natura ma
ris ⁊ femine a complexu coniugij
duxit originem At vero spiritalis
generatio· spiritus sancti gracia
ministratur· quaꝫ dominus a car
nali distinguens ait· Nisi quis re
natus fuerit ex aqua ⁊ spiritu san
cto nõ potest introire regnum dei
Quod natum est ex carne: caro ẽ·
et quod natum est ex spiritu· spi
ritus est Verum ne quis hominũ
dubitet· filium se dei ⁊ coheredem
christi posse fieri· dat exemplum
euangelista· quia et ipse filiꝰ dei
homo fieri· ⁊ inter homines habi
tare dignatꝰ est· vt humane par
ticeps existẽdo fragilitatis· homi
nes diuine virtutis sue donaret es
se participes· Et verbum caro fac
tum est· ⁊ habitauit in nobis qđ
est dicere Et filius dei· homo factꝰ
est: ⁊ inter homines conuersatus
est· Solet namq̃ scriptura· modo
anime· mõ carnis vocabulo· totũ

designare hominem. Anime vide licet. vt scriptum est. quia descen dit iacob in egiptum in animabꝫ septuaginta. carnis vero vt rursꝰ scriptum ē. et videbit omnis caro salutare dei. Neqꝫ enim vel anime sine corporibus. ⁊ in egiptum de scendere. vel caro sine anima vidē aliquid potest. sed hic per animā totus homo. ibi signatur per car nem. Sic ergo hoc loco quo dicit̄ Et verbum caro factum ē. nichil a liud debet intelligi. ꝙ si diceretur. et deus homo factus ē. carnem vi delicet induendo ⁊ animam. vt si cut quisqꝫ nostrum vnus homo constat ex carne ⁊ anima. ita vnꝰ ab incarnationis tempore. xp̄us ex diuinitate carne et anima con stet. deus ab eterno in eternuꝫ exi stens verus vt erat. hominem ex tempore assumens in vnitatē sue persone verum quem non habu erat. Sequitur. Et vidimus glori am eius. gloriam quasi vnigeniti a patre. plenum gracie et verita tis. Gloriam xpristi quam ante i carnationem videre non poterāt homines. post incarnationem vi derunt. aspicientes humanitateꝫ. miraculis refulgentē. ⁊ intelligen tes diuinitatem intus latitantem illi maxime qui ⁊ eius claritatem ante passionem transfigurati. in monte scō contemplari meruerūt voce delapsa ad eum huiuscemo di a magnifica gloria. Hic ē filius meus dilectus. in quo mihi bene complacui. ⁊ post passioneꝫ resur rectionis. ascensionis qꝫ ipsiꝰ glo

ria conspecta: spiritus eius dono mirifice sunt refecti Quibus omni bus manifeste cognouerunt. ꝙ huiusmodi gloria nō cuilibet san ctorum. sed illi solum homini. qui esset et in diuinitate vnigenitꝰ a pa tre ꝯueniret. Quod autem sequit̄ Plenum gracie et veritatis. Gra cia plenus erat idem homo xp̄s ihesus. cui singulari munere pre ceteris mortalibus datum est. vt statim ex quo i vtero virginis cō cipi. ⁊ homo fieri inciperet. verus esset ⁊ deus Vnde ⁊ eadem glorio sa semp virgo maria. non solum hominis xpristi. sed ⁊ dei genitrix recte credenda ⁊ confitenda ē. Idē veritate plenus erat et ē. ipsa vi delicet vbi diuinitate. que hoiem il lum singulariter electum. cui quo vna xpristi persona esset assume re dignata est non aliquid sue di uine substancie. vt heretici volūt inficiendam hominis naturam commutans. sꝫ ipsa apud patrē manens totum quod erat. totaꝫ de semine dauid naturam. veri ho minis quam nō habebat suscipi ens. Vnde oportet fratres carissi mi. vt qui hūanam redemptoris nr̄i natiuitatē hodie annua deuoti one recolimus. ⁊ diuinam parit̄ ⁊ hūanam eius naturaꝫ. non an nuo sꝫ cōtinuo semp āplectamur amore. diuinā. p quā creati sumꝰ cum nō essemꝰ. humanā p quaꝫ recreati sumꝰ. cum pditi essemus Et quidē diuini conditoris nostri virtus. sine assumptione huma nitatis. nos recreare erat ydonea

hũana aũt eiusdẽ redemptoris nr̃i infirmitas. sine assumente se. et inhabitante in se. et operante per se diuinitate. nos recreare nequit Atq₃ ideo verbũ caro factum ẽ. et deus homo factus ẽ. et habitauit i nobis. vt p cognatum nob hõis habitũ nobis cõuersando cõgruẽ nos alloquendo instruere. nobis viuendi viam prebere. pro nobis cõtra hostem cõfligere. nr̃ã mortem moriendo ac resurgẽdo posset destruere. p coeternã vero patri diuinitatẽ nos interi⁹ viuificãdo. ad diuina sustolleret. remissionẽ nobis pctõrũ. pariter et spũssancti dona cõcederet. et post donorũ pfectionẽ operũ. non solũ nos ad vidẽdam gloriã clarificate sue pduceret humanitatis. sed et incõmutabilem nobis essenciã sue diuine maiestatis ostẽderet. in qua viuit et regnat cũ patre in vnitate spiritussancti. per oĩa secula seculorũ.

De sancto stephano. Lectio sci euangelij Secũdum matheũ

In illo tempore dicebat ihesus turbis iudeorũ. et principibus sacerdotũ. Ecce ego mitto ad vos pphas et sapientes et scribas. et ex illis occidetis et crucifigetis. et ex eis flagellabitis in synagogis vestris Et reliqua. Omelia beati Jheronimi presbiteri

Hoc qd antea dixerã. vos implete mensuram patrũ vestrorũ ad psonã dñi ptinere. eo q occidendus esset ab eis. pt̃ et ad discipulos eius ẽferti. de qbus nũc dic̃ Ecce ego mitto ad vos pphetas et sapiẽtes et scribas et ex illis occidetis et crucifigetis. et ex eis flagellabitis in synagogis vestris. et persequimini de ciuitate i ciuitatẽ. vt cõpleatis mẽsurã patrũ vestrorũ. Simulq₃ obserua iuxta apostolum scribentẽ ad corinthios. varia dona esse discipulorum xp̃i. alios pphetas qui ventura predicant. alios sapientes. qui nouerunt quando debebant proferre sermonẽ. alios scribas in lege doctissimos Ex quib lapidatus ẽ stephanus. paulus occisus. crucifixus petrus. flagellati in actib⁹ apl'orum discipuli. et persecuti eos sunt de ciuitate in ciuitatem. expellentes de iudea. vt ad gentium populũ transmigrarent. vt super vos veniat oĩs sanguis iustus. qui effusus ẽ sup terram a sanguine abel iusti vsq₃ ad sanguinẽ zacharie filij barachie quem occidistis inter templum et altare De abel nulla ẽ ambiguitas quin is sit. quẽ cayn frater occiderit. Justus aũt non solum ex dñi nunc sentencia. sed ex genes testimonio cõprobatur vbi accepta ei⁹ a deo narrant munera. Queritur quis sit iste zacharias. fili⁹ barachie. q multos legimus zacharias Et ne libera nob tribuat erroris facultas. quẽ occidistis inter templũ et altare Jn diuss diuersa legi. et debeo singulorũ opiniones expone. Alij zachariã filium barachie dicũt. q̃ in duodecim pphetis vndecimus est. patris q

nomē in eo ↄsentiat. Sed vbi occi
sus sit inter templū ꝛ altare. scrip
tura nō loquit᷑. maxime cū tempo
ribus eius vix ruine fuerint. Alij
zachariā patrē iohānis intelligi
volunt. ex quibusdam apocrifoꝝ
somnijs approbantes. quod ꝓpte
rea occisus sit. ꝙ saluatoris pre
dicaret aduentū. Et hoc quia de scrip
turis nō habet auctoritatē. eadez
facilitate cōtemnitur qua proba
tur. Alij istum volunt esse zacha
riam qui occisus est a ioas rege
iudee inter templuz et altare sicut
regum narrat hystoria Sed obs
uandum. ꝙ ille zacharias nō sit
filius barachie. sed filius ioiade
sacerdotis Vnde ꝛ scriptura refert
Non fuit recordatus ioas patris
eius ioiade que sibi fecisset bona.
Cum ergo zachariam teneamus
ꝛ occisionis consentiat locus. que
rimus quare barachie dicatur fi
lius ꝛ non ioiade. Barachia ī no
strā lingua benedictus domini di
citur. et sacerdotis ioiade iusticia
hebreo nomine demōstratur. In
euangelio quo vtuntur nazareni
pro filio barachie. filium ioiade
scriptum reperim⁹. Simpliciores
fratres inter ruinas templi ꝛ alta
ris siue in portarum exitibus que
siloā ducunt. rubra saxa mōstrā
tes zacharie sanguine putant es
se polluta Non condemnamus er
rorem qui de odio iudeorum ꝛ fidei
pietate descendit. dicamus breui
ter quare sanguis abel iusti. vsqꝫ
ad sanguinem zachaie filij bara
chie ab illa generatione querat᷑.

cum neutrum eorum occiderit. Re
gula scripturarum ē duas generā
tiones ponere. bonorum vel malo
rum. hoc ē singulorum singulas.
De bonis sumamus exēpla Quis
ascendet in montē domini. aut q̄s
requiescet in monte sancto eius.
Cumqꝫ plures qui ascensuri sunt
in montem dn̄i descripsisset. q̄ di
uersis fuere etatibus. postea in
fert. Hec ē generatio querentium
dominū: querentiuz faciem dei ia
cob. Et in alio loco de omībus scīs
Generatio iustoruz benedicet᷑. De
malis vero vt ī presēti loco. gene
ratio viperarū. et requirent᷑ oīa
a generacōe ista. Et ī ezechiele cū
peccata terre descripsisset. sermo ꝓ
pheticus adiecit. Si noe ꝛ iob et
daniel ibi fuerint inuenti non di
mitti peccata terre illi. Omnes iu
stos qui similes forent virtutib⁹
eorū noe ꝛ iob ꝛ daniel volens in
telligi. Ergo ꝛ isti. quia similia capn
ꝛ ioas cōtra apostolos gesserint
de vna generatione esse asserunt᷑
Iherusalem iherusalem. que occi
dis ꝓphetas ꝛ lapidas eos qui ad
te missi sunt. Quociens volui ↄgre
gare filios tuos. quemadmoduz
gallina congregat pullos suos sub
alas ꝛ noluisti. Iherusalem non
saxa ꝛ edificia ciuitatis. sed habi
tatores vocat quam patris plan
git affectu. sic in alio loco legim⁹
ꝙ videns eam fleuerit. In eo aūt
ꝙ dicit. quociens volui cōgrega
re filios tuos. omnes retro ꝓphe
tas a se missos esse testatur. Gal
line qꝫ similitudinem ↄgregātis

sub alas suas pullos suos. in can
tico deutronomij legim⁹ Sicut aq̄
la protegit nidum suū. ⁊ sup pul
los suos desidet. expandens alas
suas suscepit eos. ⁊ tulit sup pen
nas suas. vbi contuenduz. Quia
sicut gallina oua aliena calefacit
educat ⁊ nutrit. sic ecclesia ex mł
tis gentibus congregatos. hoīes
gracia spiritus scī refouet. Porro
ale ecc̄ie sācti doctores ⁊ principes
intelligendi sunt Sed querit̄ quō
dicat. quotiens volui congregaē
cū ꝓpheta dixeit. Oīa q̄ dn̄s voluit
fecit Hoc est. volui ex mea: sed no
luistis ex vestra pte. Ecce relinque
tur vobis dom⁹ vestra deserta. hoc
ipsum et ex psona iheremie ante
iam dixerat. Reliqui domuz meā
dimisi hereditatē meam. facta est
mihi hereditas mea quasi spelun
ca hiene. Hiena bestia ē que noc
tu cadaverib⁹ mortuorū viuit. et
de sepulchris solet effodē corpo
ra. nihilq3 ē immūdicie qua non
vescit̄. Talis ē israhel offendens
dn̄m. oīm bestiaꝝ morib⁹ tradit⁹
deserta iudeorū dom⁹ v. ⁊ ciuitas
⁊ templū illud qd ante fulgebat
angusti⁹ oculis comprobat̄. qui
habitatorē xpristū pdiderunt. ⁊
hereditatē pripe gestientes. oc
ciderunt heredem. Aliter. Nunc ve
stra ē non mea que duduz dom⁹
mea vocabat̄. deserta vero. in vin
dicta crucis dicit̄. q2 non solum a
uis illius oīpotentis. quā mathe
us hic gallinaz nuncupat alis ꝓ
tegi despexit. sed eandem se ꝓtegē
tem herodi ⁊ pylato crucifigēduz

tradidit. dico eñi vobis. nō me vi
debitis amodo donec dicatis. Be
nedictus q̄ venit in noīe dn̄i. Ad
iherusalem loquit̄ ⁊ ad populum
iudeorū Versiculū āt istuz. quo et
paruuli atq3 lactantes. in ingres
su iherusalem dn̄i saluatoris vsi
sunt. turbe qn̄ dixerunt. Benedic
tus qui venit in noīe dn̄i. osanna
i excelsis sumpsit de centesimo sep
timo decimo psalmo. qui manife
ste de dn̄i aduētu scriptuz est. Et
quod dicit. nō me videbitis amo
do. hoc vult intelligi Nisi penitēciā
egeritis ⁊ confessi fueritis ipsum
esse me. de quo ꝓphete cecinerunt
filiū omnipotētis patris: meā fa
ciem nō videbitis Habēt iudei da
tum sibi temp⁹ penitēcie. Confite
antur benedictuz. qui viuit in no
mine domini ⁊ xpristi ora conspi
cient.

Lectio sancti euangelij Scdm
Matheum

In illo tempore dice

bat ihesus turbis iudeoruz ⁊ prin
cipib⁹ sacerdotum Ecce ego mitto
ad vos ꝓphetas ⁊ sapientes ⁊ scri
bas. ⁊ ex illis occidetis ⁊ crucifige
tis. ⁊ ex eis flagellabitis in syna
gogis vestris. Et reliqua. Omelia
Herici.

Vangelice hui⁹ lectionis
intellect⁹. supiori narrati
oni herere videt̄. Supra si
quidē redemptor noster. scribas
⁊ phariseos plurimis increpatō
nibus obiurgasse. atq3 inter cete
ra dixisse phibetur Ve vobis scri

de ⁊ pharisei. qꝛ edificatis monu
menta ꝓphetarum ⁊ dicitis. Si fu
issemus in diebus patrū nostro
rum non essem⁹ in sanguine ꝓphe
tarū socij eorū Atq; post pauca. ⁊
vos inquit implete mensuraʒ pa
trum vestrorū. Quod ē dicere Que
illi min⁹ fecerūt vos supplete. Illi
occiderūt seruos: vos dn̄m crucifi
gite Illi homines: vos deuʒ Et qua
si ad hec illi possent obicere Non
habem⁹ modo ꝓphetas quos occi
damus adiungit. Ideo ecce ego
mitto ad vos ꝓphetas et sapien
tes ⁊ scribas ⁊ ex illis occidetis ⁊
crucifigetis ⁊ ex eis flagellabitis
in synagogis vestris: ⁊ ꝑsequimi
ni de ciuitate in ciuitatē. Prophe
te hic apostoli appellant̄. qꝛ ꝑ do
num spiritussancti. futurorum ha
bebant noticiam. Ipsi sunt sapiē
tes corde. quia sermonem profer
re nouerūt. in tempore oportuno.
Ipsi scribe. quia legem dei descrip
tam hn̄t ꝑ spiritū sanctū in cordi
bus suis. Et ex illis ergo occiderūt
iacobū fratrem iohis. ⁊ ipsum io
hannūbaptistā. lapidauerūt ste
phanē. crucifigerūt petrū. flagel
lauerūt duodecim aplos. quādo
ibant gaudentes a conspectu cōci
lij. qm̄ digni habiti sunt hec pro
nomine domini pati. ⁊ ꝑsecuti sūt
eos de ciuitate in ciuitatem Vt nō
recepti ab eis iuste ad gentes mi
grarēt. vt veniat sup vos omnis
sanguis iustus qui effusus est su
per terram. a sanguine abel iusti
vsq; ad sanguinem zachaie filij
barachie. quē occidistis inter te
plum ⁊ altare. Requirendum cur
sanguis oim̄ iustoꝝ. a sang̃ne a
bel vsq; ad sanguinem zacharie
ab vna iudeorū generacōe requi
rendus predicat̄. cū neutrū eorum
constet ab illis occisum Et certe in
numerabiles martires. tam in ve
teri q̄ i nouo testamento legim⁹
quos illi nō interfecerūt Sed mo
ris ē scripturaꝝ. duas tantum ge
neracōes. bonorū. s. ⁊ malorū texe
re de bonorum siquidem generati
one dictum est. generacō rectorū
benedicetur. Et hec est generacō
querentium dn̄m At contra de re
probis dicitur. gemmina vipera
tum. ⁊ generatio praua atq; per
uersa. Vniuersi ergo reprobi qui ī
malicia similes sunt. in vna gene
racōe ꝯputant̄. et omēs sancti ex
diuerso. q̄ se in virtutib⁹ imitan
tur. vna generatio esse dicuntur
Querendū rursus. quis sit iste za
charias. q̄ occisus inter templum
⁊ altare memoratur. Et quidē alij
istū zachariā opinātur illū ipsum
esse. q̄ in ordine ꝓphetarum vndeci
mus ponit̄. Sed licet in eo patris
nomē non ꝯsentiat. qꝛ. s. filius ba
rachie cognominat̄. tamen quō
inter templum et altare occisus sit
non apparet. presertim cū tempo
rib⁹ illius vix ruine templi substi
terint. Alij hunc zachariā patrem
iohānis intellexerunt. asserentes
qꝛ ꝓpterea a iudeis occisus sit. qꝛ
aduentum saluatoris prenūciaue
rit. Sed hunc nos zachariā intelli
gim⁹ sine dubio. quem ioas rex iu
de inter templū ⁊ altare interfecit

sicut in regū historia scriptū est. Et non ē recordatus ioas inq̄t patris sui ioiade. sed interfecit filiuꝫ eius q̄ se eripuerat de morte et in templo septē annis abscōdite nutrierat Sꝫ querit̄ cur hic barachie dicat̄ filiꝰ. cū in prefata historia filiꝰ ioiade asserat̄ Quod ita soluitur. Barachia nāqꝫ benedictꝰ dn̄i dr̄. ioiada iusticia interp̄tat̄. q̄ ḡ iusticia plenus ē. benedictꝰ dn̄i rectissime potest appellari. Vnꝰ ergo idemqꝫ homo. iuxta nominis interpretationem. et ioiada ⁊ barachias eque potest intelligi. Potuit etiā fieri vt ipse barachias binominus fuerit. ⁊ sit altero noīe appellatus ioiada. sicut ⁊ matheus euangelista vocatus ē leui. Itē querendum cur dixerit a sanguine abel vsqꝫ ad sanguinem zacharie. a iudeis sanguinem prophetarū exquirendum. Cur enim a sang̃ne abel dixerit. mirum non ē. cur vero vsqꝫ ad sanguineꝫ zacharie querendum est. cū multi post eū extiterint martires Ad quod dicēdum qꝛ ꝑ hos duos. quoruꝫ alter in campo. alter occisus est in templo: duo ordines martirum designantur. Per abel quideꝫ qui in cāpo occiditur layci. ꝑ zachariam vero q̄ in templo necatur. hij qui ex sacerdotali dignitate. ad martirij prouecti sunt palmā figurant̄ Ideo aūt hos duos tantum nominatim posuit. qꝛ ambo innocētes ⁊ nulla iusta causa existente interfecti sunt. ambo sacerdotes. ambo pastores. ille ouium. iste animarum. Et sicut ille interfectus ē a fratre suo in agro. ita ⁊ iste a ꝯsobrino ⁊ collectaneo suo in tēplo Quē occidistis inq̄t inter templū ⁊ altare. Duo erant altaria i templo vnū incēsi interiꝰ. alterū holocaustorū exteriꝰ inter quod ⁊ templū zacharias ē interemptꝰ. vel inter templū ⁊ altare .i. inter ꝯsensuꝫ populi ⁊ sacerdotū. quorum alij ꝑ tēplum. alij ꝑ altare signantur Postremo quid ē q̄d in euāgelio vel ep̄lis. abel speciāli testimonio iusticie honorat̄. Profecto qꝛ decebat illuꝫ priuilegio quodā tanto cognoīe decorari. q̄ tribꝰ preclaris virtutibꝰ typum xp̄i in se excellentissime pretulit. fuit enī virgo sacerdos ⁊ martir. Inter tot et varias opiniones de zacharia quinā fuerit. qm̄ ad liquidum veritas historie scrutari nō posset: recurrendum ē ad allegoriā. Hic enī est vnicus exitus earū rerū. que in sancto euangelio dicta tantū. nō aūt facta legunt̄. ꝑ abel designantur omnes sancti qui fuerūt ab inicio mundi. vsqꝫ ad passionem xp̄i ⁊ redemptioneꝫ humani generis quod ipsa nominis interpretacō demonstrat. Interpretatur enim luctus. vapor. fumiculus. vel fumiculatio significans sanctos passionem dn̄i precedētes. qui considerantes se exuleꝫ. et a beatitudine paradisi deiectos in luctu ⁊ meisticia erāt. et presentē vitam tanq̄ fumidā ⁊ transitoriā ꝯtemnētes. ad sortē ⁊ funiculū eterne hereditatis quantocius properabant.

Zacharias vero sig̃ficat sanctos a passione domini vsq3 ad finem seculi. Interpretatur enim zacharias memoia domini. siue memorans vel recordans domini. eos dẽ significans sanctos. qui considerãtes se sui domini passione redemptos eum semp in memoria habẽ ac condignas graciarũ actiões illi agere studẽt. Hic zacharias occisus est inter templum ⁊ altare. Altare designat araȝ dominice crucis. in qua singularis ille agnus ꝓ salute humani generis deo patri oblatus ẽ. templuȝ vero exprimit ingressuȝ rḗgni celestis. ad qd̕ omnes sancti pacto iudicio intraturi sunt. Inter templum ergo et altare passus esse dicitur. q̃ vt dictum ẽ eos designat. qui a tempore dominice passionis. vsq3 ad ingressum regni celestis. vel passi ł passuri sunt. Iherusalem iherusalem que occidis ꝓphetas et lapidas eos qui ad te missi sũt Quod nomen ciuitatis iherusaleȝ in geminando replicat ⁊ repetit. nõ saxorum ruinam. sed populi ꝑditionem deplangit Que occidis inq̃t prophetas. vt ysayam quem serra lignea viuentem. per medium secuerũt. ⁊ amos quem similiter transmisso vecte ꝑ timpora infandissime necauerũt ⁊ ceteros. quos diuersis ⁊ pene innumerabilibꝰ referunt̃ vexasse supplicijs Et lapidas eos qui ad te missi sũt. vt naboth iustũ virũ. ⁊ iheremiam prophetam in egipto. sicut ephiphanius cypriꝰ testatur Quociẽs volui congregare filios tuos ⁊ sepe volui quemadmoduȝ gallina cõgregat pullos suos sub alas. et noluisti Ponit galline similitudinem que circa pullos tanta affectione ducitur vt pro eis ipsa quoq3 infirmetur. ipsa etiam raucitate vocis exprimente affectũ magne ɔpassionis. Qui ergo alibi herodem vulpem vocat. recte se hic galline similat. vt enĩ vulpes gallinis vorandis iuges pretendit insidias. sic herodes rep dẽtoris nr̃i necem sitiens. plerisq3 nimibꝰ odijs insectando infestabat. Cuiꝰ seuicia inde potissimum claret quod cum pylatꝰ ad eius iudiciũ xp̃m dñm misisset. ille euȝ spreuit cũ exercitu suo ⁊ illusit. Hoc etiã genus animãtis. cui se redemptor noster comparat. qd̕ in ceteris difficiliꝰ inuenit̃ alis suis pullos ꝓtegit. ⁊ contra miluuȝ se erigit. Sȝ ⁊ mat̃ nostra ⁊ dei sapientia. que cristꝰ est. per carnis susceptioneȝ infirmata quodãmodo pro nob. sicut apostolus ait. qd̕ infirmuȝ est dei fortius ẽ hominibꝰ. protegit infirmitateȝ nostrã. ⁊ resistit dyabolo ne nos in interitũ rapiat In qua tamen defensione qd̕ gallina contra miluum conat̃ affectu. hoc aduersũ dyabolũ ꝑficit potestate Si aũt gallina ꝑ significacõem deus intelligitur. due ale eiꝰ. moyses et aaron. qui eduxerũt populum de egipto seu zorobabel vel esdras et neemias ac ihesus filius yosedech duces. q̃ eduxerũt eos de babilone. et sub quibꝰ idem populꝰ

israhelitic⁹ de diuersis captiuitati
bus ē liberat⁹ vel ꝯgregat⁹ Quid
aūt ē quod dicit· quociēs volui ⁊
noluisti Nun q̄d hūana volūtas
voluntati dei preualet· cū scriptū
sit· oīa quecūqꝫ voluit fecit· Ad
hoc dicendū· qꝛ liberū arbitriū de
us homini ꝯtulit· ꝓpter quod dic̄·
volui ⁊ noluisti Ac si dicēt· Ex me
a parte volui· ſꝫ tu ex tua noluisti
Aliter· Ego quidem volui· ⁊ quod
volui etiam te nolente feci Illa er
go filios quidem suos ab illo col
ligi noluit· sed ea quoqꝫ nolente·
filios ei⁹ collegit ipse quos voluit
Ecce relinquet̄ vobis dom⁹ vestra
deserta· Domuꝫ iudeorū vel ciuita
tem iherusalem· quā iuxta euāge
listā nidū vocauerat· vel āgustuꝫ
in ea templū sigͣficat· quod p̄muꝫ
quidē merito īfidelitatis eorū a deo
desertum ē· clamantib⁹ euangeli
cis potestatib⁹ Transeamus ab
hijs sedib⁹· deinde in vindictā cru
cis dn̄ice· romanis vastantib⁹· ⁊
tanq̄ꝫ vacuū nidū diripiētib⁹ cun
ctis suis habitatoribus ē destitu
tum· Dico autē vobis· Non me vi
debitis amodo· donec dicatis· Be
nedict⁹ qui venit in noīe dn̄i· Hoc
de futuro tp̄e· propinquante ad
iudiciū dn̄o dictum· qn̄ ad predi
cationem helye et enoch· iudei cō
uersi ad fidem xp̄istuꝫ domini be
nedictum· non voce tantum· sed ⁊
operibus proclamabūt· Nā post
q̄ꝫ hoc dominus dixit· nō legim⁹
iudeos huiuscemodi ꝯfessioneꝫ in
eius laudem ꝓtulisse· Postea eī
hoc dixit qn̄ intrauit in templum
cū laudibus turbarum· hunc ip
sum versiculum in laudem xp̄i vt
supra narratū ē decātatū· Habēt
igit̄ iudei temp⁹ penitencie sibi da
tum· vt si voluerint cōfiteri xp̄ūm
dei patris filiū benedictuꝫ in noīe
dn̄i· faciem illius intueri merean
tur ⁊ potenciam diuinitatis eius
intellectualibus oculis conspicere
⁊ equalem patri credere Tunc au
tem benedictuꝫ illū in noīe patris
proclamabunt· cum predicacōne
helye ⁊ enoch percepta· vt dictuꝫ
est fidem eius recipient ⁊ gloriā
predicabūt· impleto apl'i vatici
nio· qꝛ cū plenitudo gentiuꝫ intra
uerit· tunc oīs isrl' salu⁹ erit Hijs
de lectione euāgelica ꝓut posse fu
it premissis nouerimus· qꝛ beati
stephani p̄mi martiris festiuita
ti quā colim⁹· nō solū veneracōeꝫ
debem⁹: ſꝫ ⁊ imitacōeꝫ· Hunc enim
primū dn̄s ihesus p⁹ suam passio
nem ꝓ se pati voluit· cui⁹ dilectōeꝫ
etiā circa inimicos inuictā nobis
oībus imitabilem sanxit Sꝫ hūc
cur primū martirem vocam⁹ ante
quē milia paruuloꝝ passa fuisse
pro redemptore nouim⁹· Merito
certe in nouo testamento· prim⁹
martir dicitur· quia primus oīm
p⁹ dn̄i predicationem· passioneꝫ
ac resurrectionem· per effusioneꝫ
sanguinis meruit palmam ꝯseq̄
sup̄ne retributionis· atqꝫ ad coro
nam suo ⁊ nominī ⁊ labori dedica
tam ꝑtingere· prestāte eodeꝫ dn̄o
nostro ihesu xp̄o· qui cum patre ⁊
spiritusancto viuit ⁊ regnat ꝑ oīa
secula seculorum

de sancto Johē ap̄lo et euange
gelista. Lectio scī euāgelij Secūdm
Johannem

[I]n illo tēpore dixit

Jhesus petro. Sequere me. Con
uersus petrus vidit illū discipu
lū quē diligebat ihesus sequētē
q̄ et recubuit ī cena sup pect᷒ eius
et dixit. dn̄e quis est qui tradet te
Et reliqua. Omelia beati augusti
ni episcopi.

[N]On parua q̄stia ē cur ap̄lo
petro qū se tercio manife
stauit discipulis dixerit
dn̄s. Sequere me. de ap̄lo iohan
ne Sic eū volo manere donec veni
am: quid ad te? Huic questioni
q̄tum ipse donauerit. siue ptrac
tande. siue soluende. sermonē desi
derijs vestris fratres impendim᷒
Cū ergo pronūciasset dn̄s petro
qua morte clarificaturus esset deū
dicit ei: sequere me. Cōuersus pe
trus vidit illū discipulū quē di
ligebat ihesus sequentē qui et re
cubuit in cena sup pect᷒ eius. et di
xit. dn̄e quis est q̄ tradet te. Hūc
ergo cū vidisset petr᷒ dicit ihesu.
dn̄e hic aūt quid? dicit ei ihesus
Sic eū volo manere donec veniā
Quid ad te? Tu me sequē. Exijt
ergo sermo iste inter fratres. q̄a
discipulus ille nō moritur. Et nō
dixit ei ihs. q̄ nō morit̄. sed sic eū
volo manere donec veniam. quid
ad te? Ecce quousq̧ in hoc euāgeli
o extendit̄ questio. que sua pfun
ditate nō mediocriter mentē scru
tantis exercet Cur enī dicit petro
sequere me. nec dī ceteris. q̄ simꝉ
aderāt. et pfecto eū sicut magistꝝ
discipuli sequebant̄. Sꝫ si ad pas
sionē intelligēdū ē. nunq̄d solus
p xp̄iana veritate passus ē petr᷒.
Nonne ibi erat ī illis septē. ali᷒ fi
li᷒ zebedei frater iohīs. q̄ post ei᷒
ascensionē. ab herode manifesta
tur occisus? Verū aliq̄s dixerit
qm̄ non ē iacob᷒ crucifix᷒. merito
dictū esse petro. seq̄re me. q̄ nō so
lum mortē: sꝫ et mortē cru cis sicut
xp̄s expertus ē. Sit hoc. si nihil ali
ud q̄d sit cōuenienti᷒ poterit inueni
ri. Cur ergo de iohē dictū ē. sic eū
volo manere donec veniā. q̄d ad
te. et repetitū ē. tu me sequē. tanq̄
ille ideo nō sequeret̄. qm̄ eū manē
voluit donec veniret. Quis facile
aliud dictū esse credat. q̄ q̄d credi
derant q̄ nūc erāt. eo q̄. s. nō esset
discipul᷒ ille moritur᷒. sed donec
ihesus veniret. ista maneret ī vita
Sꝫ hāc opinionē iohēs ipē abstu
lit. nō hoc dixisse dn̄m apta cōtra
dictione declarās. Cur enī subiū
geret. nō dixit ihs nō morit̄. nisi
ne hoīm cordib᷒ quod falsū fueāt
inhereret. Sꝫ cui placet adhuc rēsi
stat et dicat verū esse q̄d ait iohā
nes nō dixisse dn̄m. q̄ discipulus
ille non morit̄. sꝫ hoc tantū siḡfica
tum esse talib᷒ verb. qualia eum
dixisse narrauit. et asserat iohēm
viuere. atq̧ in illo sepulchro ei᷒.
quod ē apud ephesū dormire poti
us eū q̄ mortuū iacere contendat
Assumat in argumentū quod il
lic terra sensim scatere. et q̄si ebulli
re phibetur. atq̧ hoc ei᷒ anhelitu

fieri· siue ↄstanter siue p̄ticulariť
asseueret· Nō enī possunt deesse q̄
credant· si nō desunt· qui etiā moy
sem asserāt viuere· qꝛ scriptum ē
eius sepulchrū non inueniri· et
apparuit cū dn̄o in monte· vbi et
helyas fuit· quē mortuū legimus
nō esse· sed raptū· quasi moysi cor
pus nō potuerit alicubi sic abscō
di· vt prorsus hoies lateret vbi es
set· atq; inde ad horā diuinitus ex
citari· qn̄ cū xp̄o helyas ⁊ ipse sūt
visi· sicut ad horam multa sancto
rum corpora surrexerūt· qn̄ passꝰ
est xp̄us· ⁊ post eius resurrectōez
apparuerūt multis· in sancta sic
scriptum ē ciuitate· Sed tn̄ vt dice
re ceperam· si quidā moysen mor
tuum negant· quē scriptura ipsa
licet sepulchrū eius nusq̄ꝫ inueni
ri legimus· mortuū tn̄ esse· sine vl
la ambiguitate testatur· quanto
magis iohannes· ex istorū occasi
one verborū· vbi dn̄s ait· Sic eū
volo manere donec veniam· credi
tur viuus dormire sub terra· quē
tradunt qꝛ etiam in quibusdam
scripturis q̄ꝫuis apocrifis reperiť·
quando fieri sibi iussit sepulchꝝ
incolumem fuisse presentē· eoq;
effosso ⁊ diligentissime preparato·
ibi se tamq̄ꝫ in lectulo collocasse·
statimq; fuisse defuncto similem·
Vt aūt isti putant q̄ hec verba do
mini sic intelligunt· non defunctū
sed defūcto similem cubuisse· ⁊ cū
mortuus putareť· sepultū fuisse
dormientem· ⁊ donec xp̄istus ve
niat sic manere: suamq; vitā sca
turigine pulueris indicare· q̄ pul

uis creditur· vt ab imo ad super
ficiē tumuli ascēdat flatu quiescē
tis impelli· Huic opinioni superua
caneū existimo reluctari Viderint
enī qui locū sciunt· vtrum hoc ibi
faciat vel patiatur terra quod di
qꝛ reuera nō a leuibꝰ hominibus
id audiuimꝰ Interim cedamꝰ opi
nioni quā certis documētis repel
lere non valemꝰ· ne rursus aliud
quod a nobis queratur exurgat
Cur sup humatum mortuū· ipsa
humꝰ quodāmodo viuē ac spira
re videať· Sꝫ numq̄ꝫ hic tanta sol
uiť questio· si magno miraculo q̄
lia potest facere oīpotens tamdiu
viuēs corpꝰ in sopore sub terra ē
donec veniat terminꝰ seculi: quin
imo fit amplior et difficilior· cur
discipulo· quē pre ceteris dilige
bat ihesus intantū· vt sup̄ pectus
eius discūbere mereretꝫ p magno
munere longū in tp̄e donauerit
somnū· cū beatū petrum· p ingen
tem martirij gloriā· ab onere ipsi
us corporis solueret· eiq; cōcesse
rit· qđ aplus paulus se ↄcupisse
dixit ⁊ scripsit: dissolui ⁊ esse cū
xp̄isto· Si āt quod magis credi
tur· ideo sanctus iohānes ait nō
dixi. in pectore eius nō erat. In h⁹
vero centurionis domū non intra
uit ꝫ pectus possedit. Zacheus ve
ro dn̄m ⁊ domo suscepit ⁊ animo.
H⁹ tamen fides in humilitate lau
dat͛. Dixit enim Non sum dignus
vt sub tectū meum intres. Et dn̄s
Amen dico vobis: non inueni tan
tam fidē in israhel ꝯm carnem. Et
iste iam israhelites erat ꝯm spm̄.
Venerat domin⁹ ad isrl̄ carnalez
⁊ ad iudeos. ibi primum querere
oues ꝑditas. in quo ꝓ plo. et de q̄
populo etiam corp⁹ assumpserat
Nō inueni tantam fidē ipse dicit.
Possum⁹ nos metiri fidem hoīm:
sic homines. Ille qui interiora cer
nebat. ille quē nemo fallebat. per
hibuit testimoniū cordi hoīs au
diens verba humilitatis ꝓnunci
ans sn̄iam sanitatis. Vnde autez

hoc presūpsit? Et ego inqͣt hõ sum
sub ptāte cōstitutus hñs sub me
milites. ⁊ dico huic vade ⁊ vadit.
⁊ alij veni ⁊ venit. ⁊ seruo meo fac
hoc ⁊ facit. Ptās sum quibusdaꝫ
sub me. positus sub ptāte qͣdam
sup me. Si ergo ego inqͣt homo sub
potestate iubendi habeo ptātem.
quid tu possis cui omnes seruiunt
potestates? Erat aūt iste de genti
bus. erat qͥppe centurio. Jā iudea
gens hēbat militeꝫ romani impe
rij. ibi iste militē agebat. quantū
agere centurio poterat ⁊ sub ptā
te ⁊ hñs ptātem. subditos obedi
entes. subditos regens. Dominꝰ
aūt quid? Intendat precipue ne
cessario caritas vestra. Cū is in po
pulo iudaico esset: iam ꝓnuncia
bat ecclesiā toto orbe terraꝝ futu
ram. in quā missurus erat apl'os
ipse a gentibꝫ non visus ⁊ creditꝰ
a iudeis visus ⁊ occisus. Quō enī
dñs huiꝰ domum corpe nō intrauit
⁊ eius tamen fideꝫ atqꝫ ipsam do
mum absēs corpe. pñs maiesta
te sanauit. sic ⁊ idem dominꝰ in so
lo iudeo populo corpe fuit: apud
alias gentes. nec de virgine natꝰ
est. nec passus. nec pedibꝰ ambu
labat. nec humana ptulit. nec di
uina mirabilia fecit. Nihil hoꝝ in
ceteris gentibꝰ egit ⁊ tamen de il
lo impletum est qđ dictum erat.
Populꝰ quem non cognoui serui
uit mihi. Quomodo si non cogno
uit? In auditu auris obediuit mi
chi. Judea gēs cognouit ⁊ crucifi
xit. orbis terraꝝ audiuit ⁊ credi
dit. Hanc quodammō absentiā
corporis sui ⁊ pñtiam virtutis sue in
omnibꝫ gentibꝰ: ⁊ in illa muliere
significauit qͣ fimbriā vestimenti
eius tetigerat cum reqͥrit dicens.
Quis me tetigit? Tanqͣ absēs re
quirit. tanqͣ pñs sanat. Turbe te
inquiūt discipuli cōprimunt. ⁊ di
cis. quis me tetigit? Quasi enī sic
ambularet: vt a nullo prsus cor
pe tangeretur. ita dixit. qͥs me te
tigit. Et illi. Turbe te cōprimūt. Et
tanqͣ diceret dominꝰ. tangentem
qͣro: non prementē. Sic etiā nunc
est corpꝰ eius .i. ecclesia eiꝰ. Tan
git eaꝫ fides paucoꝝ. premit tur
ba multoꝝ. Corpꝰ enim xp̄i esse
ecclesiā tanqͣ filij eius audistis.
⁊ si vultis ipsi estis Apl's multis
hoc locis dicit Pro corpe inqͣt eꝰ
qđ est ecclesia. Et iterum. Vos au
tem estis corpꝰ xpristi ⁊ mēbra.
Si ergo corpꝰ eius sumꝰ: qđ tunc
corpꝰ ipsiꝰ in turba patiebat̄: hoc
patit̄ ecclesia ipsiꝰ. A turbis pre
mitur. a paucis tangit̄ Caro eam
premit. fides tāgit. Erigite oculos
obsecro vos qͥ habetis vnde videa
tis. Habetis etenim quod videa
tis Erigite oculos fidei. tangite ex
tremā fimbriā vestimenti. suffici
at ad salutē. Videte qđ audistis
ex euangelio tunc futuꝝ. nunc p̄
sens ē. Ideo inqͣt dico vobis post
laudatā centurionis fidē. tanqͣ a
liemgene carne: domestici corde.
Propterea inqͣt multi ab oriēte ⁊
occidēte venient. Non oēs ꝫ multi.
tñ ipsi ab oriente ⁊ occidēte. Istis
duabꝫ partibꝰ totus orbis desig
natur. Multi ergo venient ab oriente

& occidente: & recumbent cũ abra
ham. ysaac & iacob in regno celo
rum. Filij autem regni iudei scilicet
Unde filij regni: quia legẽ acceperũt
ad quos prophete missi sunt. apud
quos templũ & sacerdotiũ fuit. qui
celebrãt figuras omniũ futurorum
Quarum enim rerũ figuras celebra
uerunt: presentiam non agnouerũt.
Filij ergo regni ibunt inquit in tene
bras exteriores. ibi erit fletus et
stridor dentium. Videmus iudeos re
probatos. videmus xpianos ab
oriente & occidente vocatos ad quod
dam conuiuium celeste vt recũbant
cum abraham & ysaac & iacob v
bi panis iusticia. vbi potus sapi
entia Attendite ergo fratres. hoc
enim estis. ex hoc populo estis. iã
tunc predicato. nunc presentato
De hijs vtique estis qui vocati sunt
ab oriente & occidẽte recũbere in re
gno celorum: non in templo ydolo
rum. Estote ergo corpus xpi nõ pres
sura corporis xpi Habetis vestimen
ti fimbriã quam tangatis Vestẽ
putate aplos sub textura vnita
tis adherentes lateribus xpi. In
hijs aplis erat tanquam fimbria mi
nimus & nouissimus Paulus ipso
dicente. Ego sum minimus aplo
rum. In veste nouissimum & mini
mũ fimbria est Fimbria cũ contem
ptu aspicitur: sed cum salute tangi
tur. Usque ad hanc horã & esurimus
& sitimus. & nudi sumus. ac cola
phis cedimur Quid tam extremũ
quid tam contemptibile: Tange si
fluxũ sanguinis pateris: exiet de
illo virtus cuius vestis est: & sana
bit te. Tu autẽ.

Feria sexta.
Scdm matheum

In illo tẽpore Dixit
ihesus discipulis suis Audistis quia di
ctum est. diliges proximum tuum
& odies inimicũ tuum. Et reliqua
Tractatus beati augustini epi.

Gradũ esse aliquẽ in pha
riseorum iusticia que ad legem
pertinet. hinc intelligitur quia
multi homines eos etiam a quibus
diliguntur oderunt sicut luxurio
si filij parentes coertiores luxurie
sue. Ascendit ergo aliquem gra
dum qui proximum diligit. quamuis
adhuc oderit inimicum. eius autẽ
imperio qui venit legem implere.
non soluere. perficiet beniuolentiã
& benignitatem cum eam vsque ad
ad inimici dilectionem perduxerit
Nam ille gradus quamuis nõnullis
sit tam paruus. est tamen vt cum
publicanis possit esse cõmunis.
Nec quod in lege dictum est. ode
ris inimicum tuum vox iubẽtis iu
sto est accipienda: sed permittẽ
tis infirmo Sic autem diligendus
est inimicus: non quantum inimi
cus sed in quantum homo est. vt
ei hoc velis prouenire quod tibi: id
est vt ad regnum correctus. reuo
catusque perueniat. Proximus est
autẽ omnis homo. Omnes proximi sumus
conditione terrene natiuitatis & mortali
tatis & etiã spe celestis hereditatis
quia nescimus & quid futurum sit.
quoniam aut iudeus aut hereticus

aut paganus. forte eñ per miseri
cordiā dei ꝯuertetur ad deū. ⁊ int
sanctos primū locū hēe merebit
Q̄d in lege dn̄s nō inimicos: ſ; ini
micū precipit odiri. vt q̄ spirita
les erant in lege: solū dyabolum
odio hēent: cuius odiū xp̄s nō ve
nit soluē: ſ; adimplere. Ego aūt di
co vobis. diligite inimicos vr̄os.
benefacite hijs qui oderunt vos.
Multi precepta dei sua imbecillita
te nō sc̄orum viribꝰ estimātes pu
tant esse impossibilia q̄ precepta
sunt. ⁊ dicūt sufficere virtutibus.
nō odisse inimicos. cetera diligere
plus precipi q̄ꝫ humana nā pati
atur. Sciendū est q̄ xp̄m non im
possibilia precipe: sed ꝑfecta que
dauid fecit in saul et absolō. Ste
phanꝰ q̄ꝫ martir ꝓ inimicis se la
pidantibꝰ deprecatus est. et pau
lus anathema esse cupit ꝓ ꝑsecu
toribꝰ suis. Hec aūt ihesus ⁊ docu
it ⁊ fecit dicens. Pater ignosce il
lis In reliquis operibꝫ bonis inter
dum p̄ot aliquis qualemcūq; ex
cusationem pretendere. in haben
da vero dilectione nullꝰ se poterit
excusare. Potest mihi aliquis di
cere. nō possum ieiunare. nunq̄d
p̄t dicere: nō possum amare. Po
test dicere ꝓpter infirmitatem cor
ꝑis mei nō possum a vino ⁊ carni
bus abstinere. nunq̄d p̄ot dicere
non possum diligere. Pōt aliq̄s
dicere. virginitatē non possum ser
uare. p̄ot dicere nō posse res totas
vendere ⁊ pauperibꝫ erogare. nun
quid p̄ot dicere. non possum dili
gere inimicos. Nō eñ ibi aut pe
des laborant currendo. aut aures
audiendo. aut manꝰ operando las
santꝰ: vt nos ꝑ ipsam excusationē
laborare conemur Nō nobis dicit
Ite ad orientē: ⁊ querite caritatē.
nauigate ad occidentē: ⁊ inuenie
tis dilectionē. Intus i corde nr̄o ē
vbi redire iubemur dicente ꝓpheta.
Redite preuaricatores ad cor. Nō
eñ in longinq̄s regionibꝫ inueni
tur qd a nobis petit. Et orate ꝓ ꝑ
sequentibus ⁊ calūniantibꝰ vos.
Quid aliud ꝓ inimicis orandū ē:
nisi hoc qd ait ap̄ls. vt det illis de
us pn̄iam ⁊ resipiscant a dyaboli
laqueis a quo capti tenentꝰ. Sed
hic merito mouet quō huic prece
pto dn̄i non sit aduersum q̄ ⁊ in ꝓ
phetis inueniuntꝰ multe imp̄cati
ones aduersus inimicos q̄ maledi
ctiones putantꝰ. sicuti est illud. Fi
at mensa eorū corā ipsis in laque
um. ⁊ cetera q̄ ibi dicuntꝰ. Et iohā
nes ap̄ls ait. Qui scit fratrem su
um peccare pc̄m non ad mortem
petat ⁊ dabitꝰ ei vita peccanti non
ad mortē. Est pc̄m ad mortē non
ꝓ illo dico vt roget quis Vbi pri
mo videndū. q̄ ꝓphete ꝑ impreca
tionē quid esset futurū cecinerūt.
nō optantis voto: sed spū preuidē
tis q̄ maxime solent figura imp̄
cantis futura predicere. sicut figu
ra preteriti tp̄is ea q̄ ventura erāt
sepe cecinerunt. Deinde in aposto
li verbis intelligendū esse quo sc̄lā
fratres pro quibus orare nobis
precipitur. cū dominus etiā pro
ꝑsecutoribꝰ nostris nos orare iu
beat Que solui questio nō p̄t nisi

fateamur esse aliqua peccata. in
fratribus inimicorum psecucõne
grauiora. Fratres autem xpristi
anos significari: multis diuinarũ
scripturarum documentis pbari
pt. Peccatuz ergo fratris ad mor
tem puto esse: cum post agnitio
nem dei p gratiam domini nostri
ihesu xpi quisqz oppugnat frater
nitatem. et aduersus ipsam grãm
q̃ reconciliatus est deo inuidentie
facibus agitatur. Peccatum aũt
non ad mortem est: si quisq̃ non
amorem a fratre alienauerit: sed
officia fraternitati debita p infir
mitatẽ aliquam animi non exhi
buerit. Quapropter et dominus in
cruce ait Pater ignosce illis qr ne
sciunt quid faciunt. Nondũ em̃
gratie spiritus sancti pticipes fa
cti: societatez sancte fraternitatis
inierãt. Et beatus stephus in acti
bus aplorum orat p eis a quib9
lapidat. qr nondũ xpõ crediderãt
neqz aduersus illam cõmunẽ gra
tiã dimicabant. Apl'us vero pau
lus ppterea credo non orat p alex
andro. qr iam frater erat et ad mor
tem .i. qui fraternitatẽ inuidentia
oppugnãdo peccauerat. Pro hijs
aũt qui non abrupant amorem:
sed timore succubuerãt orat vt eis
ignoscatur. Sic enim dixit. Alexã
der erarius multa mala mihi os
dit: reddet illi deus sm opa illius.
quem et tu deuita. Valde enim r̃sti
tit sermonib9 nostris Deinde sub
iungit p quibus orat ita dicens.
In prima mea defẽsione nemo m̃
affuit: sed omnes me dereliqrunt

non illis imputet̃. Et nota qr apo
stolus non ait reddat. sed reddet
illi deus sm opa eius qd verbum
prenunciantis est: non imprecã
tis. Sed et de illo ypocrisi iudeoruz
est dictum. cui euersionẽ imminẽ
cernebat. Percutiet te deus pari
es dealbate Querit̃ aũt quõ huic
precepto quo nobis iubet̃. orate
p perseqntibus et calũniantibus
vos illud nõ est cõtrarium: qd in
apocalipsi iohis legitur. martirẽs
orare deũ vt vindicent̃. Sz hoc quẽ
piam mouere non oportet. Quis
enim audeat affirmare: cũ illi san
cti candidati se vindicari petiue
runt: vtrum cõtra ipsos hoies: an
cõtra regnũ peccati petierint. Nã ip
sa est sinceã et plena iusticie et mi
sericordie vindictã martirũ vt euer
tat̃ regnum peccati. quo regnãte
tanta ppessi sunt Ad cuius euersi
onem nititur apl's dicens. Nõ g
regnet pctm̃ in vestro mortali cor
pore. Destruitur autem et euertit̃
peccati regnum partim correctio
ne hominum. vt caro spiritui sub
jiciatur. ptim depravatione pse
uerãtium in peccato vt ita ordinẽ
tur. vt iustis cum xpristo regnã
tib9 molesti esse nõ possint. Quis
ergo cõuincit sanctos: non talem
suam vindictam a domino esse de
precatos. Quod autez cõsequent̃
positum est vt sitis filij patris ve
stri qui in celis est ex illa regula
intelligendum est qua iohes dic
Dedit eis ptãtem filios dei fieri.
Vnus em̃ nãliter fili9 dei q̃ nescit
oĩno peccare: nos ptãte accepta

efficimur filij: inquantum ea que ab illo precipiuntur implemꝰ. Unde apostolica disciplina adoptionem appellat: qua in eternam hereditatem vocamur. vt coheredes xp̄i esse possimꝰ. Filij ergo efficimur regnatione spirituali: vt adoptemur in regnū dei: non tanq̄ alieni: ſʒ tanq̄ ab illo facti ⁊ conditi. Itaqꝫ non ait. facite ista quia estis filij: ſʒ facite ista vt sitis filij patris vestri. Nos autem cū patimur inimicos. hoc clamare debemus Pater ignosce illis. frenetici enim sunt. A ↄtrario spiritu possidentur: vt nos ꝑsequantur. ⁊ maiorē ꝑsecutionem a dyabolo patiant̄. Qui solem suum oriri facit sup bonos et malos. ⁊ pluit super iustos ⁊ iniustos. Scriptum est. Orietur timētibꝰ vobis nomen dn̄i sol iusticie vt etiā pluuiam accipias irrigationem doctrine veritatis. quia ⁊ bonis ⁊ malis apparuit. bonis et malis euāgelisatus est xp̄ūsꝰ. Siue istum solem mauis accipere non solum hominū: sed etiam pecorum corporeis oculis ꝓlatum. ⁊ istam pluuiā qua fructus gignuntur q̄ ad refectionem corporis dati sūt quod ꝓbabilius intelligi existio vt ille sol spūalis non oriatur: nisi bonis ⁊ sanctis. quia hoc ipsum est qđ plangunt iniqui: in illo libro q̄ sapientia salomonis inscribit̄. ⁊ sol non ortus ē nobis. ⁊ illa spiritualis pluuia. nō irriget nisi bonos. quia malos significabat vinea de qua dictum est. Mandabo nubibꝰ meis ne pluant sup eam imbrem. Si enim diligitis eos q̄ vos diligunt quam mercedem habebitis. Filios ⁊ parentes amat latro amat ⁊ leo. amat et draco. amāt ⁊ vrsi. amant ⁊ lupi. Si enī amantes non diligimꝰ filios vel parentes: peiores leonibꝰ vel supradictis bestijs sumꝰ. Si vero amantibꝰ vicem reddimꝰ adhuc nihil ab istis bestijs distare videmur. Nonne ⁊ publicani hoc faciunt? Publicani sunt q̄ sectantur lucra ⁊ exigūt vectigalia ꝑ negociatiōes ⁊ fraudes ⁊ furta. sceleraqꝫ ⁊ piuria. Et si salutaueritis fratres vestros tm̄: quid ampliꝰ facitis? Nōne ⁊ ethnici hoc faciūt? Ethnici ex greco in latinum interpretantur gentiles. Ethnos enim grece gens dicitur. Si ergo inquit etiam peccatores publicani ethnici erga dilectores suos naturā duce norunt esse benefici: quanto magis vos quibꝰ vt gradus ꝓfessionis eximior: ita cura necesse est sit veritatis vberior. latiori sinu dilectōis amplecti debetis et non amantes? Nam diligere inimicos deus precipit. ⁊ petulantes humanarum mentium motus publice caritatis frangit affectu. non solum iram ab vlcōe depellens: sed etiam in amorem mitigans iniuriosi. quia gentium est amantes amare. ⁊ cōe est diligere diligentes. Plꝰ diligendi sunt inimici q̄ amici. Qui enim inimici sunt corpori aduersantur. ⁊ anime prepant eterna premia. quia q̄ carnalia nostra ⁊ terrena rapiunt celestia nobis ⁊ spūalia cōgregant

Nonne magis diligẽdus est q̄ odiend⁹: q̄ nobis dat eternas opes. Amici vero carnis nostre nobis suauia suadere ɔtendunt que anime nostre preparant eternam mortem. Estote ergo vos pfecti sicut & pater vester celestis pfectus est Quis aūt hec facit: nisi plene pfecte q̄ misericors. Quo vno ɔ̄silio miseria deuitatur. opitulante illo q̄ ait. Misericordiā magis volo q̄ sacrificiū. Perfectio namq̄ misericordie q̄ plurimū anime laboranti ɔsulitur: vltra dilectionem inimicoꝝ porrigi non pōt. Ideoq̄ sic ɔcluditur. estote vos pfecti: sicut & pater vr̄ celestis pfectus est. ita tamen vt deus intelligatur pfectus tanq̄ deus. & anima pfecta tanq̄ anima Attendite ne iusticiam vestram faciatis coram hoibus: vt videamini ab eis. alioq̄n mercedē non habebitis apud patrem vestrum qui in celis ē. Cauete inq̄t iusticiam vestram facere coraȝ hominib⁹ & hoc animo iuste viuere & ibi ɔstituere bonum vr̄m vt vos videant hōmes. Alioq̄n mercedeȝ non habebitis apud patrem vestrum qui in celis est: nō si ab hominibus videamini: sed si ꝑpterea iuste viuatis: vt ab hoibus videamini. Nam et aplus dicit. Si adhuc hominib⁹ placerem xp̄isti seruus non essem cū alio loco dicat Sicut & ego hoibus ꝑ omnia placeo. Omnem curam rerū p̄ntium amouet: & attentos tantum esse in specie futuri iubet. neq̄ sectari vel hominum fauorem ostentacō ne bonitatis vel iactantiam religionis orationis publice copia: ſ; intra conscientiam fidei fructum boni operis continendum. q̄r humane laudis ɔsectatio eam tantū quā ab hominib⁹ expectet mercedem sit receptura. Justicia nō aliud est q̄ non peccare. non peccarē autem legis p̄cepta seruare. Preceptoꝝ autem obseruatio dupli ci genere ɔtinetur vt nihil eorum que ꝓhibentur facias. & omnia que iubentur implere ɔtendas.

Hoc est eniȝ quod psalmista dicit Recede a malo & fac bonum. Si a malo recesseris: & nō feceris bonum transgressor es legis que nō tantum in maloꝝ actuū abhominatione: ſ; in bonoꝝ pfectione cō pletur. Neq̄ hoc solū tibi precipitur vt vestitū suis nō spolies indumentis ſ; vt spoliatos operias tuis Cum ergo facis elemosinā noli tuba canere ante te: sic ypocrite faciunt in synagogis & vicis: vt honorificent̄ ab hoibus. Ipocrita greco s̄mone simulator interpretatur. q̄ dum intus malus sit: bonuȝ se palam oñt. Ypo enī falsuȝ. crisin vero iudiciū sonat. Nomen autē ypocrite translatū est a spē eoruȝ q̄ spectaculis recta facie incedūt. distinguētes vultū ceruleo niueoq̄ colore & ceteris pigmentis hn̄tes simulacra oris. linthea gipsata & vario colore distincta. nōnūq̄ colla & man⁹ creta pungētes vt ad psone colorem peruenirent. et ꝑpl'm dum in ludis agent fallent mō in spē viri. modo in forma feie

⁊ reliquis prestigijs Que species
argumenti translata est in hijs ·
q̃ falso incedunt vultu: ⁊ simulāt
q̊d nō sunt. Sed ypocrisecos ma cu
lam non hr̃e. aut paucoꝝ aut nl'
loꝝ est Nam quicūqꝫ vult se vide
ri q̇d non est: ypocrita est Qui tu
ba caīt faciens elemosinā: ypocri
ta est Qui in sinagogis ⁊ in plate
aꝝ angulis orat vt videat̃ ab hoi
bus ypocrita est Qui ieiunans de
molit̃ faciem: vt ventris inanita
tem demonstret in vultu. ⁊ hic ẏ
pocrita est. Ex quibus omnibꝫ in
telligitur ypocritas esse. q̃ faciūt
quodlibet vt ab hominibꝫ glorifi
centur. Mihi videtur ⁊ ille q̃ dicit
fratri suo dimitte vt tollam festu
cam de oculo tuo · ꝓpter gloriam
hoc facere: vt ipse esse iustus vide
atur. Vnde ei a domino dicit̃. Ipo
crita eijce pri⁹ trabē de oculo tuo.
Non itaqꝫ virtus: ſꝫ causa v̊tutis
apud deum mercedem habet Et si
a recta semita paululū deuiaueris
non interest vtꝝ ad dextrā vadas
an ad sinistram cum veꝝ iter amī
seris. Signanter aūt dicit. recepe
runt mercedē suā. hoc est non dei:
ſꝫ suam. Laudati enim sunt ab ho
minib⁹: quoꝝ causa exercuere v̊
tutes. Te aūt faciente elemosinā
nesciat sinistra tua q̊d faciat dex
tera. In dextera intelligitur amor
dei. in sinistra vanitas vel cupidi
tas mundi. Si pro humana lau
de dederis elemosinam: totum est
sinistra. Si vero pro remissiōe pec
catorum: totū dextera facit. Quid
est ergo. nesciat sinistra quid fa
ciat dextera? nisi quod facit dei a
mor. non corrumpat inanitas vel
cupiditas mundi. Nam si hoc ali
quis scd̃m litteram impleri posse
credit quid faciet. Si etenim ma
nus dextera voluerit: nunquid de
sinistra elemosinam dare non de
bet. In superioribus cauete inq̃t
ne iusticiam vestram faciatis co
ram hominibus. vbi iusticiā ge
neraliter nominauit. deinde par
ticulariter exequitur. Est etenim
pars aliqua iusticie op⁹: quod
per elemosinam fit. ⁊ ideo conne
ctit dicendo. Cum ergo facis ele
mosinam: noli tuba canere ante
te. Ad hoc respicit quod superius
ait. Cauete facere iusticiam vr̃az
coram hominibus: vt scilicet vi
deamini ab eis. Quod autem seq̃
tur. Amen dico vobis: perceperūt
mercedem suam: ad illud respicit
quod supraposuit Alioquin mer
cedem non habebitis apud pr̃em
vestrum qui in celis est Deinde se
quitur Te autem faciente elemo
sinam. Cum dicit. te autem: quid
aliud dicit: q̃ꝫ non quomodo illi.
Quid ergo mihi iubet. Te igitur
inquit faciente elemosinam: ne
sciat sinistra tua quid faciat dex
tera tua. Ergo illi sic faciunt vt sci
at sinistra eorum quid faciat dex
tera. Quod igitur in illis culpatū
est hoc tu facere vetaris In eis au
tem hoc culpatuꝫ est: quod ita fa
ciunt vt laudes hominū querant
Quapropter nihil consequenti⁹
sinistra videtur significare q̃m ip
sam delectationē laudis. Dextera

aũt significat intencõem implen
di precepta diuina. Nesciat ĝ fini
stra quid faciat dextra ⁊ nõse mi
sceat ↄscientie tue laudis huma
ne appetitio cũ in elemosina faciẽ
da diuinũ preceptum ↄtendis im
plere. vt sit elemosina tua ĩ abscõ
so. Quid est in abscõso: nisi in ip
sa bona cõscientia que oculis hu
manis demonstrari non põt: nec
verbis apiri. Multi foras faciũt
elemosinã. ⁊ intus nõ faciunt. q̃
vel ambicõne vel alicuius tempo
ralis rei grã misericordes voluñt vi
deri. Et pr̃ tuus q̃ videt in abscõso
reddet tibi Rectissime oĩno ⁊ veris
sime. Si enim premiũ ab eo expe
ctas qui ↄscientie inspector est suf
ficiat tibi ad ꝓmerendum deũ ip
sa ↄscientia. Et cum oratis nõ eri
tis sicut ypocrite qui amant in sy
nagogis ⁊ in angulis platearum
stantes orare: vt videãtur ab hoĩ
bus. neq͛ hic ab hoĩmibus videri
nephas est: sed ideo hec agere vt
videaris. ⁊ fructꝰ in eis expectetur
placendi hoĩbus. Platee ꝑpetue
ac latiores ciuitatũ vie sunt iuxta
ꝓprietatem lingue grece a latitu
dine noĩate. Platon enim latum
dicitur. Amen dico vobis. ꝑcepe
runt mercedẽ suã. Et hic ostendit
dñs id se prohibere vt ea merces
appetatur q̃ gaudent stulti cũ lau
dantur ab hoĩbus. Tu aũt cũ ora
bis intra in cubiculũ: ⁊ clauso os
tio ora pr̃em in abscõso. Cubicu
lum qđ noĩat nõ occultam domũ
oñt: sed cordis nostri secretũ. Hic
ps̃ dicit. Que dicitis in cordibus

vestris: ⁊ in cubilib⁹ vestris ↄpũ
gimini. Et claudentes ostia: orate
inq̃t ad pr̃em vestrũ in abscondi
to. Parũ est intrare in cubicula: si
ostiũ pateat importunis. ꝑ quod
ostiuz ea que foris sunt improbe
se immergunt ⁊ interiora nostra
appetunt. Foris aũt dicimus esse
omnia tꝑalia ⁊ visibilia que per
ostium ⁊ carnalem sensuz in cogi
tationes nostras penetrat. ⁊ tur
be vanorum fantasmatuz oranti
bus obstrepunt. Claudendũ est
ergo ostium ⁊ carnali sensui resis
tendũ: vt orõ spiritualis dirigat̃
ad pr̃em: que fit in intimo cordis
vbi oratur pr̃ in abscõso Qui ve
ro vult orõnem suã volare ad deũ
faciat illi duas alas ⁊ elemosinã
⁊ ieiuniũ. ⁊ ascendet celeriter et ex
audietur. Et pr̃ tuus qui videt in
abscõso reddet tibi. ⁊ hoc tali clau
sula terminandũ fuit. Non enim
monet nunc vt oremus ß quõ ore
mus. neq͛ vt superius vt elemosi
nã faciamus: sed quo animo fa
ciamus. qm̃ de corde mundando
precipit. qđ nõ mundat: nisi vna
⁊ simplex intencõ in eternã vitaz
solo ⁊ puro amore sapientie. Tu
autem.

Sabbato. Scđm marcũ.

In illo tẽpore Cũ se
ro esset factum erat nauis in me
dio mari. ⁊ ihesus solus in terra.
Et videns discipulos laborantes
in remigando. Erat enim ventus
contrarius eis. Et reliqua.

Labor discipulorum in remigando ⁊ contrarius eis ventus labores sancte ecclesie varios designat. que inter vndas seculi aduersantis ⁊ immundorum flatus spirituum ad quietem patrie celestis quasi ad fidam litoris stationem peruenire conatur. Vbi bene dicitur. quia nauis erat in medio mari. ⁊ ipse solus in terra. quia nonnunquam ecclesia tantis gentilium pressuris non solum afflicta: sed ⁊ fedata est. vt si fieri posset redemptor ipsius eam prorsus deseruisse ad tempus videretur Vnde est illa vox eius. inter vndas procellasque temptationum vertentium deprehense. atque auxilium protectionis illius gemebundo clamore querentis. Vt quid domine recessisti longe. despicis in oportunitatibus: in tribulatione. Que propter vocem inimici persequentis exponit in sequentibus psalmi dicens Dixit enim in corde suo oblitus est deus. auertit faciem suam ne videat vsque in finem. Verum ille non obliuiscetur orationem pauperum: nec auertit faciem suam a sperantibus in se: quin potius ⁊ certantes cum hostibus vt vincant adiuuat. et victores in eternum coronat. Vnde hic quoque apte dicitur. quia vidit eos laborantes in remigando. Videt quippe dominus suos laborantes in mari quamuis ipse positus in terra. quia si ad horam differre videtur auxilium tribulantibus impendere nihilominus eos ne in tribulationibus deficiant sue respectu pietatis corroborat. et aliquando etiam manifesto adiutorio victis aduersantibus: quasi calcatis sedatisque fluctuum voluminibus liberat. Sicut hic quoque subsequenter insinuatur cum dicitur. Et circa quartam vigiliam noctis venit ad eos ambulans super mare. Stationes ⁊ vigilie militares in terna horarum spacia diuiduntur. Quando ergo dicit. quarta vigilia noctis venisse ad eos dominum: ostendit tota nocte periclitatos. ⁊ extremo noctis tempore eis auxilium prebitum Laborabant autem toto noctis opace tempore: sed diluculo appropinquante et lucifero solis dieique ortum promittente venit dominus. ⁊ superambulans tumida freti terga comprimit. quia cum pressuris obsita fragilitas humana: pusillanimitatem virium suarum consideraret: nil erga se aliud quam tenebras angustiarum ⁊ estus cernit hostium confligentium. Cum vero mentem ad superni lumen presidii ⁊ perpetue dona retributionis erexerit: quasi inter vmbras noctis: repente exortum luciferi conspicit. qui diem proximum nunciet. Lucifer namque cum plurimum tres horas noctis vel totam vigiliam matutinam illuminare perhibetur Aderitque dominus qui sopitis temptationum periculis plenam libertatis fiduciam sue protectionis attribuat Sequitur. Et volebat preterire eos At illi vt viderunt eum ambulantem super mare: putauerunt fantasma esse ⁊ exclamauerunt. Omnes enim eum viderunt ⁊ turbati sunt Adhuc heretici putant fantasma fuisse dominum: nec veram assumpsisse carnem de virgine. Denique theodorus pharanitanus quondam episcopus ita scripsit. corporale pondus non habuisse secundum carnem dominum: sed absque

ponderē ⁊ corpe sup mare deambu
lasse. At contra fides catholica et
pondus sm carnem eū hēre predi
cat: ⁊ onus corporeū. ⁊ cū ponderē
atq; onere corporali mercedem su
p aquas nō infusis pedibꝰ Nam
dyonisius egregius inter eccāsti
cos scriptores in opusculis de diuis
noibus hoc mō loquitur Ignoā
mus enī qualiter de virgineis sā
guinibus alia lege preter natura
lem formabat. ⁊ qualiter non in
fusis pedibus corpale pondꝰ hñti
bus et materiale onus. deābula
bat in humidā ⁊ instabilē sbam
Quō aūt volebat eos preterire do
minꝰ tanq̄ alienos ad quos de pei
culo naufragij liberandos adue
nerat nisi vt ad horā turbati ⁊ pa
uentes ſ; otinuo liberati amplius
ereptionis sue miraculū stupent
ac maiores ereptori suo gratias
referrent. Quia ⁊ in tempestatibꝫ
passionū que pro ostantia fidei a
pfidis ingerunt. talis nōnunq̄ p
uisio diuinitus oñditur. Sepe enī
ita fideles in tribulacōe positos su
perna pietas deseruisse visa est vt
quasi laborantes in mari discipu
los preterire iħs voluisse putare
tur. Vnde est illud ecclesie marti
rij certamine desudantis. Quare
oblitus es mei. quare me reppuli
sti. Quare tristis incedo dum affli
git me inimicus. dum ofringunt
ossa mea ⁊c. Sed dicāt inimici ter
rentes. Vbi est deus eorū. quasi
naufragiū fessis minitantes apo
stolis. dicit ipse deꝰ eorꝝ. Cū ptrā
sieris p aquas tecū ero ⁊ flu[m]ia nō

opient te. cū ambulaueris per ig
nem non obureris ⁊ flāma nō ar
debit in te Vnde hic q̄; recte subdi
tur. Et statim locutus est cū eis ⁊
dixit illis. Confidite. ego sum no
lite timere. Et ascendit ad illos in
nauim. ⁊ cessauit ventus. Prima
trepidantium ⁊ periclitantiū sub
uentio est. incussum cordibus ex
pellere timorē. secunda tempesta
tum furias sue pñtie virtute ōpes
cere. Nec mirandū si ascendente in
nauiculam dño ventus cessauit.
In quocunq; enim corde deus per
grām sui adest amoris: mox vniū
sauitiorꝝ ⁊ aduersantis mundi: si
ue spirituum malignorꝝ bella cō
pressa quiescūt. Et plus magis i
tra se stupebant. nō enī intellex
erūt de panibꝫ. Erat enim cor illo
rum obcecatū. Dñs quidē ⁊ in mi
raculo panum q̄ pesset oditor rerꝝ
oñt. vt in ambulando sup vndas
q̄ hēret corpus ab omni peccato
rum grauedine liberꝝ edocuit. ⁊ in
placando ventos vndarūq; rabiē
sedando q̄ elementis dñaret mō
strauit. Sed carnales adhuc disci
puli necdū hūc deum esse cognos
cunt. Et quidē virtutū magnitudi
nem stupebant. necdum tñ in eo
veritatē diuine maiestatis ogno
scere valebāt. Cūq; egressi essent
de naui: otinuo cognouerūt eum
Et pcurrentes vniuersā regionē;
illam: ceperūt in grabatis eos q̄
se male hēbant circūferre. vbi au
diebant eū esse. Cognouerūt eū;
rumore nō facie. ł certe pſignorꝝ
magtudie q̄ patrabat i populis

etiā vultu plurimis not⁹ erat. Et vide q̄ta sit fides hoīm terre gene zareth. vt non tantuz presentiū salute ɔtenti sūt. s; mittant ad alias p circuituz ciuitates. quo oēs currāt ad medicuz. Et quocūq; introibat. i vicos vel i villas ā in ciuitates i plateis ponebāt ifirmos ꝛ deprecabāt eū. vt vel fimbriā vestimēti ei⁹ tangerēt. et quotq̄t tāgebant eū salui fiebāt. Qui male hn̄t non tangūt corp⁹ ihesu. neq; totū vestimētum ei⁹. s; extremam fimbriā. et quicūq; tetigerint saluabunt. Fimbriā vestimēti eius minimū mandatū intellige. qd̄ q̄ transgressus fuerit. minim⁹ vocabit in r̄gno celoꝝ vel assumpcōez carnis. p quā venim⁹ ad verbum dei. et illius postea pfruimur maiestate. Tu aūt dn̄e.

Dn̄ica prima in q̄dragesima. Sermo beati leonis pape

Licet nobis dilc̄issimi appropinquāte festiuitate pascali ieiuniuz quadragesimale ipse legittimi tempis recursus indicet. cohortatio tn̄ etiaz nostri sermonis adhibēda est. q̄ auxiliāte dn̄o. nec inutil' sit pigris nec onerosa deuotis. Nā cuz oēm obsuātiā nrām. ratio istoꝝ dieꝝ poscat augeri. non ē vt ɔfido de vobis. qui se ad op⁹ horū nō gauderat incitari Natura etenī nostra adhuc manēte mortalitate mutabilis. eē si ad sūma queq; virtutū studio pueh'at semp tn̄ sicut pōt hr̄e quo recedat: ita potest hr̄e q̄ crescat Et hec ē pfectorū vera iusticia. vt numq̄ presumāt se esse pfectos. ne ab itineris nōdū finiti intencōe cessantes. ibi incidāt deficiēdi piculū. vbi pficiēdi posuerīt appetitū Quia ergo nemo nostꝝ dilectissimi tā pfcūs ꝛ scūs ē vt pfectior sanctiorq; eē nō possit. oēs simul sine dr̄ia graduū. sine discrecōe meritorū. ab hijs in q̄ puenim⁹ in ea q̄ nondū apprehēdimus pia auiditate curram⁹. ꝛ ad mensurā ɔsuetudis nr̄e necessarijs ād addam⁹ augmētis Parū em̄ religiosus alio tpe demonstrat. q̄ in hijs dieb⁹ nō religiosior inueniāt. Vn̄ oportune aurib⁹ nr̄is lectio apostolice predicacōis insonuit dicens Ecce nūc tps acceptabile. ecce nūc dies salutis Quid em̄ acceptius hoc tpe. Quid salubri⁹ hijs dieb⁹ in quib⁹ bellū vicijs indicit ꝛ oīm virtutū pfect⁹ augetr. Sēp quidē tibi o aīa xp̄iana vigilandū ɔtra salutis tue adūsariū fuit. ne vllus pateret locus temptatoris insidijs. s; modo tibi maior cautio ꝛ sollicitior est assumenda prudēcia qn̄ idem hostis tuus acriore seuit inuidia. Nunc em̄ in toto mūdo potestas antique dominacōis aufertur. ꝛ innumera illi captiuitatis vasa rapiunt. Renunciatur atrocissimo predoni a popul' oīm nationū. omniūq; linguaꝝ. ꝛ nullum gen⁹ hoīm reperit. quod non iam tirannicis legib⁹ reluctetur. dum p omnes fines terrarum. regeneranda i xpristo multorū milliū milia prepantur. et appropinquāte noue creature ortu spirital'

neq̃cie ab hijs quos possidebat
extrudit. Fremit ꝙ expoliati ho
stis impi⁹ furor ⁊ nouū querit lu
crū. q̃ ius ꝑdidit antiquuꝫ Cap
tat ⁊ īdefessus ꝑuigil. si quas rep
perit oues a sacris gregib⁹ negli
genti⁹ euagantes. q̃s ꝑ ꝓdicia vo
luptatū et ꝑ deuexa luxurie. ī diu
soria mortis inducat. Inflammat
itaq; iras. nutrit odia. acuit cupi
ditates. irritat ꝯtinēciam. incitat
gulam. Queꝫ em̄ temptare nō au
deat. q̃ nec ab ipso dn̄o ihesu xp̄o
conat⁹ sue fraudis abstinuit. Nā
apl'ica patefacit hystoria. cū sal
uator noster ꝑ quadraginta die
rum ieiuniuꝫ infirmitatis nostre ī
se recepisset esuriem gauisus dia
bolus. signū se in eo passibilis at
q; mortalis inuenisse nature. vt
exploraret potenciā quā timebat
Si fili⁹ inquit dei es. dic vt lapides
isti panes fiāt Poterat vtiq; iste
oīpotens deus ⁊ facile erat vt ad
creatoris impiū. in quam iuberet
speciēꝫ cuiuslibet gn̄is natura trā
siret. sicut cū voluit ī ꝯuiuio nupti
arū aquā mutauit in vinū Sꝫ hoc
magis salutiferis dispensacōibꝫ
cōgruebat. vt neq̃ssimi hostis a
stucia nō potēcia deitatis. ſꝫ hūili
tatis misterio vincerent Demiq; fuga
to dyabolo. ⁊ oībus artibus calli
di temptatoris elisis. accesserūt
ad dn̄m angeli ⁊ ministrabāt ei.
Confūdant ergo filij dyaboli atꝫ
discipuli q̃ impleti inspiracōe vi
perea simplices q̄sq; decipiūt ne
gantes in xp̄o vtrāq; verā esse na
turā. dū aut diuitatē hoīe ā hoīem
deitate dispoliant. cū vni⁹ tp̄is ge
mino documēto vtraq; falsitas sit
pempta. q̃ ⁊ ꝑ famē corpis ꝑfcā
hūanitas. et ꝑ famulantes ange
los demōstrata ē ꝑfecta ⁊ manife
sta diuitas. Quia ergo dilectissimi
sic redēptoris nr̄i magisterio edo
cti sum⁹. nō in solo pane viuit hō
ſꝫ in oī verbo dei. ꝑpter deuocōeꝫ a
lacri fide suscipiam⁹ solemne ieiu
niū. nō ī sterili media. quā plerūq;
⁊ ībecillitas corpis ⁊ auaricie mor
bus indicit. ſꝫ in larga beniuolē
cia celebrandū. vt sim⁹ de illis de
quib⁹ ipsa veritas dicit Beati q̃ e
suriūt ⁊ sitiūt iusticiā. qm̄ ipsi sa
turabunt. Delicie ergo nostre sint
opera pietatis. ⁊ illis cibis q̃ nos
ad eternitatē nutriant impleant
Letemur in refectionib⁹ pauperū
quos stipendia nr̄a saciauerint
Iocūdemur in vestitu eorū. quorum
nuditatē indumētis necessarijs
texerim⁹. Sentiāt hūilitatē nr̄am
egritudines decūbentium. imbecil
litates debilium. labores exulum
destitutio pupillorum desolatorum
lamenta viduarum. in quibus iu
uandis nemo est. qui nō aliquaꝫ
possit exequi beniuolencie portio
nem. Nulli em̄ paruus est census
cui⁹ magnus ē animus. nec de rei
familiaris mō pendet mēsura pie
tatis Maiora quidē sunt impēdia
diuitum. ⁊ minora mediocriuꝫ. ſꝫ
non discrepat fructus operū. vbi
non dissidet affectus operantiū In
ista autem dilectissimi exercēda
rum oportunitate virtutū. sunt ⁊ a
liaruꝫ insignia virtutū. que nullo

dispendio horreorũ. nulla pecunie diminucõne captant̃ si lascivia repellat̃. si abdicet̃ ebrietas. et carnalis ꝯcupiscẽtia castitatis legibꝫ edomet̃ si odia transeãt i dilectõꝫ si inimicitie ꝯuertantur in pacẽ. si tranq̃llitas extinguat irã. si mansuetudo remittat iniuriã. si dñoꝝ deniq; ⁊ seruorũ tam ordinati mores sint. vt ⁊ illorũ ptãs mitior. et istorũ sit disciplina deuotior. Hac igit̃ obseruancia dilcĩssimi obtinebit̃ mia dei. ⁊ ab õni pccõꝝ reatu religiose venerandũ pascha celebrabit̃

Scdm matheum

nillo tempore Du

ctus ẽ ihesus in desertuꝫ a spũ. vt temptaret̃ a dyabolo Et cum ieiunasset q̃dragĩnta dieb⁹ ⁊ q̃dragita noctib⁹ postea esuriit. Et reliq̃

Omelia beati Gregorij pape

Vbitari a quibusdã solꝫ ã quo spũ sit ihs duct⁹ in desertũ ꝓpter qð subdit̃. Et assumpsit eũ dyabolus in sanctam ciuitatẽ. ⁊ rursus assumpsit eũ in montẽ excelsũ valde Sꝫ vere ⁊ absq; vlla questione ꝯueniẽter accipit̃. vt a sancto spiritu in desertum ductus credat̃. vt illuc eum spirit⁹ suus duceret. vt hũc ad tẽptandũ malign⁹ spũs inueniret Sed ecce cũ dicit̃. deus hõ vel in excelsũ montẽ. vel in sanctam ciuitatem a dyabolo assumpt⁹. mẽs refugit humana. hoc audire aures expauescũt. Qui tñ non esse incredibilia ista cognoscim⁹ si in illo ⁊ alia facta pensem⁹ Certe iniquoꝝ oim dyabolus caput ẽ. et hui⁹ capitis mẽbra sunt oẽs iniq̃ An nõ mẽbruꝫ dyaboli fuit pylat⁹. An non mẽbra dyaboli. iudei psequẽtes ⁊ milites crucifigẽtes fuerũt. Quid ergo mirũ. si se ab illo pmisit in montẽ duci. qui se ptulit et a mẽbris illi⁹ crucifigi. Non ẽ ergo indignuꝫ redemptori nostro ꝙ temptari voluit: q̃ venerat occidi Iustũ quippe erat. vt sic temptacões nrãs suis temptacõib⁹ vinceret: sicut mortem nrãm venerat sua morte supare Sed sciendũꝫ nob est. ꝙ trib⁹ modis temptacõ agitur. suggestione. delectacõe. ꝯsensu. Et nos cũ tẽptamur plerũq; in delectacõne. ã et in consensu labimur: ꝙ ex carnis peccato ꝓpagati in nobisipsis etiã gerimus. vnde certamina toleramus. Deus vero qui in vtero virginis incarnatus in mundum sine peccato venerat nil ꝯtradictionis in semetipso tolerabat. Temptari ergo p suggestionẽ potuit. sed eius mentẽ peccati delectatio non momordit. atꝫ ideo ois illa dyabolica temptatio foris non intus fuit. Sꝫ si ipsũ ordinẽ temptacõis eius aspicimus pensamus ꝗ̃ta magnitudine nos a temptacõe liberamur Antiqu⁹ hostis ꝯtra primũ hoiem parentem nostruꝫ. in trib⁹ se temptacõib⁹ erexit. ꝙ hunc viꝫ gula. vana glĩa ⁊ auaricia tẽptauit. ſꝫ temptando supauit. ꝙ sibi eũ p ꝯsensũ subdidit. Ex gula quippe tẽptauit. cũ cibuꝫ ligni vetitũ oñt. atq; ad comedendũ suasit. Ex vana aũt gloria

temptauit cū diceret. eritis sicut dij
Et puectu auaricie tēptauit. cū di
ceret. scientes bonū et malū. Auari
cia enī non solū pecunie ē sed et al
titudinis. Recte enī auaricia dicit
cū supra modū sublimitas ambi
tur. Si enī nō ad auariciā honoris
rapina ptineret. nequaq̄ paul⁹
de vnigenito filio diceret. Nō rapi
nā arbitratus ē esse se equalē deo
In hoc ergo dyabolus parentem
nostrum ad supbiam traxit. q̄
eū ad auariciā sublimitatis exci
tauit Sed quib⁹ modis primū ho
minē strauit. eisdem modis secū
do hoī temptato succubuit. Per
gulam quippe temptat cū dicit
dic vt lapides isti panes fiāt Per
vanam gloriam temptat cum di
cit. Si filius dei es mitte te deorsū
Per sublimitatis auariciā temp
tat. cū regna omnia mundi osten
dit dicens. Hec oīa tibi dabo. si p
cidens adoraueris me. Sed eisdē
modis a secūdo homine vincit. q̄
bus primū hoīem se vicisse glori
abat. vt a nostris cordib⁹ ipso
auditu capt⁹ exeat. quo nos au
ditu intromissus tenebat Sed est
aliud fratres carissimi qd in hac
temptacōe dnīca ꝯsiderare debea⁹
q̄ temptat⁹ a diabolo dn̄s sacri e
loquij precepta respondit. et qui
eo verbo qd erat. temptatorē suū
mergē in abissum poterat. virtu
tem sue potēcie nō ondit. sola dine
scripture precepta edidit. q̄ten⁹
nobis sue paciētie pberet exēplū
vt quociēs a prauis hoīb⁹ aliq̄d
pacimur ad doctrinā poti⁹ excite

mur q̄ ad vindictā. Pensate q̄ta
est paciētia dei. q̄ta impaciā nrā
Nos si iniurijs aut aliq̄ lesione p
uocamur furore pmoti. q̄ q̄tum
possum⁹ nosmetipsos vlciscamur
q̄ qd nō possum⁹ facere minamur
Ecce aduersitatē dyaboli dn̄s ptu
lit. et nīl ei nisi māsuetudinis vba res
pondit. Portat quē punire pote
rat vt hoc i laudē ei⁹ alti⁹ cresceret
si hostē suū nō extinguēdo sz inte
rim paciēdo superaret. Notandum
vero qd subdit. q̄ recedēte dyabo
lo angeli ministrabant ei Ex q̄ re
quid aliud q̄ vni⁹ psone vtraq̄
natura ondit. q̄ et hō ē quē dia
bolus tēptat et isdem ipse de⁹ ē cui
angeli ministrāt. Cognoscam⁹ ergo
in eo nām nrām. q̄ nisi hūc dya
bolus hoīem cerneret nō temptaret
Veneremur i illo diuinitatē suā q̄
nisi sup oīa de⁹ existeret. ei nullo
mō angeli ministrarent Sz q̄ die
bus hijs lcō ꝯgruit. nā q̄dragita
dierū abstinētiā nr̄i redēptoris au
diuim⁹: q̄ q̄dragesime tpis inchoa
m⁹ discutiēdū nob̄ ē cur hec ipsa
abstinētia p q̄dragīnta dierū nu
merū custodit. Moyses eī vt legē
acciperet q̄dragīta dieb⁹ ieiunauit
Helyas i deserto q̄dragīta dieb⁹
abstinuit Ipse auctor hoim ad ho
mines veniēs. in q̄dragīta dieb⁹
nullū oīno cibū sumpsit Nos q̄z in
q̄tū possum⁹ ānuo q̄dragesime
tpe carnē nrām p abstinentiā af
fligē conemur Cur ergo i abstinē
cia quadragenari⁹ numer⁹ custo
dit. nisi q̄ virt⁹ decalogi p libros
q̄tuor euāgelij implet. Denarius

em̄ quater ductꝰ· in quadrāgena
riū ſurgit· q̄ tunc decalogi man
data ꝑficimus· cū profecto qua
tuor libros ſcī euāgelij cuſtodimꝰ
Ex qua re ſentiri et aliud pōt· Jn
hoc enim mortali corpe ex quatu
or elemētis ſubſiſtimꝰ· ⁊ ꝑ volup
tates eiuſdē corpis preceptis dn̄i
ciꝯ ꝯtraimꝰ· Precepta āt dn̄ica ꝑ
decalogū ſūt accepta· Qui ergo ꝑ
carnis deſideria decalogi mādata
ꝯtempſimꝰ· dignū eſt vt eandē
carnē q̄ter decies affligamꝰ· Quā
uis de hoc quadrageſimali tp̄e
adhuc aliud q̄d poſſit intelligi·
A p̄nti etenī die vſq; ad paſcalis
ſolemnitatis gaudia ſex ebdoma
de veniūt· quarꝫ viꝫ dies q̄dragita
⁊ duo fiūt Ex quibꝰ dū ſex dies do
minici abſtinētie ſubtrahunt̄· nō
plus ī abſtinētia· q̄ꝫ trigita ⁊ ſex
dies remanēt· Dū vero ꝑ trecētos
⁊ ſexagīta dies annꝰ ducit̄· nos āt
ꝑ trigita ⁊ ſex dies affligimur· q̄ſi
anni nr̄i decimas deo damꝰ· vt q̄
nobiſmetipſis ꝑ acceptū annuꝫ
viximꝰ· auctori nr̄o nos in eiꝰ de
cimis ꝑ abſtinētiaꝫ mortificemꝰ
Vn̄ fratres cariſſimi ſic offerre in
lege iubemini decimas rerū: ita ei
ꝯtendite offerre ⁊ decimas dieruꝫ
Vnuſquiſq; ī q̄ꝫtuꝫ virtꝰ ſuppe
tit carnē maceret· eiuſq; deſideria
affligat· ꝯcupiſcētias turpes inter
ficiat· vt iux̄ pauli vocē hoſtia vi
ua fiat· Hoſtia quippe immolat̄
⁊ viua ē· q̄n ⁊ ab hac vita hō nō
deficit· et tn̄ ſe a carnalibꝰ deſideri
is occidit Caro nos leta traxit ad
culpā· afflicta reducat ad veniaꝫ·

Auctor etenī mortis nr̄e ꝑ fructū
ligni vetiti· vite precepta trāſgreſ
ſus ē· Qui ergo a ꝑadiſi gaudijs
ꝑ cibū cecidimꝰ ad hec in q̄ꝫtū poſ
ſumꝰ ꝑ abſtinentiaꝫ reſurgamꝰ·
Sed nemo ſibi eandē abſtinētiā
ſolam credat poſſe ſufficere· cū ꝑ
ꝓphetam dn̄s dicat Nōne hoc eſt
magis ieiuniū q̄d elegi· ſubiciēs
Frange eſurienti panē tuuꝫ· ⁊ ege
nos vagoſq; induc in domū tuaꝫ
Cū videris nudū operi eū· ⁊ carnē
tuā ne deſpexeris· Jllud ērgo ieiu
niū deus approbat· quod ad eiꝰ o
culos manꝰ elemoſinarum leuat·
quod cū proximi dilectione agit̄·
quod ex pietate condit̄ Hoc ērgo
quod tibi ſubtrahis: alteri largi
re· et vnde tua caro affligit̄· inde e
gentis ꝓximi caro reparet̄· Hinc
etenī ꝑ ꝓphetam dn̄s dicit Cū ieiu
naretis ⁊ plangeretis nunq̄d ie
iunium ieiunaſtis mi· Et cū come
deritis ⁊ biberitis· nunq̄d nō vob̄
comediſtis ⁊ vobiſmetipſis bibi
ſtis· Sibi enī comedit ⁊ bibit· q̄
alimēta corpis que ſūt cōia dona
ꝯditoris ſine indigentibꝰ ꝑcipit
Et ſibi quiſq; ieiunat· ſi ea q̄ ſibi
ad tempꝰ ſubtrahit nō paupibꝫ
tribuit· ſꝫ ventri poſtmodū offerē
da cuſtodit Hinc ꝑ yohel dicitur
Sanctificate ieiuniū Jeiuniū q̄ppe
ſanctificare ē adiunctis bonis alijs
dignam deo abſtinenciaꝫ carnis
oſtendere Ceſſet ira ſopiant̄ iurgia
Jncaſſum enim caro atterit̄· ſi a ꝓ
uis ſuis voluptatibꝰ animꝰ nō re
frenat̄· cuꝫ ꝑ ꝓphetam dn̄s dicat·
Ecce in die ieiunij veſtri· inuenit̄

volũtas vr̃a. ecce ad lites ⁊ ↄtenti
ones ieiũnatis. ⁊ pcutitis pugno
ipie. ⁊ oẽs debitores vr̃os repeti
tis. Neq3 ei q̃ a debitore suo. hoᵒ q̇d
debit ẽpetit aliq̇d iniustũ fac. ꝫ di
gnũ ẽ. vt q̃squis se pn̄ia macerat
ec hoᵒ q̇d sibi iuste ↄpetit indicat
Sic sic nob afflictis et penitẽtibꝰ a
deo dimittit̃ q̇d iniuste egimꝰ si ꝑ
amore illiꝰ ⁊ hoc quod nobis iu
ste ↄpetit relaxamus.

Feria secũda post inuocauit
Scd̃m matheum

N illo tẽpore Dixit

ihs d. s. Cũ ver. eit filiꝰ hoĩs in ma
iestate sua Et reliq̃. Ome. lecti. e.
N lectione q̃ hanc p̃cedit ꝓposuit
dñs similitudinez hoĩs pegre ꝓfi
ciscẽtis. qui vocatis seruis suis di
stribuit illis pecunias ꝓut vnicui
q3 ↄueniebat. alij quinq3 talenta
alij duo. alij vnũ. ⁊ statim ꝓfectꝰ
est. Post multũ vero tp̄is reuisus
vocatis seruis suis posuit racõem
cũ eis. Et bene quidẽ opantes. pro
apportatis lucris remunerauit.
negligentẽ vero seruũ ⁊ a bono o
pere torpentẽ damnauit. Qua fini
ta pabola. hoc quod mõ exponen
do suscepimꝰ ↄsequẽter adiunxit
probans illã quaz ꝓmiserat pa
bolam ad se ptinere: ait ergo Cuz
veneit filiꝰ hoĩs in maiestate sua
Quia eni3 tempꝰ passionis eiꝰ in
stabat ⁊ ꝓxime venturo pascha
ↄprehendendꝰ ⁊ alaphandꝰ ↄspu
endus. flagellandus. spinis coro
nandꝰ. ⁊ ad vltimũ crucifigendꝰ
aceto potandꝰ. ⁊ morti tradendus
erat. Proinde se i maiestate ad iu
diciũ venturũ venire ꝓnunciat. q̃
tenꝰ secutura scandala passionis
ↄpensaret repollicitatio magne
glorificacõis. Ait ergo. Cũ veneit
filius hoĩs in maiestate sua. et
oẽs angeli cũ eo. Notanduz sane
q̄ filiũ hoĩs in maiestate venturꝫ
dicit. p quod destruit opinionez
quorundã hereticoꝝ. qui dixerũt
dñm nostrũ ihm xp̄m a tp̄e resur
rectionis ⁊ ascensionis non manẽ
in natura veraciter assumpte hu
manitatis. nõ attẽdẽtes q̇d ange
li dixerũt. Sic veniet queadmodũ
vidistis eũ euntẽ in celũ Et hic do
minꝰ manifeste filiuz hoĩs fatetur
venturũ esse ad iudiciũ. Idem ei
verus filius dei. idemq3 verus filiꝰ
hoĩs. non tñ duo. ꝫ vnus ẽ filius
dei. qui in iudicio p solam viden
du ẽ humanitatẽ. Nã in diuinitate
sua solis post iudiciũ apparebit e
lectis: q̄ scriptum ẽ. Tollat̃ impi
us ne videat gloriã dei. Soli autẽ
regem seculorum in decore suo vi
debunt oculi mundi sanctorũ Cũ
ergo inquit venerit filius hoĩs in
maiestate sua. hoc est in diuinita
tis sue potencia. p quã cum patre
simul et spiritu sancto genus hu
manum iudicabit. bene meritis
premia. impijs ⁊ peccatoribꝰ dig
na rependens supplicia. ꝫm quaz
vt dictuz est nunq̄ eũ reprobi vi
dere poterũt. Ille ergo qui quon
dam in assumpto hoĩe iudicandꝰ
veniens nõ clamauit. neq3 vocem
eius quisq̄ in plateis audiuit. q̄
ita humilis venit. vt a nemine

ꝯgnoſceret̃ nūc deꝰ manifeſte ve
niet. deꝰ noſter ⁊ nō ſilebit. ſtipa
tus miſterio angelorū. qui cū eo
ad iudiciū veniēt. vt in eorū preſē
cia iudicētur. q̃ ſub eorū cuſtodia
vixerūt. Angeli enī ſunt ammini
ſtratorij ſpūs. qui ſingulꝫ hoībꝰ
ad cuſtodiā deputant̃. de quibꝰ
dn̄s Angeli eorū ſemꝑ vident faci
em patris ⁊c̄. Hinc et pſalmiſta
dicit Annunciauerūt celi iuſticiā
eius. Celi nāq̧ iuſticiaꝫ eiꝰ annū
ciabūt. qꝛ ſācti angeli iuſtiſſimū
dei iudiciū venerāter predicabūt
Tūc ſedebit ſuꝑ ſedeꝫ maieſtatis
ſue Sedem ſuꝑ quā dn̄s ſeſſurus
eſt in iudicio. quidaꝫ iuxta lrām
nubem illā accipiūt i qua dn̄s aſ
cendit in celū in qua etiā venturus
eſt ad iudiciuꝫ. Sꝫ ꝯpetentiꝰ ſedes
dei ſācta intelligit̃ ecc̄ia. in qua do
minꝰ ſedebit. qꝛ in ecc̄ia ſua glori
oſus ipſe eam glorificās appare
bit. Et ꝯgregabunt̃ ad euꝫ om̄s
gentes. Om̄s viꝫ hoīes a primo a
dam vſq̧ ad eū qui in fine mūdi
naſciturꝰ ē. quiq̧ ab exordio mun
di iam defuncti ſunt. vel qui viui i
corpore inueniēdi ſunt. Et ſepara
bit eos ab inuiceꝫ. ſicut paſtor ſe
gregat oues ab hedis. Et ſtatuet
oues quideꝫ a dextris ſuis: hedos
aūt a ſiniſtris. Sicut iquit paſtor
pecus ſecernit a pecore. ita dn̄s no
ſter q̃ eſt verus paſtor quē oues
ſue agnoſcūt. eūq̧ ſequunt̃ ſepā
bit in die iudicij bonos a malis.
Nā ꝑ oues deſignant̃ ſcī ſimplici
tate ⁊ innocētia gaudētes. qui ad
dexteraꝫ dn̄i ſtatuent̃. qꝛ in ſpe ſē
piterne felicitatis collocabuntur
Per hedos aūt qui ſūt petulia aīa
lia ⁊ laſciua ⁊ ad libidineꝫ ſemꝑ
feruida deſignant̃ reprobi volup
tatibꝰ ⁊ illecebris dediti q̃ ponent̃
ad ſiniſtram. qꝛ iuſte ſempiterne
damnacōi ſubicient̃. Sed ⁊ illud
attendenduꝫ. qꝛ nō capras ſed he
dos in ſiniſtra ſtatuendos dicit.
qm̄ capram in bonā accipit ſigni
ficationē. Signat enī ſcōruꝫ aīas
que velut greges caprarū tonſe ⁊
lote aſcenderūt de lauachro et gē
mellos edunt fetus ⁊ ſterilitateꝫ
ignorant. Sciendū vero qꝛ in iudi
cio duo erūt ordines. alter bonoꝝ
alter malorū. qui tn̄ quadrifarie
diuident̃. Duo eniꝫ erunt ordines
bonorū. vnus q̃ nō iudicabit̃. ſed
cum dn̄o iudicabit. ſicut erunt ſcī
apoſtoli ⁊ pfecti. quibꝰ dictum ē.
Sedebitis ſuꝑ ſedes iudicātes du
odecim tribꝰ iſrahel. Alter erit or
do bonoruꝫ. qui iudicabit̃ ⁊ ſalua
bitur. quibus dicetur Eſuriui ⁊ de
diſtis mihi manducare ⁊c̄. Simi
liter duo erunt ordines reproboꝝ
Vnus eorū qui nō iudicabit̃ ⁊ ta
men damnabit̃. in quo erunt pa
gani deū ignorantes de quibus
pſalmiſta dicit. Non reſurgēt im
pij in iudicio Et dn̄s Qui non cre
dit iam iudicatus ē. Alter erit or
do illoruꝫ qui iudicabunt̃ et dam
nabunt̃: quibꝰ dicetur. Eſuriui et
non dediſtis mihi māducaē Tūc
dicet rex hijs qui a dextris eius e
runt Venite benedicti patris mei
poſſidete ꝑe paratū vobis regnuꝫ a
conſtitucōe mundi. Rex xp̄us viꝫ

qui est rex regū ⁊ dn̄s dominanti
um. quiq̈ in die illa solus exalta
bitur. ⁊ sue potestatis auctoritate
sentenciā dictabit. Et dicet hijs q̄
a dextris ei⁹ erunt. hoc ē sanctis. q̄
ad sortem sup̄ne beatitudinis p
tinebūt Venite benedicti patris
mei possidete preparatum vobis reg
num a cōstitutione mundi. Vox
ista desiderabilis. exoptabilis. ⁊
omni gracia suscipiēda. q̄ sancti
ad bona pp̄etua et ad regnū vocā
tur sine fine mansuruz. Et merito
benedicti dicunt̄. hoc ē ad eternā
benedictionē que in xp̄o ⁊ p xp̄i
stum ē predestinati. Patris autē
sui regnū dicit. ad illum inferens
oēm potestatem cuius ē fili⁹. q̄r a
quo habet essentiā. ab illo habz
et potenciā Vnuz tamen ē regnū
patris ⁊ filij ⁊ spiritussancti. sicut
vna ē essencia eademq̈ maiestas
Quod regnū ab origine mūdi ill̄
preparatum asserit. q̄r ad illud an̄
secula predestinati ⁊ preordinati
fūt. Nam vt apl̄us dicit Quos p̄
sciuit ⁊ predestinauit cōformes fi
eri imaginis filij sui Quos aūt p̄
destinauit illos ⁊ vocauit. et quos
vocauit et hos iustificauit. Qui
bus vero meritis talem p̄merue
rūt remuneracōez enumerat sb
dens. Esuriui ⁊ dedistis michi mā
ducare. Sitiui ⁊ dedistis michi bi
bere. Hospes eram. et collegistis
me Nudus ⁊ cooperuistis me. In
firmus ⁊ visitastis me. In carcere
eram ⁊ redemistis me. Que verba
apte exprimūt op̄a pietatis ⁊ be
niuolentie munificentiāq̈ corpo
ream tolerantib⁹ indigentiaz ne
cessaria ē. Verū si hec spiritaliter
accepim⁹. gratius aliq̄d impleti
one caritatis intelligere poterim⁹
Quia caritas nō solū circa carnez
fratris qn̄q̈ morituraz. verū mul
to magis circa animā semp victu
ram ē exibenda Qui igit̄ esurientē
⁊ sitientez pane verbi saciat. ⁊ aq̄
sapientie potat. pfecta caritatis
opera adimplet Qui errantē a vi
a veritatis sacra admonicōe reuo
cat. ⁊ per potenciā in domū sancte
ecclesie recipit. pietatis opera ve
raciter agit. Qui vero infirmuz in
fide suscipit ɓm apl̄m. et tribula
cionum ac iusticie carcere clauso
solaciū ɔpassionis. ac sermonez
ɔsolacōnis impendit: hic vtiq̈ ve
re dilectionis iura adimplet. ⁊ iō
pietatis mercede remunerand⁹ ē.
Et nota q̄p nō virtutes maximas
sed sola dilectiōis opera. q̄ actiue
vite necessaria sunt. dn̄s in iuditi
o ɔmemorat. vt liquide ostēdat
Quia caritatis precepta seruanti
bus debeant̄ regna celorum. sine
qua nulla virtus nullum op⁹ bo
num deo placere potest. Tunc res
pondebunt iusti dicētes. Domine
qn̄ te vidimus esurientez. ⁊ paui
mus. sitientem. et dedim⁹ tibi po
tum Quando aūt te vidimus hos
pitem. ⁊ collegim⁹ te. ⁊ nudum ⁊
cooperuim⁹ te. Aut qn̄ vidim⁹ te
infirmū aut in carcere. et venim⁹
ad te. Ista sancti respondebūt stu
pentes ad immensaz et ineffabi
lem maiestatē regis xp̄isti. Et q̄r
omne bonum quod cuiq̈ fecerunt

ꝓhibet: ne q̄d deo debetur. hoīb⁹ deferatur. Sed cum oīa precepta diuine scripture a deo ꝓcedāt monet multos cur ↄtra preceptū alterius scripture q̄ dicit. honora patrem. ꝓhibeat vocari p̄res vel magistros. Nā ⁊ paulus mgr̄m gentium se esse testat̄. Sed aliud est esse p̄rem vel mgr̄m natura. aliud ꝑmittente indulgentia Nos em̄ si hoīem patrem vel mgr̄m vocam⁹ honorē deferimus hijs a q̄bus incrementū vel originē sumpsimus non eos autores nostre vite ostendimus. Tn̄ fm q̄d a deo ↄditi sum⁹ ⁊ gubernamur nec p̄r nec mgr̄ vocand⁹ est alius nisi de⁹. Pater vocand⁹ est. qr ex ipso sunt oīa. Magister. qr ꝑ ipsum sunt oīa. vel qr ipse est singularis mgr̄ q̄ omnes interius nāliter edocet Homo em̄ non prestat hoī intellectum docēdo s; illū tm̄modo exercet ammonendo. Doctrina nāq; cordis officiū tz. qui ferꝫ non facit Qui maior est vestrꝫ: erit minister vr̄. Ac si dicat Quicūq; vult fratrem ꝑuenire regnando pri⁹ illū necesse est vt preueniat obsequendo. Q̄d ⁊ in ipso xp̄o veraciter impletū esse noui⁹. Qui cum maior sit oībus fidelib⁹ tn̄ suis non solū exteriora ministr̄uit: sed etiā animam suam ꝑ illis in mortē tradidit. hoc est q̄d dic̄. qui maior est vr̄m: erit minister vr̄ Prelatis specialiter precipit̄ vt q̄bus sp̄uali regimine principant̄ eoꝝ indigentiam taliter releuare atq; supplementū familiaris pauꝑtatis studiosa subministratiōe

ꝓcurent. Qui autē se exaltauerit humiliabit̄: ⁊ qui se humiliat exaltabitur Videm⁹ multos honoribus ⁊ diuitijs h⁹ seculi florere. et in hijs vsq; ad finem perseuerare cernimus. ecōtra nonnullos pauꝑtate laborare ⁊ in eadē egestate ꝑmanere Cum g̃ isti in inchoata felicitate. ⁊ illi in pristina pauꝑtate vsq; ad terminū vite ꝑmaneāt: quō verꝫ esse ↄstat q̄d dn̄s dicit. omnem hoīem exaltatū humiliari. humiliatū exaltari. Sz qm̄ veritas falli non p̄t: in futuro cōplenda non dubitam⁹ Omnis enim q̄ in p̄nti vita se exaltat: vt diuinis preceptis se subdere ↄtemnat: hic in die iudicij cū suꝑbis humiliatus: audiet a domino. Jte maledicti in ignem eternū. Qui vero diuino amore hic se humiliare studuerit: imitans illum q̄ dicit. discite a me. qr mitis sum ⁊ humilis corde. ipse in futuro iudicio a dn̄o exaltabit̄: cū audire meruerit Venite benedicti p̄ris mei: ꝑcipite regnum vobis ā seculo ꝑatum. Amē

Feria quarta
Scd̄m matheum

In illo tēpore Ascendens ihs ierosolimā: assumpsit duodecī discipulos suos secreto. ⁊ ait illis. Ecce ascendimus ierosolimā. ⁊ filius hoīs tradetur principibus sacerdotum ⁊ scribis. ⁊ cōdemnabunt eum morte. Et reliq̄.
Omelia lectionis eiusdem

Ominus ac redemptor nr̃ preuidẽs discipulorum aĩos de sua passione turbãdos longe ante eis ꝛ penã eiusdẽ passionis ꝛ gloriã sue resurrectionis predicere voluit: vt cũ eum morientem cernerent: resurrecturum quoqꝫ sicut eis predixerat minime dubitarẽt Et crebro quippe hoc ipsuz eis prenunciauerat. sed quia tp̃is accessu qd audierũt: labi a memoria poterat. idcirco iturus ad passionẽ ꝛ secũ eos ducturus iterato eis futura predixit. quatenus eos contra vementẽ temptationem preparãs ne vemente crucis psecutione. ꝛ passionis ignominia terrerentur Mala enĩ minus afficiunt: q̃ presciuntur. Nam subiti casus etiaz fortissimos quosqꝫ obruere solent Assumpsit in q̃ꝑ. xij. discipulos suos In tp̃e sue predicatiõis plurẽs dominus voluit hr̃e discipulos. E q̃bus. xij. elegit: quos ꝛ aplos noĩnauit: q̃bus euangelij sacramenũ committeret. ꝛ p quos totuz mundũ ad suam fidem conuocaret. Quibus ꝛ alibi dicit. Vos estis q̃ ꝑmansistis mecũ in temptationibus meis. Hijs ergo assumptis ait illis. Ecce ascendimus hierosolimã ꝛ filius hoĩs tradetur principibus sacerdotum ꝛ scribis. ꝛ condemnabũt eũ morte Attendendũ quia dñs filiũ hoĩs tradendũ ꝛ morte cõdemnandum dt. Qui cum sit idem fili⁹ dei: ꝛ filius hoĩs dominus ihs xp̃us: solus tñ filius hominis ꝛ humanitas assumi. tradi ꝛ comprehendi. ac passioni mortiqꝫ subiacẽ potuit. Simul ꝛ illud considerandũ. quia pene in oĩbus sc̃i euangelij locis potius se domin⁹ filium hoĩs q̃ꝑ filium dei appellat vt videlicet nobis ad memoriaz reducat quid ꝑ nobis fact⁹ est. Nã qui erat de⁹ excelsus sup omnia: fact⁹ est hõ humilis inter oĩa. Sz quanto magis ille humanitatis sue infima commendat. tanto magis nos sublimia diuinitatis eius venerari. ac glorificare oportet. Tradetur ait principibus sacerdotum. Primũ enim ad annam sacerdotem. deinde ad cayphe domum adduct⁹ est: qui erat pontifex anni illius. Et condemnabunt eũ morte. Morte enim eũ condemnauerunt: qñ clamauerunt dicentes. Re⁹ est mortis. Et. tolle tolle crucifige eũ. Et tradent eum gentib⁹ ad illudendũ. Traditus est gentibus. quia sicut textus passionis eius apte loquitur: vinctum adduxerũt eum. ꝛ tradiderũt euz pontio pilato presidi qui vtiqꝫ nõ iudeus erat. Ipse vero flagellatuz eũ tradidit militibus romaĩs ad crucifigendũ. Sciendũ autẽ dñm a multis fuisse traditũ. Tradidit namqꝫ eũ deus pr̃. iuxta qd apl's ait Qui filio suo non pepcit. sed ꝑ nobis oĩbus tradidit illũ Tradidit se ipse filius eodem apl'o dicente. Qui dilexit nos ꝛ tradidit semetipsum ꝑ nobis. Tradiditqꝫ eũ iudas iudeis. Iudei nihilomin⁹ tradiderũt euz pilato. Pilatus vt dictum est tradidit eũ militibus Si ergo deus pater tradidit eum. ꝛ filius se ipẽ tradidit: qd iudas ꝛ iudei

peccauerũt. quid tantũ sceleris ad
miserũt. vt sic horroꝛi ⁊ execratio
ni sint omnibus in xp̄um creden
tibus. sed in re vna dispar fit affe
ctus. Quod enim deus pater cum
eterno sibi filio fecit amoꝛe ⁊ dile
ctione humani generis hoc fecit.
Judas vero ⁊ iudei odio ⁊ inuidi
a hoc fecerunt. Ideoq; deus pater
dignissime cum xpristo filio suo
benedicitur. ⁊ continuo laudibꝰ
predicatur. Illi vero eterna male
dictione ⁊ supplicio ↄdemnantur.
Tradetur inquit gẽtibus ad illu
dendum ⁊ flagellandũ. Illusus ẽ
dominus quãdo sicut euangeliũz
refert: suscipiẽtes eum milites ve
lauerunt faciem eius. ⁊ induerũt
eum purpura. ⁊ plectentes coro
nam de spinis posuerunt super ca
put eius. ⁊ arundinem in dextera
eius. ⁊ venientes dixerũt. Aue rex
iudeorum. Et dabant ei alaphas
Flagellatus est. ad columnã reli
gatus in qua vsq; hodie fusi cruo
ris indicia feruntur apparere. Q;
vero prius flagellatus. deinde cru
cifixus est. ex romano more factũ
est. qui reos ⁊ morti adiudicatos
primum flagellis verberabant. de
inde securi cedebant. Et die tercia
resurget. Solet scr̄ptura diuina tri
stibus leta subiungere Vnde ⁊ do
minus predictã sue passionis ig
nominiã: gloria future resurrecti
onis euacuauit dicens Tercia die
resurget. De quo psalmista dicit
De torrente in via bibit quia vide
licet mortem nostram in transitu
gustauit. ⁊ caro illius corruptio

nem non vidit Tũc accessit ad eũ
mater filioꝝ zebedei cuz filijs suis
adorans ⁊ petens aliquid ab eo.
Qui dixit ei. quid vis. At illa. Dic
vt sedeant hij duo filij mei. vnus
ad dexteraz tuam. ⁊ vnus ad sini
stram tuam in regno tuo. Mr̄ fili
orum zebedei ipsa est maria ma[illegible]
iacobi ⁊ iohis. cuius ⁊ in resurre
ctione domini mentio agitur. Sz
cum dominus suã sup̄ius legatur
predixisse passionẽ. quod videlꝫ
tradendus. illudẽdus ⁊ flagellan
dus esset querendũ vnde mater fi
lioꝝ zebedei ad hanc regni opini
onem inducta sit: vt filijs q̃reret
a domino regnandi gloriam. Ea
enĩ q̃ dñs in se implenda predixe
rat: cõtraria videbant̃ glorie regni
Sed q: dñs subiunxerat se die t̃ci
a resurrecturũ: putauit hec mulier
post resurrectõem ilico eũ in mũdo
regnaturũ arbitrãs in p̄mo aduẽ
tu dñi implendũ qd in secundo ꝓ
mittitur. Ideoq; immemor futuroꝝ
auiditate feminea: p̄ntem gloriã
ↄcupiscit. Sed vsq; hodie iudeoruz
opinio est: xp̄m suum cum vene
rit p annos feliciter in mundo re
gnaturũ. oĩbusq; gentibus impa
turũ. ipsosq; iudeos omni pace et
ꝓsperitate gauisuros. atq; ab oĩ
bus fore ꝑplis venerandos. Hac
opĩone correp̄ fuit hec mulier. id
q; errore muliebri ⁊ affcũ mr̄no:
filijs volebat regnũ impetrarẽ. Q;
vero dñs interrogat q̃d illa vellet
nõ de ignorantia fecit: ſ ex dispen
satione: vt viz illius petitio nota
fieret omnibus. sicq; illi dominꝰ

aple respondetet. Rñdens ihs di
xit. Nescitis quid petatis.c Matre
postulante non matri dñs sȝ filijs
rñdit. qr nouerat matris preces
ex filiorum venire volũtate. Nescie
bant em̃ quid peterent: qui ↄreg
nare ꝛ ↄsedere xp̃o volebant. q̃ nec
dum merebantur. Necdũ em̃ ꝑ xp̃o
pati poterãt vt dicit apl's Si ↄpa
timur ꝛ ↄregnabim⁹. delectat er
go eos culmen honoris ȝ prius de
bet eas via exercere laboris. Jam
desiderãt sublimiter regnare cum
xp̃o: sed prius debent pati ꝑ xp̃o.
Bonũ certe erat eoꝝ desideriũ: sed
incõsiderata petitio. atqȝ ideo dñs
non volũtatem aut ꝓpositũ eoruȝ
culpauit: qd de eius amore nascẽ
bat: ȝ solam ignorantiã reprehen
dit dicens Nescitis quid petatis.c
Potestis bibere calicẽ quẽ ego bi
biturus sũ.c Noĩe calicis vel bap
tismi in sacro euãgelio labor mar
tirij solet designari. Vnde alibi di
cit dñs. Baptismate hẽo baptiza
ri: ad quod coartor vsqȝ duȝ ꝑfici
atur. Jn passione qȝ p̃rem orat. si
vis transfer calicẽ istum a me. Jn
terrogat ḡ illos si possint bibere
calicẽ quem ipse erat bibiturus.
ꝑ hoc se ꝛ illos ꝑ passionẽ insinu
ans ↄsummandos. Qd illi intelli
gentes rñderũt. Possumus. Et do
minus. Calicem quidẽ meũ bibe
tis. Queri solet. quõ ambo hij fra
tres iohes videlicet ꝛ iacobus ca
licem dñi biberint: cum solũ iaco
bum legamus ꝑ xpristo ab hero
de capite cesum. iohem vero in pa
ce quieuisse ꝛ ꝓpria morte vitam fi
nisse Sed legim⁹ in historijs ipsũ
quoqȝ causa noĩs xp̃i multa sus
tinuisse Nam ꝛ cũ ceteris apostol'
cesus in actib⁹ apostolorum inue
nitur. ꝛ deinceps a domiciano cesã
re in feruentis olei doliũ missus.
Jdemqȝ ab eodẽ principe ꝓpter in
uictã euangelisandi ↄstantiaȝ in
pathmos insulam exilio narrat
fuisse relegatus Videm⁹ ergo nõ
defuisse iohanni martiriũ. ꝛ ipsũ
qȝ bibisse calicẽ passionis: q̃uis
ꝑsecutor sanguinẽ eius non fude
rit. Sedere aũt ad dextrã meã ꝛ si
nistrã: non ẽ meũ dare vobis: sed
quib⁹ paratuȝ est a p̃re meo. Qꝫ di
cit. non est meũ dare vobis ita sẽ
tiri p̃t. non est meum sed vestruȝ.
Non est meũ dare. qr regnuȝ celo
rum in accipientis est ꝑtãte. Quĩ
cunqȝ enim talem se exhibuerit:
vt dignus sit regno celoꝝ: hic ta
lis illud accipiet. qr regnum celo
rum non ꝑsona: sed vita ↄsequit.
Si itaqȝ ꝛ vos tales fueritis vt sitis
digni accipe illud regnũ qd deus
p̃r solis victorib⁹. ꝛ vsqȝ in finem
in bono ꝑseuerantibus prepauit
vos quoqȝ illud absȝ dubio acci
pietis. Siue etiã alio sensu. Non ẽ
meum dare vobis. hoc est. nõ est
meum dare illud regnum supbis
ꝛ elatis quod adhuc erant. Si ḡ
illud vultis accipe: nolite esse qd
estis ꝛ nolite esse elati qr tales in
digni sunt accipe regnum celoꝝ
Ergo prius humiliamini. ꝛ tunc
vobis quoqȝ prepabitur regnuȝ
celorum. Et audientes decẽ indig
ti sunt de duobus fratribus. Nõ

contra matrem indignātur: ſʒ ad
filios referunt preſūptionē huiuſ
cemodi poſtulacōis ꝙ q̄ſi ignorā
tes menſurā ſui immodica cupidi
tate ad petendū regnū exarſerūt
Juxta qd dn̄s q̄ʒ ſupra nō peten
ti matri: ſʒ tacentibꝫ filijs rn̄it. Ne
ſcitis quid petatis. Ex qua dn̄i rn̄
ſione ſimul ⁊ decē apl'orum indig
nacōe datur intelligi ꝙ filij mr̄ez
inſtigauerūt ad grandia petēda
Jh̄s aūt vocauit eos ad ſe: ⁊ ait.
Scitis ꝙ principes gentiū dn̄an
tur eoꝝ. ⁊ qui maiores ſunt poteſ
tatem exercent in eos. Nō ita erit
inter vos. ſʒ quicūqꝫ voluerit int̄
vos maior fieri: ſit miniſter veſter
Et qui voluerit inter vos primus
fieri erit veſter ſuus. Humilis et
benignus mgr̄. forma q̄ʒ oīm ma
giſtroꝝ. nec illos duos de immodi
ca ⁊ irrationabili peticōe. nec hos
decē de indignatione ⁊ liuore quē
ꝯtra illos hēbant redarguit: ſʒ ta
le poſuit exemplū quo manifeſte do
ceat illū vere eſſe maiorem qui mi
norē ſe exhibuerit. illūqꝫ exiſtere
primum: qui fuerit ſuus omniū
Qui ergo voluerit fratrem preue
nire regnando: ꝑueniat ⁊ illum ſe
humiliando Vincat eū obſequio
quem vult vincere dignitate. Fru
ſtra igitur illi grandia q̄rebant:
Fruſtra ⁊ iſti de illoꝝ inſolenti deſi
derio indignant̄: cum a dn̄o doceā
nt̄ ad ſumme dignitatis culmē
non potentia: ſʒ humilitate ꝯſcen
dere. Sicut filius hominis non ve
nit miniſtrari ſed miniſtrare ⁊ da
re aiam ſuam redempcōem ꝓ mlt̄

tis. Propoſuit illis ex ſeipō formā
diſcende humilitatis. vt ſi docētis
verba ꝑuipenderent: imitarentur
exempla. Non venit inq̄t filiꝰ hoī
nis miniſtrari ⁊ vt miniſtraretur
ei: ſʒ miniſtrarē. Si ego inq̄t qui cū
ſim dei filius ⁊ deꝰ ꝓpter vos homo
factus non ad hoc in mundum ve
ni vt hominū obſequia vel mini
ſteria mihi inquirerem: ſʒ vt ipſe
potius vobis obſeq̄rer vobiſqꝫ mi
niſtrarem. quarē vos homines ab
hominibꝫ. mortales a mortalibꝫ ſui
cia ſupba requiritis: nō vt naturē
cui ſatis ꝑua ſufficiunt: neceſſita
tibꝫ ſubueniatis: ſʒ vt maiores ⁊ cel
ſiores ceteris appareatis. Attēdāt
hoc eccleſiaꝝ prepoſiti ⁊ caueant
audiant a domino. ꝙ gentilis nō
eccleſiaſtice ꝯſuetudinis eſt ſubie
ctis dominari ⁊ ſup eos quibꝫ pre
lati ſunt poteſtatis dominiū exer
cere diſcant igitur boni magiſtri
exemplo non ſe faſtu ſupbie ſup
minores extollere: ſʒ potius illis ſe
obtemperare. atqꝫ equales in om
nibꝫ exhibere ſtudeant. quatenus
ab illo qui non venit miniſtrari ſʒ
miniſtrarē celeſtem mereant̄ con
ſequi magiſtratum. Miniſtrauit
autem dominus: quando in cena
lintheo ſe precinxit. ⁊ omnium di
ſcipuloꝝ pedes lauit Miniſtrauit
etiam dominus: cum in crucis al
tari ſeipſum pro noſtra redempti
one deo patri hoſtiā obtulit Vn
de ſequitur. Et dare animā ſuam
redemptionem pro multis. Com
mendandum memorie ꝙ non ꝓ
omnibus: ſed pro multis ſe dicat

animā pōnere. pro hijs videlicet qui credere voluerit. pro hijs qui sunt de numero saluandorū. ⁊ ad vitam eternā predestinatorū Tu autē domine.

Feria. v. Scđm Lucam.

In illo tēpore Dixit ihesus discipulis suis parabolā hanc. Homo quidā erat diues ⁊ induebatur purpura ⁊ bisso ⁊ epulabatur quotidie splēdide Et reliqua Omeliā Require in prima dn̄ica post octauas pēthecostes.

Feria. vi. Scđm Matheū.

In illo tēpore Dixit ihesus discipulis suis. ⁊ turbis iudeorū Homo quidā erat paterfamilias q̄ plantauit vineā. ⁊ sepem circūdedit ei. ⁊ fodit i ea torcular. ⁊ edificauit turrim. ⁊ locauit eā agricolis. ⁊ peregre profectus est. Et reliq̄ Omel lectionis eiusdē.

Assumptꝰ pro salute hoim dei filius. venit iherusalē triūphali pompa. et ab exultantibꝰ turbis exceptus. quo tali gloria inimicorū suorum animos. ad suā necem maturādam. amplius incitaret. ibiq̄ per quinq̄ dies non cessauit docens populū. ⁊ propositis similitudinibꝰ scribarū ⁊ phariseorū scelera redarguit. Nā quia interrogauerūt eum. cū eos de tēplo. mirabili auctoritate eiceret. in qua potestate ista facis. eiq̄ i sermone laqueos tetenderāt. cum simulata veneratiōe interrogabāt vtrū liceret dari censum cesari. an nō. idcirco ipsis suis artibus superātur a domino. ⁊ in parabolis audiūnt. quod aptius audire nō merebātur. Deniq̄ hec similitudo iudeorū inuidiā quā contra saluatorē cōceperāt. ⁊ passionis eius totum cōplectitur sacramētum. Homo iste paterfamilias. deꝰ omnipotens est qui hoies in mūdo. quasi dn̄s suos famulos possidet in domo. Hic est ille p̄rfamilias. q̄ habuit duos filios. quiq̄ scđm alteriꝰ loci parabolā. conduxit operarios in vineā suam q̄ plantauit vineam. plebem viz israheliticā. quā de ōmibꝰ gētibus in ppl̄m sibi peculiarē elegit. Hec est illa vinea de q̄ ysaias i cātico locutꝰ ad vltimū addidit. Vinea dn̄i sabaoth. domꝰ israel ē. De qua ⁊ psalmista dicit. Vineā de egipto trāstulisti. eiecisti gētes ⁊ plātasti eā. Et sepem circūdedit ei. ⁊ fodit in ea torcular. ⁊ edificauit turrim. ⁊ locauit eā agricolis Sepem vel murū vrbis vel angelica p̄sidia designat. Sepem ergo vinee circūdedit quia ex munimine murorū ex auxilio angelorū. illā plebem vallauit. Torcular altare quia sicut in torculari vue exprimūtur. ita in altari deo hostie imolantur Hec sunt illa torcularia. q̄ cū titulo tres psalmi p̄notantur. ita in finē pro torcularibꝰ Edificauit turrim templū scilicet. Hec est illa turris. ad quam loquitur micheas propheta dicens. Et tu turris gregis nebula filia syō. Locauit eā agricolis Agricolas principes iudeorū dicit. quibus deus vrbem

templũqꝫ ⁊ vniuersam simul ple
bem· tradidit gubernãdã· Et pere
gre ꝓfect⁹ est· Profect⁹ est pegre
non loci mutacõne· Nam quo po
test recedere· qui ꝑ ꝓphetam loqui
tur· Celũ ⁊ terram impleo· Et ali
bi· De⁹ de prope ego sum· ⁊ nõ de⁹
de lõge· Sed abisse dicitur· liberũ
illis relinquẽdo arbitriuz· vtrum
vellent operari in vinea an non·
Cum autẽ tempus fructuũ appro
pinquasset· Tẽpus fructuũ fuit· ex
quo interfectis hostib⁹· terrã pro
missionis securi ceperũt incolere·
Et pulchre nõ prouentuũ· s(ed) tem
pus fructuũ dicit· q(uia) null⁹ huius
vinee ꝓuentus· nullus ꝓterui po
puli extitit boni opis fructus· Misit
seruos suos ad agricolas· vt acci
perent fruct⁹ eius· Et agricole ap
p̄hensis seruis eius· aliũ ceciderũt
aliũ occiderũt· alium vero lapida
uerũt· Serui qui primũ ad agrico
las missi sunt· moyses legislator·
⁊ aaron· ⁊ reliq̃ sacerdotes intelli
gũtur· qui ꝑ quadraginta ãnos
cõtinuos· in deserto fructum legis·
quã illis deus dederat exigebant
Sed agricole missos ad se seruos
occiderũt· flagellantes illos verbe
ribus linguarũ· Scriptũ est enim·
Irritauer(un)t moysen in castris· aa
ron sanctũ domini· Et iterũ· Vexa
tus est moyses ꝓpter eos· quia ex
acerbauerũt spiritũ eius· De qua
vinea· quid ip̄e moyses sentiat·
in cãtico deutronomij declãt dicẽs
De vinea sodomorũ vinea eorum
⁊ de suburbanis gomorre· Vua
eorum vua fellis ⁊ botrus amaris
simus· Notãdum q(uod) alius euãge
lista dicit· alium in capite ꝑcusse
runt· Per hũc namqꝫ seruũ intel
ligitur dauid· quia ⁊ ip̄e seruus
patrisfamilias erat· qui eundem
populũ· ad superna desideria inci
tabat iocundam psalmorũ melo
diam cõcinendo· Sed hunc in ca
pite percusserũt· quia ipsum spiri
tualis musice repertorẽ abiecerũt
nobile quoqꝫ regnũ eius· ignobi
li tradiderũt· ⁊ regiõem impieta
te mutauerũt· Sed ille huius in
iurie imemor· pro hac vinea· hũc
patremfamilias p̄cabatur dicens
Domīe deus virtutum· cõuertere
respice de celo ⁊ vide ⁊ visita vine
am istam· Iterũ misit alios seruos
plures priorib⁹· Per seruos qui
secũdo loco missi sunt· choros pro
phetarũ debemus accipere· qui su
is oraculis populo subueniebãt·
⁊ q̄ huic vinee imminerent p̄dica
bãt· Sed et hos similiter persecuti
sunt· ⁊ occiderũt eos qui prenũci
abãt de aduentu xp̄i· Audiam⁹
quid ysaias de hui⁹ vinee sterili
tate queratur· Ego te plantaui vine
am electã omne semen verũ· quo
modo cõuersa es in amaritudinẽ
vitis aliene· Fecerũt inquit illis
similiter· Nam quosdã lapidaue
rũt· vt ezechielem in chaldea· iere
miã in egypto· Alios occiderũt
vt naboth· Alios secuerũt· vt ysa
iam· Nonullos vecte ferreo perdi
derũt· vt amos· Et ostẽditur· hic
paciẽtia ⁊ sustentatio domini qui
crebro seruos suos ad malos colo
nos direxit· q̃tenus ab illis conti

penitentiã agerent Sʒ illi ɔtemnẽ
tes iram sibi in die ire thesaurisa
uerũt. Nouissime ãt misit ad eos
filiũ suũ dicens. Verebunt filiuʒ
meũ. Nouissime inq̃t filiũ suũ mi
sit. qꝛ vt ait apl's. qñ venit pleni
tudo tpm: misit deus filiũ suũ na
tum ex muliẽ. Nõ autẽ misit vt de
malis a pene obnoxijs colonis:
sententiã iudicialẽ ferret. sed ad
huc post tanta scelera: post seruo
rum suoꝝ impias mortes: locũ ve
nie misericorditer reseruaret. Ve
rebunt filium meũ. Qđ q̃si ambi
gens đt. verebunt filiũ meũ: non
ita est accipiendũ qꝛ ignorans di
xerit. Nã quidẽ deus q̃ cũcta singu
lariter a sũme nouit. ignorarẽ nõ
pt. Sʒ dubitarẽ đr vt in nomine fi
lij potestas liberi arbitrij demon
stret. Agricole aũt videntes filiuʒ
dixerunt. Hic ẽ heres: venite occi
damꝰ eum a habebimus heredita
tem eius. Ex hoc loco manifestissi
me ɔprobatur principes iudeoꝝ
non p ignorantiã sed p inuidiaʒ
crucifixisse redemptorẽ. Nouerãt
enĩ eum esse filiũ dei. intelligebãt
hunc esse illũ cui loq̃batur deus
pr̃. Postula a me a dabo tibi gen
tes hereditatẽ tuã: a possessioneʒ
tuã terminos terre. Agnoscebant
eũ .i. venisse in mundum vt omẽs
gẽtes ad suam fidẽ ɔuerteret. Jdeo
q̧ quasi ɔsulentes sibi dicebant.
Ecce totus mundꝰ post ipsũ abijt
Et si dimittimꝰ eum sic omnes cre
dent in eũ. Hereditas autẽ filij ec
clesia est. in cunctis data nationi
bus. quã non moriens pr̃ ei reli

quit sed ipse morte sua illã miseri
corditer acq̃siuit. atq̧ a mortuis
resurgendo illam sub testamento
vite eterne possedit de qua apl's
Attendite inq̃t gregi in quo vos
posuit xp̃s regere ecc̃iam quã ac
quisiuit sang̃ne suo Hanc heredi
tatẽ neq̧ coloni occiso herede p ci
pere cupiebant qꝛ ad hoc pseque
bantur xp̃m: vt fidẽ que p eũ est
extinguerent a carnalem iusticiã
legis iusticie euãgelij preferrent
atq̧ oĩbus gentibꝰ imbuendis in
sererent Et apprehensũ inq̃t eũ eie
cerũt ex vineã a occiderũt. Ex vine
am vinee heres occidit. qꝛ xp̃us
extra ciuitateʒ in loco q̃ đr golga
tha .i. caluarie crucifixus est. Vn
de apl's Jhs aũt vt sc̃ificaret p su
um sanguinẽ ppl'm: extra portam
passus est. Siue eiecerũt eũ extra
vineã a occiderunt. qꝛ prius p in
credulitatẽ a suis eũ cordibus ex
pulerũt. ac sic crucis supplicio affix
erunt. Hoc olim presig̃bat qꝛ mo
yses in tab̃naculo dei altare holo
causti: in quo victimaꝝ sanguis
effundebat: nõ intra tabernaculũ
ꝫ ad ostiũ posuit: innuens misti
ce. qꝛ crucis ara extra portam ihe
rusalem erat erigenda a xp̃us dei
pr̃is filiꝰ non in domo iudeoꝝ: hoc
est in mentibus illoꝝ recipiendꝰ
ꝫ foris immolandꝰ. Qꝫ aũt mar
cus mutato ordĩe dicit. a apprehẽ
dentes occiderũt eũ a eiecerunt eũ
extra vineã: ptinaciã infidelitatis
illorum denotat qui nec post eius
passionem a resurrectiõnem crede
re voluerunt: sed quasi cadauer

inutile ꝑiecerunt. predicatores ver
bi illius a suis finib⁹ excludendos.
⁊ ad nationuꝫ populos transmit
tendos Cū ergo venerit dominus
vinee quid faciet agricolis illis.
Interrogat eos non ꝙ ignoret q̄d
responsuri essent: sed vt eos ꝓpria
eoꝝ responsione ꝯdemnet. Aiunt
illi. Malos male ꝑdet ⁊ vineā suā
alijs locabit agricolis q̄ reddant
ei fructū tꝑibus suis Veniens do
min⁹ malos male perdidit. qꝛ in
credulos ⁊ crudeles sui hoīcidas:
digna puniuit vltōe. locū. gentē.
simul ⁊ regnū eis auferendo ⁊ per
omnes mundi terminos longe la
teq; dissipando. Locauit autē vine
am alijs agricolis. qꝛ nobis scrip
turaꝝ misteria ⁊ suā cognitōnem
tribuit ea ꝯditione vt suis tempo
ribus fructū reddamus ⁊ noueri
mus quid vnoquoq; tꝑe nos loq̄
vel agere ꝯueniat Sed hoc qd illi
dixerūt qꝛ scilicet malos male per
deret. ⁊ vineam suam alijs agrico
lis locaret. ipse diuinitus ꝓcura
tum ꝓphetico ꝯsili exemplo respon
dens. Nunq̄ legistis in scripturis
Lapideꝫ quem reprobauerūt edi
ficantes: hic fact⁹ est in caput an
guli. A domino factum est istud.
⁊ est mirabile in oculis nostris.
Ipsos quoq; supius colonos vo
cauerat: nūc edificantes appellat
qꝛ principes ⁊ sacerdotes iudeoꝝ:
subditam plebem ad offerendos
iusticie fructus quasi vineam ex
colere: ipsi etiam hanc vt domino
ad inhabitand digna fieret: qua
si domum cōstruere ⁊ exornare de

buerant. Nam ⁊ apostolus loq̄ns
fidelib⁹ ait. Dei agricultura estis.
dei edificatio estis. Sed illi quasi
mali coloni fructum vinee reddere
nolunt. ⁊ quasi mali cementarij
electum ⁊ preciosum lapidem. vel
in fundamento. vel in angulo do
mus dei ponend subtrahere. hoc
est fidem xpristi auditorib⁹ cona
bantur eripere. Ait ergo. Nunq̄
legistis in scripturis. Lapidē quē
reprobauerunt edificantes: hic
fact⁹ est in caput anguli. A domi
no factum est istud ⁊ est mirabi
le in oculis nostris. Ac si diceret.
Quomō implebitur hec ꝓphetia:
que lapidem ab edificantibus re
probatum ⁊ in capite anguli fac
tum dicit: nisi xp̄s a vobis repro
batus ⁊ occisus credituris genti
b⁹ predicet. Ipse enī quasi lapis
preciosus iuxta qd apl's ait. Pe
tra erat xp̄s. In capite anguli fa
ct⁹ est qꝛ deus duos parietes circū
cisionis ⁊ ꝑpucij in sua fide copu
lauit ⁊ vnā ecclesiam e duob⁹ popu
lis ꝯstituit. Ideo dico vobis. aufe
retur a vobis regnū dei ⁊ dabitur
genti facienti fruct⁹ eius. Regnū
dei hoc loco scē scripture intellige
de sunt: q̄s domin⁹ infidelib⁹ iude
is abstulit ⁊ nob tradidit: vt ea
rum fructū faciam⁹. Ista est illa
vinea q̄ quondaꝫ locata ē agrico
lis: sꝫ illi nomē tm̄ scripturaꝝ ha
buerunt: fructū vero illaꝝ nulluꝫ
ꝯsequi meruerūt. Et qui ceciderit
sup lapidem istum ꝯfringet. Su
per quē vero ceciderit: ꝯteret eum
Multum ei distat inter eum: qui

ꝑ fragilitatem aut ignorantiam
peccando offendit xp̄m. et eum q̄
ꝑ ſupbiam negat xp̄m Qui ergo
credens in xp̄m peccat: ſup lapidē
cadit ⁊ ꝯſtringitur. ſed non omni
no cōteritur. quia reſeruat̄ ad peni
tentiā. Si vero quis negauerit cri
ſtum cadet ⁊ irruet ſup euz lapis
iſte. ⁊ ita ꝯteret eū eterno interitu
vt ne teſta remaneat. in qua pa
ruz aque de fouea hauriatur. Po
teſt ⁊ hoc dici ꝙilli ſup lapidez ca
debant. q̄ tunc eum per ſimplicita
tem ⁊ ignorantiā ꝯtemnebant. ⁊
iniurijs afficiebant. Ideo cōquaſ
ſantur: non tamen penitus ꝯterū
tur. Qui vero illū ſcientes dei filiū
ꝑ inuidiam negabant. ⁊ cōtra ſu
am ꝯſcientiā eius opa beelzebub
aſſignabāt. ſup hos irruet lapis
⁊ ꝯteret eos ſempiterna ꝑdicōne
atq; ꝯminuet: vt ſint impij. ſicut
puluis ante faciem venti. Et cū au
diſſent principes ſacerdotum. et
phariſei parabolas eius cognoue
runt quia de ipſis diceret. Et queren
tes eum tenere: timuerūt turbas.
quoniam ſicut ꝓphetam eum ha
bebant. Principes ſacerdotum et
ſcribe ꝓpria redarguti ꝯſcientia: q̄
rebant interficere dominū: quaſi
mentientem ꝯtra ſe Sed hec agen
tes ꝓbāt vera eſſe que dixerat Ip
ſe enim erat heres: cuius mors in
iuſta vindicanda erat a pr̄e Ipſi
vero erant neq̄ colom: qui ab oc
cidendo filio dei: ad modicū quidem
dem humano timore ꝯturbari po
terāt: donec hora eius veniret. Nū
q̄ vero diuino timore: aut amore

cohiberi voluerunt. Hec vero que
de parabola ſup malicia iudeorū ex
poſuimus: morali intellectu ad v
numquemq; noſtrum referre poſ
ſumus. Cū enim alicui fideliū mi
ſterium baptiſmi qd opando ex
ercere debeat ꝯmittitur quaſi vinea
a quā excolat locat̄. Mittit̄ vnus
⁊ alter ſeruus ⁊ tercius q̄ fructus
accipiant: cū legitur lex ꝓphecia ⁊
pſalmi. quoꝝ monitis inſtructꝰ:
bonoꝝ fructus opeꝝ reddere debeat.
Sed ſeruus ꝯtumelijs affectꝰ: eij
citur: cū ſermo dei vel ꝯtemnitur:
vel etiam quod grauius eſt blaſ
phematur. Inſup ⁊ heredem quā
tum in ſe eſt occidit: q̄ immemor
miſericordie dei omnipotentis ip
ſum filiuz dei reſpuit: ⁊ ſpiritui ſā
cto quo regeneratus eſt cō tumeli
am facit. Propter qd malis agri
colis male ꝑditis: datur alteri vi
nea. quia dono gratie qd ingratus
ſpreuit: humilis quiſq; ditatur.
Sed ⁊ hoc qd de illis in fine euāge
lij dictū eſt. quia q̄rentes tenere xp̄z
timore turbaꝝ prepediuntur quo
tidie videmꝰ agi in eccleſia. Multi
enim ſunt in eccleſia q̄ ſolo nomi
ne fratres. qui ecclāſtice fidei ⁊ pa
cis vnitatem quam non diligunt
ꝓpter cohabitantium bonoꝝ fra
trum multitudinē aut erubeſcunt
aut timent impugnare. Sz hij ſi
cut dn̄s ad iob loquit̄. cū tempꝰ
fuerit: in altum ale erigent̄. quia na
cta occaſione eccām pſequi. ⁊ cri
ſtum cū phariſeis cruci adijcere.
⁊ oīm tui conant̄ hic. Pertimeſcē
demus ipſi qui loquimur ⁊ cauē

ne exempla phariseoꝝ seq̄mur.
Curem⁹ sollicite: ne solo noīe tm̄
simus xp̄iani: ne sub spē pietatis
titulū subcelemus. Agamus dn̄o
grās qui scripturas in q̄ quondā
iudei florebant: illis ꝓ innotabili
malicia abstulit. ⁊ nobis ꝓ sola
mīa largitus est. Veneremur eū
nō sicut simplices turbe vt ꝓphā:
ſꝫ vt deum ⁊ dn̄m ꝓphārum. salua
torem ⁊ redēptorem nr̄m. Qui vi
uit ⁊ regnat ⁊c̄.

Sabbo. Lcō scī euangelij.
Scd̄m lucam.

N illo tēpore Dixit

ih̄s discipulis suis parabolam hāc
Hō quidam habuit duos filios ⁊
dixit adolescentior ex illis patri.
Pater da m̄ portionem sb̄e q̄ me
ↄtingit. Et reliqua. Omelia lectio
nis eiusdem.

Cribis ⁊ phariseis cōtra
nr̄e salutis autorē mur
murātib⁹. sicut req̄sita q̄
hanc precedit scī euangelij lectio
declarat: ꝓposuit dn̄s duas parabo
las. Alteram hoīs de inuenta oue
pdita gaudentis. Alterā mulieris
sup pdita ⁊ repta dragma gratu
labunde exultantis. ostendens in
ↄclusione parabole quantū sit gau
diū in celo sup ↄuersis peccatoribꝯ
Deinde dixit ⁊ hanc similitudinē.
nō solū suum de ↄuersis pctōribꝯ
gaudiū demonstrans verumetiā
inuidentium murmurationem re
prehendēs. Ait ergo. Homo qui
dam habuit duos filios. Hō iste
deus oīps pr̄ intelligit: q̄ duos ha
buit filios qꝛ ipse est genitor ⁊ cre
ator duoꝝ populoꝝ. Et maior iu
deos designat. q̄ in cultura vnius
dei pmanserunt. Minor vero signi
ficat pupillos gentium: q̄ relicto
creatore colendo creaturā: etiā ad
ipsū dei inimicū dyabolū adoran
dū puenerīt Et dixit adolescentior
ex illis patri da mihi portionem
substantie que me cōtingit. Et di
uisit illis sb̄am. Substantia que
inter fratres diuisa est: sensus ra
tionalis hoī a dō attributus intel
ligitur. Nam viuere. intelligē. me
minisse. ingenio aliquo preminē
re diuini muneris substantia est
Quam substantiā tunc adolescen
tior filius a patre expetijt: cū sē
in sua volens esse potestate: ꝑ libe
rum arbitriū se regere conatus ē.
sicqꝫ dn̄m creatorem suum q̄siuit
supbus abijcere. Diuisit ergo eis
sb̄am. qꝛ fidelibus sue ꝓtectionis
gr̄am quam desiderabant impar
tijt. Infidelib⁹ vero naturalis tm̄
ingenij beneficium qd̄ sibi suffice
re putabant attribuit. Et nō post
multos dies congregatis oībus:
adolescentior filius ꝓfectus est in
regionē longinquā. Qꝫ non post
multos dies cōgregatis omnib⁹
ꝓfectus est designat. qꝛ non mul
to post institutiōnem humani ge
neris: visum est anime: vt bona
que ꝑ se ad bona opera facienda
infirma ⁊ impotens est: nisi eius
qui eam dedit fultiatur auxilio:
ad adimplenda sua desideria: si
bi aggregaret vel attribueret.

Et ibi dissipant sbam suam viuē do luxuriose. Viuendo luxuriose dicit amando hanc vitam ꝓdigā q̄ pompis exterioribus spaciari gaudet. intus nō metuit manesce re. Longe vero ꝓfectus ē non loci sed animi mutacōe Quanto enim quis amplius delinq̄t: tāto longi us a dei ɔditoris sui grā recedit. ⁊ postq̄ꝫ omnia cō summasset: facta est fames valida in regione illa. Fames in longinqua regione in digentiā significat verbi dei In re gione longinqua .i. in obliuione ɔditoris. De qua dn̄s ꝑ ꝓphetam minat̄. Mittam famem sup terrā non famem panis: neqꝫ sitim aq̄ ꝫ audiendi verbi dei Et ipse cepit egere. Et abijt ⁊ adhesit vni ciuiū regionis illi⁹. Merito egere cepit. q̄ thesauros diuine sapie ⁊ diuiti arum celestium deliq̄t Vnus ciui um regionis illi⁹ cui iste ꝓdigus adhesit dyabolus ē quem dn̄s p̄n cipem h⁹ mundi appellat. qꝛ me rito peruersitatis sue terrenis ɔcu piscentijs prepositus ē. Et misit il lū in villaꝫ suā vt pasceret porcos Villa carnalem cōcupiscentiā sig̃ ficat. de q̄ is q̄ inuitatus ad spirita les epulas ire excusat dicens. vil lam emi ⁊ necē hēo exire ⁊ videre illam. In villam ḡ mitti ē cupidi tatib⁹ mundi subiugari. Porcos vero pascere: ē ea q̄bus maligni spūs delectantur opari Qui meri to desig̃nt̄ ꝑ aīal sordib⁹ ⁊ ceno sꝑ gaudentes. Et cupiebat iplē ventrem suū de siliquis q̄s mādu cabant porci. Siliqua gen⁹ est le

guminis. follib⁹ maximū ⁊ sono rum: ꝫ granoꝝ paucitate sterile: ⁊ pene vacuū. Ideoqꝫ ꝑ siliq̄s desi gnantur doctrine seculares. steri li suauitate resonantes. in quib⁹ laudes ydoloꝝ .i. fabule et carmi na poetaꝝ ɔcrepant. quib⁹ porci .i. demones delectant̄ Hijs ꝓdig⁹ iste saturari cupiebat. qꝛ aliquid sordidū ⁊ qd ad beatam vitam ꝑ tineret: in talib⁹ inuenire volebat nec poterat. Hoc est enim qd sub iungit̄. Et nemo illi dabat. In se aūt reuersus dixit. Quanti mercē narij in domo patris mei abun dant panib⁹. ego aūt hic fame pe reo. In se inq̄t reuersus Vn̄ iste ē uersus fuerat. Ab hijs nimiꝝ q̄ foris ꝑ oblectamenta noxia illici unt ⁊ seducūt: ad ɔscientie interi ora mentis intencōe redierat. Qn̄ ti mercennarij in domo pr̄is abū dant panib⁹. ego aūt hic fame pe reo Licet em̄ gentes in magna ve ri ignorantia: ⁊ errore cultus dei versabantur. tn̄ predicantibus a postolis ceperūt quodammō resi piscere. ⁊ ad agnicōm sue inedie verbi saturitate ꝑcepta reuocari Mercēnarij aūt sunt q̄ intuitu su ꝑne mercedis satagunt dig̃ opa ri. Hij mercennarij in domo pr̄is panib⁹ abundāt. qꝛ tales in eccā spiritalis gratie reficiunt̄ alimo nijs At vero q̄ extra edes hui⁹ pa trisfamilias positi sūt fame verbi dei ꝑeunt. ⁊ ventrem siliq̄s imple re cupiunt qꝛ sciam veritatis non hn̄tes: beatam vitam in studijs in anis ꝓbie requirunt. Sicut enim

panis qui cor hominis ɔfirmat: verbo dei merito compatur. Ita si liqua q̄ foris nitida: intus vacua est. nec reficit ventrem: sed oneāt seculari scientie compatur. q̄ ser mone sonora. vtilitate vacua est. Surgam inq̄t. q2 pessime me iace re sentio. Ibo ad patrem meu3 a quo longe recessi. Ad patrem in quit ibo. q2 sub porcorum princi pe miserabili egestate tabesco. Et q̄p pium & misericordem nouerat patrem qui quamq̄p offensus. q̄p q̄p magnis sceleribus irritatus: non dedignatur patris audire vo cabulum. Pater inquit peccaui ī celū hoc est in angelis & in sāctis animabus q̄ sunt sedes dei Aīma inquit iusti sedes sapientie. Et do minus dicit. Celum mihi sedes ē. Addidit. Et coram te hoc est in ip so interioris cōscientie secreto q8 dei solius oculi penetrare possunt Et iam non sum dignus vocari fi lius tuus. fac me sic vnu3 ex mer cennarijs tuis. Meminit se esse fi lium: & pio affectu cuncta que pa tris sunt sua esse non ambigit: s3 prioris ignorantie memor ad hec nequaq̄p aspirare presumit. Ideo q3 sicut mercennarium se fieri pos cit: pro mercede non pro hereditā te seruitutis: fac me inquiens sic vnum ex mercennarijs tuis. Ve rum nec hoc quidem nisi paterna dignatione ꝑmereri posse testat Quapropter taceant pelagiani q̄ ore temerario garriunt. hominē3 sua virtute sine dei adiutorio pos se saluari. cum aptissime dicat ve

ritas. Sine me nihil potestis face re. Et surgens venit ad patrem su um Ad patrem venire est ad eccle sie societatem p fidem accedere: v bi est legitima & fructuosa pecca torum confessio. Cum autem ad huc longe esset: hoc est cum non dum adhuc deum intelligeret: s3 iam pia deuotione q̄reret: vidit illum pater. hoc est misertus est illius. Videre namq3 dei: misere re est. sicut & de petro scriptu3 est Respexit dominus petrum. & mise ricordia motus est. & accurrens cecidit sup collum eius. & oscula tus est eum. Reuertenti filio pat accurrit. q2 deus semp fuit cū vni genito filio. Et l3 solus fili9 ꝑ no stra salute carnem assumpserit: tamen in eo deus pater semp mā sit. et cum eo ad hanc nrām pere grinationē descendit. Apostolus eīn dicit. Deus eāt in xpō mundū reconcilians sibi. Hinc ipē salua tor ait. Qui me misit mecū est. et non reliq̄t me solū. Et alibi. Pat in me manens ipse facit opa. Et cecidit inq̄t sup collū eius. & oscu latus ē eum Super collum filij ca dere ē in amplexus eius brachiū inclinare. Deus & pr̄ sup redeūtis filij collum cecidit. q2 brachiu3 su um hoc ē verbum suū ad hec mun di infima immensa mīa fudit. Os culatus est eīn eum viz ad spē ve nie pctō2 verbo grē reduxit cū per filiū diceret. Pniam agite. appro pinq̄bit ei regnū celo2. Dixitq3 fi li9 ad pr̄e3. Pr̄ peccaui in celū & co rā te & iā non sū dign9 vocari fili9

tuus. Postq̄ ad patrem reuersus
est: hoc est in ecclesia iam positus
incipit peccata confiteri: sed nō di
cit omnia que se dicturum supra
ꝓmiserat dixit enim. iam non sū
dignus vocari filius tuus. sed nō
addidit que supius se dictuꝝ me
ditabatur. Fac me sicut vnum ex
mercēnariis tuis. Cū enī adhuc
longe esset a prēm non haberet:
cupiebat vt mercennarius esset.
At postq̄ pat̄s osculo meruit ho
norari generosissime iam dedigū
tur mercennarius esse. Multam
namq̈ intelligitur distantiam es
se inter seruum mercennarium ⁊
filium. Seruus namq̈ est q̄ metu
pēnarum gehenne vel leguꝫ mun
danaruꝫ formidine a vitiis absti
net. Mercennari⁹ vero est qui spe
ac desiderio regni celestis bona a
git. Filius vero est. q̄ affectu boni
⁊ virtutum amore: delectabiliter
deo ꝑ caritatem famulatur. Quaꝫ
summam ⁊ ꝑfectionem omnium
virtutum: apostolus ꝯmemorat
dicens. Nunc autem manet fides
spes. caritas tria hec. maior autē
horum est caritas. Ergo prodig⁹
iste primo quasi seruus ad se re
uersus: dire famis cepit supplicia
formidarē. Mox reuerti volens ad
prēm: de statu mercennarii cepit
cogitare. Postq̄ vero accurrens
pr̄ amplexatus est eum ⁊ oscula
tus oblitus statū serui. oblitus ⁊
mercedē mercennarii: sola iā here
ditate cepit sollicitus esse fili⁹ pa
tris. Dixit aūt pr̄ ad seruos suos.
Cito ꝓferte stolam primam ⁊ in

duite eū. Stola prima btā vestis
est innocentie quā ꝓthoplastus
adam bene a deo ꝯditus accepit:
sꝫ a dyabolo male deceptus amisit
Vñ ⁊ post culpā preuaricatōis
primi hoīes cognouerūt se eē nu
dos. ⁊ amissa immortalitatis glori
a pellicium mōrle acceperūt indu
mentuꝫ. Serui quibus hoc preci
pit̄ sunt sancti predicatores qui ꝓ
tulerunt primam stolam qn̄ hoi
nes deo reconciliatos predicabāt
esse tanta gratia sublimādos: vt
non solū ciues angeloꝝ: sed etiā
heredes dei ⁊ coheredes fierent xp̄i
Et date anulū in manu eius. Anu
lo solet res secreta signari. Per a
nulū ergo signaculū fidei debem⁹
accipe: quo cuncta dei ꝓmissa: in
fidelium cordibus cōfirmātur. A
nulo etiā spōsa nuptiali fide pig
noratur. Idcirco per anulū intelli
git̄ pignus nuptiaꝝ xp̄i et eccle
sie. Anulum ergo ꝓdigus filius
accepit: cum ꝑ fidem xp̄us ecclesi
am ex gentib⁹ sibi sociauit. Et be
ne in manu dat̄ anulus vt opera
fidem astruant. ⁊ ipsa opa cōfir
mētur. Dant̄ ⁊ calciamenta in pe
des. Per calciamenta officiū euā
gelisandi signatur. Scriptū ē enī
Q̄ꝫ speciosi pedes euangelisantiū
pācē predicantiū bona. Et aposto
lus. Calciati inq̄t pedes in prepa
tione euangelii. Ergo filio ad pa
tris pietatē reuerso: manus ⁊ pe
des ornant̄. Manus quidē vt qui
q̈ fideles recte viuam⁹. Pedes ve
ro vt piis sanctorū moniti exem
plis ad eterna gaudia ꝑ⁊uenirem⁹.

Et adducite vitulum saginatum:
⁊ occidite. Vitulus saginat⁹ ipse
est filius dei dñs ihesus xp̄s. Qui
bene vitulus saginatus dicitur ꝙ
caro eius spūali pinguedine ⁊ vir
tute fertili optima est. adeo vt so
la suffecerit ad toti⁹ mundi tollen
da pctā. Adducere aūt vitulū pre
cipit ⁊ occidere. morte eius ꝑ apo
stolos significās predicare Quasi
enī recens vitulus iste occidit: cū
ab vnoquoq3 occisus credit. Tūc
comeditur cū sacramentū passio
nis eius casto corpe ⁊ munda mē
te percipit. Et manducem⁹ ⁊ epu
lemur. ꝙ hic filius meus mortu⁹
erat ⁊ reuixit. perierat ⁊ inuentus
est. Intuendū ꝙ pluraliter dicit.
manducem⁹ ⁊ epulemur. Q2 enī
sacra carne h⁹ scī vituli non solū
ille q̄ mortuus reuixerat: ꝑditus
inuentus fuerat: veꝝ pi⁊ seruī il
lius epulati sunt ostēditur. ꝙ leti
cia patris est nostra salus. ⁊ illi
us gaudiū est nr̄oꝝ remissio pec
catoꝝ. nec solū patris ⁊ filij: sed ⁊
spūs sancti. ꝙ sancte trinitatis v
na est opatio. vnū gaudiū. vna
q3 dilectio. Hoc presignabat olī
ꝙ abrahā tribus angelis hospi
cio receptis vitulū tenerrimum ⁊
optimū legit occidisse ⁊ eis appo
suisse. ꝙ immolata ꝓ nr̄ā redēpti
one caro xp̄i: totius trinitatis est
leticia. Et ceperūt epulari. Epule
iste nunc in ecclesia ꝑ totum orbē
dilatata celebrant. Quotidie enī
in scā ecclesia vitulus iste sacerri
mus deo patri ꝑ sacerdotes offer
tur. ⁊ in vitam percipiētes pascit

eternā. ꝙ cum quotidie immola
tur semꝑ integer ꝑmanet. ⁊ ima
culatus et viuus. Erat vero filius
senior in agro. Filius senior ꝓpl's
iudeoꝝ est. q̄ prior habuit cogni
tionē dei. quiq3 a deo per ꝓphetam
primogenitus appellatus ē fili⁹.
Qui q̄uis longe a patre nō disces
sisset: non tamen domi: s3 in agro
erat. ꝙ idem ꝓpl's neq3 cultū crea
toris ex toto ꝓpter ydola destruit:
nec tn̄ legis sibi date interiora mi
steria penetrauit: sed supficie tm̄
littere delectatus exteriora ⁊ terre
na tm̄ opari nouerat. Vnde ⁊ ei
terrena ꝑ ꝓphetam dño dicente ꝓ
mittebant. Si volueritis ⁊ audie
ritis me: bona terre comedetis. Et
cum veniret ⁊ appropinquaret do
mui: audiuit simphoniā ⁊ choꝝ.
Sepe contingit vt aliq̄s diligēs ⁊
studiosus doctor iudeoꝝ legis ar
chana scrutari incipiat. cumq3 ex
eisdē scripturis libertatē ecclesie
ꝑcipit. laboreꝫ seruilis operis cui
lrām legis obseruando intentus
erat ꝑhorrescit. Hoc est enī qua
si de agro recedere: ⁊ domui appro
pinquare. Audit simphoniam ⁊
choꝝ hoc est predicatores sancto
spū plenos ꝯsonis vocibus intel
ligit predicare. Deniq3 ⁊ apl's.
Obsecro vos inq̄t: vt idipsū dica
tis omnes Et vocauit vnū de suis
⁊ interrogauit que nā hec essent
Vocat vnū de seruis: cuꝫ sumit in
manibus ad legendū aliquē ex ꝓ
phetis: qui sunt veri serui huius
patrisfamilias. Et sollicitus inue
stigās q̄si requirit qua cā iocūda

ecclesie festa sunt. quib⁹ se vidit
minime interesse. Ideoq; ei respon
det. Frater tuus venit. et occidet pa
ter tuus vitulu; saginatū. Quod ē
aperte dicere. Gentilis populus de
um eatenus ignorans qui p erro
rem longe a deo recesserat. nūc ex
omnib⁹ mundi partib⁹. ab extre
mis quoq; terrarū finib⁹ ad eum
conuertit᷑. et p eius salute tanta
exultacōe nouum deo canticū can
tat. Propter quem etiā occisus ē
ille vitulus pinguissim⁹. cui per
psalmistam dicit᷑. Holocaustum
tuū pingue fiat. Indignatus est
aūt et nolebat intrare Obstinato
adhuc animo iudei foris stāte no
lunt fidem ecctie intrare. Pater er
go illi⁹ egressus cepit rogare illū
Nouissimo seculi tpe implebitur
vocatio iudeorū. qr credituri sunt
ad predicacōnem helye et enoch.
Hanc ergo aptam iudeorū vocati
onē egressum patris vocat Tunc
enī quodāmodo egredietur et roga
bit eū. vt ingressa iam gentiū ple
nitudine q̄si minore filio oīs etiā
israhel saluus fiat cui ex maxima
parte contigit cecitas infidelitatis
At ille respondens dixit patri suo.
Ecce tot ānis seruiui tibi et num̄q̄
mandatū tuum preteriui. Cu; fre
quētissime legamus illū populū
contra mandatū dn̄i ydola coluis
se: quid est quod nunc dicit. nun
q̄ mandatum tuū preteriui. Sed
hoc non de oībus ysrahelitis. sed
particulariter de quibusda; acci
piendu; est. de hijs scilicet tantū
qui semp deum coluerūt. et num̄q̄
ad ydola cōfluxerunt. Hij tales q̄
uis in terrenis tantu; delectarent᷑
quasi in agro essent. ipsa tamen
bona terrena. a solo deo sperabāt
accipe Quod et testimonio ipsius
fratris cōfirmatur cū respondit in
sequentib⁹ Et num̄q̄ dedisti m̄ he
dum vt cū amicis meis epularer
Hedus animal stolidum ē. et in
scripturis diuinis peccatoris figu
ram tenē solet. Sed hoc loco hedi
nomine xpristu; debem⁹ intellige
re. quē ille populus in similitudi
ne carnis peccati venisse cōspiciēs
peccatorem esse existimauit. Vn̄
et ceco illuminato dixerunt. Nos
scimus qr hic homo peccator est.
Et alibi samaritanū eum esse et de
moniū habere blasphemant. Nec
mirū videri dēt. si hic p hedū xp̄m
figuratū dicim⁹. cu; et in lege hoc
noīe legatur appellatus Ait eni;
Non coquas hedum in lacte ma
tris sue. Quod ergo dicit Non de
disti mihi hedū. tale est ac si dicat
Illum qui mihi hedus videbatur
Nam qr xp̄um prophanatorē legis
et violatorem sabbati dicebant.
idcirco epulis eius iocundari nō
meruerunt. Quod vero sequit᷑. vt
cum amicis meis epularer. ex p̄n
cipum psona accipiendum ē. qui
cu; amicis et reliqua plebe epula
ri volebāt. Non dedisti mihi hedu;
idest hac de causa illum mihi sub
trahis: quia hedus mihi videbat᷑
Potest et ex psona populi ihero
solimitani dictu; intelligi. cū cete
ris populis iuda Sed postq̄ fili⁹
tuus hic qui deuorauit substātiā

suam cū meretricibus venit. occi
disti illi vitulum saginatuz. Mere
trices cum quibus substantiam
suam deuorasse dicit̄. sup̄sticões
gentiliū ꝛ nephanda figmēta sūt
in quib⁹ naturale totum ingeniū
expanderunt. ꝛ relicto deo quē vi
rum anime habere debuerāt. cuz
turba demonū turpissima cupidi
tate fornicati sunt. At xp̄us dixit.
Fili tu semp mecuz es. Non redar
guit quasi mentientem. s; eius p
seuerantiaz in suo obsequio ꝯpro
bans. ad colletandū sibi. simulq;
cū filio epulandū inuitat Et oīa
mea tua sunt Ad patrem loquēs
quodā loco filius dicit. Et oīa tu
a mea sūt. ꝛ oīa mea tua Ecce hoc
simillimū huic sonare videtur. Et
oīa mea tua sunt Sed distincte et
multum dissimiliter. oīa que pa
tris sunt h; is. qui p naturā est fi
lius dei. q̄p hij quos gracia fecit fi
lios dei. Illius enī sunt oīa patris
per naturam: istorum p donatam
dei clementiā. Ille sicut vnic⁹ oīa
habet potestate: isti sicut adopta
ti ꝯcessa diuinit⁹ pietate Ille hab;
oīa p id quod de deo de⁹ patri eq̄
lis natus ē. isti p hoc quod ex deo
renati sunt Sane cuz dicit. oīa me
a tua sunt. non sic accipienduz ē
quasi non sint ꝛ sua Nam in terre
na hereditate quedā sunt angusti
e. nec pōt maior frater habere oīa
si minor eē partem habuerit Sed
in sp̄ualiū ꝛ celestiū bonorū heredi
tate. sic a pfectis ꝛ immortalib⁹ fili
is oīa possident̄. vt ꝛ singula sint
oim ꝛ oīa singulorū. opante in

dibus caritate que nil cū angusti
a nouit possidere. Quā psalmista
magna laude sublimās ait. Oīs
ꝯsummacōis vidi finē: latum mā
datum tuuz nimis. Hanc igit̄ effi
cacissime studeam⁹ p hanc muta
tis pfectibus ꝯgaudere discamus
Diligam⁹ id quod ē supra nos. to
ta anima. tota mēte. tota virtute
Diligam⁹ quod ē intra nos ꝟ inte
riorem nr̄m hoiem. animaz viz no
stram. eamq; subdere deo semper
curem⁹. Diligam⁹ quod est iuxta
nos ꝟ proximū sicut nosipsos. Di
ligam⁹ quod ē infra nos. carnem
viz nostrā. vt ei⁹ illicitos appetit⁹
frangam⁹. eamq; spiritui obtem
perare cogam⁹ christū sedulo po
scentes. vt spirituz animam simul
q; corpus sine querela. in suo sibi
aduētu custodiat deus et domin⁹
noster. qui cū patre ꝛ spiritu sc̄o
viuit et regnat de⁹. p omnia secu
la seculorum. Amen

Dominica tercia in quadrage
sima Sermo beati leonis pa
pe

Redicaturus vobis dilec
tissimi sacratissimū maxi
mumq; ieiuniuz. quo ap
tius vtar exordio. q̄p vt verbis a
postoli in quo christus loqueba
tur incipiam. dicamq; quod lectū
est. Ecce nunc tempus acceptabi
le. ecce nunc dies salutis. Quis e
nim nulla sint tempora que diui
nis non sint plena muneribus. et
semp nobis ad misericordiaz dei
p ipsius graciaz prestet̄ accessus

nūc tamē omniū mentes maio
re studio ad spirituales profectꝰ
moueri ⁊ ampliore fiducia anima
ri oportet. quādo ad vniuersa pie
tatis officia. illius nos diei ī quo
redempti sumus recursus inuitat
vt excellens sup omnia dominice
passionis sacramentum. purifica
tis corporibꝰ ⁊ animis celebremꝰ
debebatur quidē tantis misterijs
ita incessabilis deuocō. ⁊ continu
ata reuerentia. vt tales pmanere
mus in conspectu dei. quales nos
in ipso pascali festo dignum ē in
ueniri Sed quia hec fortitudo pau
corū est. ⁊ dum carnis fragilita
ti austerior obseruantia relaxat̄.
dum p varias actiones vite huiꝰ
sollicitudo distendit̄. necesse ē de
mundano puluere etiam religio
sa corda sordescere. magna diuine
institucōis salubritate prouisum
est. vt ad reparandā mentiū pu
ritatem. quadraginta nobis die
rum exercitatio mederetur. in qui
bus alioꝝ temporū culpas ⁊ pia
opera redimerent et ieiunia casta
decoquerēt. Ingressi igit̄ dilectis
simi dies misticos. ⁊ purificādis
animis ac corporibꝰ sacratiꝰ insti
tutos. preceptis apostolicis obe
dire curemus. emūdantes nos ab
omni inquinamēto carnis ⁊ spiri
tus. vt castigatis colluctationibꝰ
que sunt inter vtramqꝫ substanti
am. animus quē sub dei guberna
culis constitutū corporis sui decet
esse rectorem. dominacōis sue obti
neat dignitatē. Non enim in sola
abstinentia cibi stat nostri suma
ieiunij. aut fructuose corpori esca
subtrahatur. nisi mens ab iniqui
tate reuocetur. ⁊ ab obtrectacōni
bus lingua cohibeatur Sic igitur
nobis edendi ē moderancie liber
tas. vt etiam alie cupiditates ea
dem lege frenentur. Mansuetudi
nis ⁊ paciētie. pacis ⁊ tranquilli
tatis hoc tempus ē. ī quo exclusa
omni contaminatione viciorum.
perpetuitas est nobis obtinēda
virtutum Nunc piarū mentiū for
titudo. donare culpas. negligere
ↄtumelias. ⁊ obliuisci assuescat
iniurias. nunc fidelis animꝰ p ar
ma iusticie a dextris se exerceat ⁊
a sinistris. vt per gloriam ⁊ igno
bilitatem. p infamiam ⁊ bonā fa
mam. securā conscientiā. nec lau
des inflēt. nec opprobria fatigent
Non timeat̄ inter opera misericor
die. terrenaꝝ diminutio facultatū
Semp diues est christiana pau
pertas. nec pauet in isto mundo
indigentia laborare. cui donatū ē
in omniū rerū domino omnia pos
sidere. Opantibus ergo que bona
sunt non est omnino metuendū
ne eis desit facultas operandi cū
⁊ in duobus minutis euangelice
illius vidue sit laudata deuocio.
⁊ pro calice aque frigide premiū
habeat gratuita largicio. Ex affe
ctibus enim piorum benignitatis
mensura taxatur. ⁊ nunq̄ eum mi
serendi efficacia deseit. in quo mi
sericordia ipsa non deficit. Exper
ta est hoc vidua illa de sarepta. q̄
beato helye ī tempore famis. vni
us diei cibum quem solū hēbat

apposuit et ꝓphete esuriem necessitati sue pferens. exiguū farine ac pusillū olei incunctanter expēdit Sed nō ei desinit quod fideliť erogauit. ⁊ in vasis pia effusione vacuatis. fons noue vbtatis exortꝰ est. vt sanctis nō minueretur substancie plenitudo. cuiꝰ nō fuerat formidanda defectio. Hijs autem studijs dilectissimi ad que vos voluntarie confidimus preparatos non ambigentes dyabolum qui omniū virtutum ē aduersariꝰ inuidere. et ad hoc vim sue malignitatis armare. vt pietati laqueos de ipsa pietate pretendat. ⁊ quos non potuerit deicere p diffidentiā conetur supare p gloriā Quia difficile ē vt laudabiliter viuentem laus humana non capiat. nisi vt scriptū ē. Qui gloriať in dño glorietur Cuiꝰ vero ille hostis nequissimꝰ non audeat impugnare ꝓpositum. cuiꝰ non appetat violare ieiuniū qn versucias suas sicut euāgelica lectione patefactū est. nec ab ipso mūdi saluatore ɔtinuit. Expauescens enī in eo quadraginta dierū noctium ꝗ ieiuniū. exprobrare callide voluit. vtrū hanc ɔtinentiā donatā haberet an ꝓpriam vt nō metueret deceptionū suarū opera resoluēda. si xp̄us eiꝰ esset ɔditionis cuius ⁊ corporis. Primo vtiꝗ dolo scrutatus est an ipse esset substanciarum creator. qui rerum corporearum posset in quas vellet mutare naturas. Secundo an sub humane carnis specie diuinitas obumbrata tegereť. cui facile esset puium sibi aerem facere. ⁊ terrena p vacuū membra librare. Sed cū illi dominꝰ iusticiā maluisset opponere veri hominis. q̄ potenciā manifestare deitatis. ad hoc conuertit tercie fraudis ingenium. vt eum in quo diuine potestatis signa cessauerant. dominandi cupiditate temptaret. ⁊ ad venerationē sui regna mundi pollicendo traduceret. Sed prudentiā dyaboli stultam fecit sapiētia dei vt superbus hostis hominē videns quem aliquando superauerat nō metueret p sequi. quem pro oibꝰ oportebat occidi. Huius igiť aduersarij dolos. non solum in illecebris gule. sed etiā proposito abstinencie caueamꝰ. Qui enī sciuit humano generi mortē inferre p cibum: nouit ⁊ p ipsum nocere ieiunium. et ad contrarie fraudis effectum. sicut p serpentē intulit interdicta presumi: ita p famem suadet concessa vitari. Vtilis quidem est continētia. que parco assueta victu. deliciarū cohibet appetitum. sed ve illorū dogmati. apud quos etiam ieiunando peccatur. Damnant enī creatam naturam in creatoris iniuriam. ⁊ contaminari edentes asserunt hijs quoꝝ non deum sed dyabolū conditorē esse diffiniunt. resultantes dicenti apostolo. Omnia munda mūdis coinquinatis aūt ⁊ infidelibus nihil mundum. sed inquinata sunt eorum ⁊ mens ⁊ conscientia Vos aūt dilectissimi catholice matris generatio scā. quos i sola veritatis

spiritus sanctus erudivit· libertatē vestram cōgrua devocōe moderamini· scientes q bonum ē eciā a licitis abstinere· ⁊ cuz castigati⁹ vivendum ē ita discernere cibos· vt vsus eorū removeatur· non natura dampnetur· ⁊ a predictorū pestifero contagio vos removete· vt cū xp̄o dn̄o oim creatore regnetis.

Lectio sancti euāgelij Scd̄m lucam

In illo tēpore· erat ihesus eiciens demoniū· ⁊ illud erat mutum Et cū eiecisset demonium locutus ē mutus· ⁊ admirate sunt turbe. Et reliq̄. Omelia venerabilis bede presbiteri

Demoniacus iste apd̄ matheum· non solū mutus s; et cecus fuisse narratur· curatusq; dicitur a dn̄o· ita vt loqueretur ⁊ videret Tria generalia signa simul in vno hoie ꝑpetrata sūt Cecus videt· mutus loquitur· possessus a demone liberatur· Quod et tunc quidem carnaliter factum ē· sed et quotidie completur in conversione credentium vt expulso primum demone· fidei lumē aspiciant· deinde ad laudes dei tacencia prius ora laxentur. Quidā aūt ex eis dicebāt. In beelzebub pn̄cipe demoniorū eicit demonia Nō hoc aliqui de turba sed phaisei calumniabantur ⁊ scribe· sicut alij euangeliste testantur Turbis quippe que minus erudite videbantur· dn̄i semp facta mirantib⁹· illi contra vel negare hec l' q̄ negare nequiūt sinistra interp̄tacōe ꝑūtē laborabant quasi hec non divinitatis sed immūdi spūs opera fuissent. idest beelzebub qui de⁹ erat accaron Nam beel quidem ipse ē baal zebub āt musca vocatur. Nec iuxta quedā mendosa exemplaria l lrā vel d in fine dictionis legenda est sed b. Beelzebub ergo baal muscaruz ł vir muscarū· sive habens muscas interpretatur. ob sordes videlic; immolaticij cruoris· ex cui⁹ spurcissimo ritu vel noīe principē demoniorū ꝯgnominabāt Et alij temptantes· signuz de celo querebant de eo· Vel in nomine helye ignem de sublimi venire cupiebāt vel in similitudinē samuelis tempore estivo mugire tonitrua· choruscare fulgura· imbres ruere· q̄si non possent ⁊ illa calumniari ⁊ dicere· ex occultis ⁊ varijs aeris passionib⁹ accidisse At tu qui calumniaris ea que oculis vides· manu tenes· vtilitate sentis· quid facies de hijs que de celo venerint· Vtiq; respondebis et magos in egipto signa m̄lta fecisse de celo Ipse autem vt vidit cogitationes eorum dixit eis· Omne regnū in seipsū divisum desolabitur· ⁊ dom⁹ sup domum cadet· Non ad dicta sed ad cogitata respondit· vt vel sic ꝯpellerentur credere potenciā eius qui cordis videbat occulta· Si aūt omne regnū in seipsum divisū desolabitur ergo patris ⁊ filij ⁊ spirit⁹ sancti regnū non ē divisuz· quod sine vlla ꝯtradictiōe· nō aliq̄ vm ꝙ poterit labe sectari impulsu· Si

vero sancte ⁊ indiuidue trinitatis indiuiduū. ymmo quia indiuiduum manet regnuꝫ. desistant arriani minorem patre filium. minorē filio spiritūsanctuꝫ dicere: ꝙ quorum vnum est regnū. horū ē ⁊ vna maiestas. Si aūt ⁊ sathanas ī se ipsūꝫ diuisus est. quō stabit regnum ipsius: quia dicitis in beelzebub me eicere demoīa. Hoc dicēs ex ipsorum confessione volebat intelligi. ꝙ in eum non credendo in regno dyaboli esse delegissent. quod vtiꝫ aduersū se diuisū stare non posset. Eligant ergo pharisei quid voluerint. Si sathanas sathanam nō potest eicere. nihil cōtra dn̄m quod dicerent inuenire potuerunt. Si aūt potest. mlto magis sibi prospiciant ⁊ recedāt de regno eius. quod aduersum se diuisuꝫ stare non potest. In quo autem dn̄s noster ihesus xp̄ist⁹ eiciat demones. ne demoniorū pn̄cipem existiment. attendāt quod sequitur. Si autem ego in beelzebub eicio demonia. filij vestri in quo eiciunt.? Ideo ipsi iudices vestri erunt. Dixit vtiꝫ hoc de discipulis suis illius filijs populi qui recte dn̄i discipuli ihesu xp̄isti. bene sibi conscij erant. nichil se malarum artiū a bono magistro didicisse vt in principe demoniorūꝫ eicerent demones. Ideo ipsi iudices vestri erūt. Ipsi inquit. ipsi ignobilia ⁊ contemptibilia huius mūdi. in quib⁹ non artificiosa malignitas sed sancta simplicitas mee virtutis apparet. ipsi testes mei iudices erūnt vestri Aliter. Filios etiam iudeorum exorcistas gētis illius ex iure significat. qui ad inuocationē dei eiciebant demones Et coartat eos interrogacōe prudenti. vt ꝯfiteantꝰ spūssc̄ī esse op⁹. Qꝫ si expulsio inquit demonū ī filijs vestris. deo nō demonibus deputatur. quare idem in me opus non eandē habeat causaꝫ.? Ergo ipsi iudices vestri erunt. nō potestate sed comparacōne. dum illi expulsionem demonū deo assignāt vos beelzebub principi demoniorūꝫ. Porro si in digito dei eicio demonia. profecto peruenit in vos regnum dei. Iste est digitus queꝫ et ꝯfitētur magi. qui contra moysen et aaron signa faciebant. dicētes. digitus dei est iste. quo et tabule lapidee scripte sunt in mōte synai. Igitur manus ⁊ brachiuꝫ dei. filius est. ⁊ digit⁹ eius spirit⁹ sanctus. Patris ⁊ filij ⁊ spirit⁹ sācti vna substancia est. Non te scādalizet membroruꝫ inequalitas. cū edificet corporis vnitas Aliter digitus dei vocatꝰ spiritussanctus propter participacōem donoruꝫ que in eo dantur vnicuiqꝫ ꝓpria. siue hominum siue angelorū. In nullis enīꝫ membris nostris magis apparet particio. ꝙ̄ in digitis Q8 autē dixit. peruenit in vos regnum dei. regnuꝫ dei nūc dicit. quo damnantur impij. et a fidelibus de peccatis suis penitentiaꝫ nunc agentibus secernuntur. Cum fortis armatus custodit atriū suuꝫ in pace sunt ea que possidet Fortē

dyaboluz. atriū vero illi⁹ mundū
qui in maligno positus ē appellat
in quo vsq3 ad saluatoris aduen
tum male parto potiebat̄ impe
rio: quia in cordib⁹ infideliu3 sine
vlla ꝯtradictiōe quiescebat. Vn
de ⁊ alibi princeps mundi vocat̄:
dicente dño. Venit em3 princeps
mundi hui⁹ ⁊ in me nihil inuenit
Et iterum. Nunc princeps huius
mundi eicitur foras. de qua hic
eiectione subiūgitur. Si aūt forti
or illo superueniens vicerit eū. vni
uersa arma eius aufert. in quib⁹
confidebat ⁊ spolia eius distribu
et. De seipso quippe loquit̄. ꝙ nō
ꝯcordi fallax opatiōne queadmo
dum calumniabant̄. sed fortiori
potentia victor homines a demoni
o liberaret Arma in quibus male
fortis ille confidebat. astucie doli
q3 sūt nequicie spiritualis. spolia
vero eius ipsi homines sunt ab eo
decepti que victor christus distri
buit quod ē insigne triūphantis
Quia captiuā duxit captiuitatem
dedit dona hoībus. quosda3 qui
dem aplos. alios euangelistas
hos ꝓphetas. illos pastores ordi
nās ⁊ doctores Qui non ē mecū ad
uersū me ē. ⁊ q̄ non colligit mecū
dispergit. Nō putet quisq̄ꝫ de here
ticis hoc dictū ⁊ scismaticis. q̄ꝫ q̄ꝫ ⁊
ita ex supfluo possit intelligi. ſ3 ex
sequentib⁹ textuq3 sermonis ad
dyaboluz refert. ⁊ ꝙ non possunt
opera saluatoris beelzebub ope
ribus compari Jlle cupit aīas ho
minū tenere captiuas. dñs libera
re. Jlle predicat ydola. hic vnius
dei noticiā. Jlle trahit ad vicia. h
ad virtutē reuocat. Quō ergo pos
sunt habere ꝯcordia3 inter se. quo
rum opera diuisa sūt Cu3 immun
dus spiritus exierit ab hoīe. am
bulat per loca inaquosa. Q̄uis
simpliciter itelligi possit dominu3
ad hec distinctionē suorū ⁊ satha
ne operū adiunxisse. ꝙ. s. ipse sem
per polluta mūdare. sathanas ve
ro mūdata grauiorib⁹ festinet at
taminare sordib⁹. tñ ⁊ de heretico
quolibet vel scismatico. vel eē ma
lo catholico potest non inꝯueniē
ter accipi. de quo tpe baptisma
tis spūs immund⁹ qui in eo pri⁹
habitauerat ad ꝯfessione3 catho
lice fidei. abrenunciatiōem q3 mun
dane ꝯuersatiōis eiciat̄. loca q3 in
aquosa pagret ⁊ corda fideliu3 q̄
a mollicie fluxe cogitatiōis expur
gata sint callidus tēptator explo
ret. si quos ibi forte sue nequicie
gressus figere possit. S3 bñ di. que
rens requiem ⁊ non inueniens. qꝛ
castas mentes effugiens. in solo
dyabolus corde prauorū gratam
sibi potest inuenire quietē. Vnde
et de illo dñs. Sub vmbra inquit
dormit. in secreto calami. in locis
humentibus. Jn vmbra videlicet
tenebrosas consciētias. i calamo
qui foris nitidus. intus ē vacuus
simulatrices. in locis humentib⁹
lasciuas mollesq3 mētes īsinuās
Tunc dicit Reuertar i domū meā
vñ exiui. Timēdus ē iste versicu
lus nō exponēdus. ne culpa quā
in nobis extinctam credebam⁹ p
incuriā nos vacātes opprimat Et

cũ venerit inuenit scobis mũdatã
hoc est grã baptismatis a peccato
rum labe castigatã. ꝫ nulla boni o
peris industria cumulatã. Vñ be
ne matheꝰ hanc domũ vacãtez sco
bis mũdatam atqꝫ ornataz dic̃ in
uentam. mundatam viz a vicijs
pristinis ꝑ baptismũ. vacantez a
bonis actibꝰ ꝑ negligentiaz. orna
tam simulatis virtutibꝰ ꝑ ypocri
sim. Et tunc vadit et assumit septẽ
alios spũs nequiores se. et ingres
si habitant ibi Per septem alios
spũs vniuẽsa vicia designat. Quẽ
cũqꝫ enim post baptisma. siue pra
uitas heretica seu humana cupi
ditas arripuerit. mox oĩm ꝓster
net in yma viciorũ Vñ recte neq̃o
res tunc eũ spũs dicunt̃ ingressi.
Quia non solũ habebit illa septẽ
vicia. que septẽ spũalibus sũt cõ
traria virtutibꝰ. sed ꝑ ypocrisim
ipsas se virtutes hr̃e simulabit.
Et sunt nouissima hoĩs illiꝰ peiora
prioribꝰ Melius enim est viam veri
tatis nõ agnoscere. q̃ post agniti
onẽ retrorsũ ɔuerti. Quod in iuda
traditore vel in simone mago. cete
risqꝫ talibus specialiter legimꝰ im
pletũ Quo aũt generaliter hec pa
bola tẽdat. ipse sm matheũ salua
tor exposuit. vbi ea terminata mox
subdidit dicẽs Sic erit et generati
oni huic pessime. vt quod de vnoq̃
libet specialiter geri solere narra
ui. hoc in tota generaliter huius
populi gente geri non desinit. Im
mundꝰ quippe spũs exiuit a iude
is. qñ acceperũt legem. et ambula
uit ꝑ loca arida. querens sibi req̃
em. expulsus viz a iudeis ambula
uit ꝑ gentiũ solitudines Que cuz
postea dño credidissent. ille non
inuẽto loco in nacõibus dixit Re
uertar in domũ meã pristinãz vñ
exiui. habebo iudeos quos ãte di
miseram. Et veniens inquit inue
nit vacantẽ et scobis mundatam
Vacabat enim templũ iudeorum et
christuz hospitem nõ habebat di
centẽ dimittet̃ vobis domꝰ vestra
deserta. Quia igit̃ dei et angelorũ
presidia non habebant. et ornati
erãt supfluis obseruacõibꝰ pha
riseorũ. reuertet̃ ad eos dyaboꝰ
et septenalo sibi numero demonũ
addito habitat pristinã domũ. et
fiunt posteriora hoĩs illius peiora
prioribꝰ Multo enim nunc maiore
demonuz numero possident̃ blas
phemãtes i synagogis suis xp̄m
ihesuz. q̃ in egipto possessi fuerãt
ante legis noticiaz. Quia aliud ẽ
venturũ non credere. aliud eũ nõ
suscepisse cũ venerit. Septenariuz
autem numeruz adiunctum dya
bolo. vel ꝓpter sabbatuz intellige
vel ꝓpter numerũ spiritussancti vt
quomodo in ysaya ꝑ virgam de
radice yesse. et florem qui de radi
ce ascendit. septẽ spiritꝰ virtutuz
descendisse narrãtur: ita et ecõtra
rio viciorum numerus in dyabo
lo consecratus sit

In ɔmemoratione beatissime
virginis marie de euangelio. Ex
tollens vocem quedam mulier de
turba dixit

Factum ẽ aũt cuz hec diceret. ex
tollens vocez quedam mulier de

turba dixit illi Beatus venter q̄ te portauit ⁊ vbera que suxisti Magne deuocōis ⁊ fidei hec mulier ostē ditur que scribis ⁊ phariseis dn̄m temptantib⁹ simul ⁊ blasphemātibus. tanta ei⁹ incarnacōez p̄ oībꝫ sinceritate ꝯgnoscit tanta fiducia confitet̄. vt ⁊ presentiū p̄cerū calūniam ⁊ futuro꜠ū ꝯfundat heretico꜠um pfidiā. Nam sicut tunc iudei sancti spūs opera blasphemando ver꜠ ꝯsubstancialē q̄ patri dei filium negabant. sic heretici postea negādo mariā semp virginē sācti spūs opante virtute. nascituro ex humanis mēbris vnigenito deo. carnis sue materiā ministrasse ver꜠ ꝯsubstātialem q̄ matri filiū hoīs fateri nō debere dixerūt. Sz si caro verbi dei. s̄m carnē nascētis. a carne virginis matris pronunciat̄ extranea. sine causa venter q̄ eum portasset. vbera que lactassent beatificant̄. Que em̄ ꝯsequentia. vt eius lacte credat̄ nutritus. cui⁹ semine negat̄ esse ꝯceptus. cū ex vnius eiusdem q̄ fōtis origine s̄m phisicos vterq̄ liquor emanaē p̄betur Nisi forte putanda ē virgo sementinā sue carnis materiā nutriēdo in carne dei filio suggerere potuisse. incarnādo aūt quasi maiore ⁊ inusitato miraculo minime potuisse Sz huic opinioni obstat aplus dicēs Quia misit deus filiū suum factū ex muliere. factū sub lege. Neq̄ em̄ audiendi sunt. qui legendū putant. natū ex muliere factū sub lege. sed factum ex muliere. q꜠ concept⁹ in vtero virginali

carnē non de nihilo. non aliūde. s̄ materna traxit ex carne. Alioq̄n nec vere filius hoīs diceret̄. qui originē non haberet ex hoīe Et nos igit̄ hijs contra euticen dictis extollam⁹ vocez cū ecclā catholica. cuius hec mulier typū gessit. extollamus ⁊ mentē de medio turba꜠ dicamus q̄ saluatori. Beat⁹ venter qui te portauit ⁊ vbera que suxisti. Vere em̄ beata parens q̄ sic quidā ait. Enixa ē puerpera regē qui celū terram q̄ regit per secula cuius ⁊ eterno ꝯplectens oīa giro imperiū sine fine manet. que ventre beato gaudia matris habens cū virginitatis honore. nec primā similem visa ē nec habere sequentem At ille dixit. Quinymmo. beati qui audiūt verbū dei ⁊ custodiunt illud. Pulchre saluator attestationi mulieris annuit. non eam tantūmodo beatam. que verbum dei corpaliter generare meruerat sed ⁊ oēs qui idem verbū spiritaliter auditu fidei ꝯcipere. et boni operis custodia. vel in suo vel in p̄ximorum corde parere. et quasi alere studuerint asseuerās esse beatos Quia ⁊ eadē dei genitrix ⁊ inde quidem beata: q꜠ verbi incarnādi ministra facta ē temporalis. sed inde multo beatior: q꜠ eiusdē verbi semper amādi custos manebat eterna Qua sentēcia sapiētes iudeorū clam pcutit. qui verbū dei non audire ⁊ custodire. sed negare ⁊ blasphemare querebant

Feria secunda   Scd̄m lucam

n illo tēpore Dixe
runt pharisei ad ihesum Quāta au
diuim⁹ facta in capharnaū. fac ꝛ
hic ī patria tua. Et reliqua. Ome
lia lectionis eiusdem

Refert supius euangelista
ꝙ cum venisset dn̄s naza
reth. ꝛ in synagoga lecto
ris functus officio. ab oībus intē
ta ꝛ studiosa fuisset intentiōe au
ditus. oēs ꝗ mirarent̄ in verb gr̄e
que ꝓcedebāt de ore illi⁹. ceperunt
pharisei ꝛ scribe inuidētes dicere.
Nonne hic ē fili⁹ ioseph fabri. c
Quorū q̄ta esset cecitas hinc liq̄
de cognoscim⁹: ꝙ dn̄m quē in ver
bis ꝛ factis mirabāt̄ ꝛ xp̄m agno
scebant. ob solam gn̄is noticiā
ꝯtemnebāt: ꝙ illū apud se mul
tum p etatū tp̄a pfecisse viderāt
Vnde ꝛ eū qui de virgine nat⁹ fue
rat filiū yoseph appellabant. q̄
sponsus integerrime matris eius
ꝛ baiulus ac nutrici⁹ eius fuerat
Et ait illis dn̄s Vtiq̄ dicetis mihi
medice cura teipsū Quid aūt vul
gare ꝯtineret ꝓuerbiū. aperit eu
angelista cū subiūgit Q̄ta audi
uim⁹ facta in capharnaū. fac ꝛ h
in patria tua Quod ē dicere Quia
inquiūt in capharnaū plures te
curasse fama vulgāte ꝯperimus.
cura etiā teipsū ꝛ. fac similiter in
patria. hoc est in tua ciuitate Pa
tria eī vel ciuitas dn̄i nazareth e
rat. in qua fm assumptū hoīem ꝛ
ꝯceptus ē ꝛ nutrit⁹ Et intuere ꝙ si
cut supius xpristū fabrū vel filiū
fabri. ita nunc eadē erroris insā
nia medicū cognomināt. Sed er
ror iste insan⁹ plenus ē sane fidei
ꝛ veritatis. Reuera eī fili⁹ erat fa
bri illius. qui in principio celum
terrāq̄ fabricat⁹ est. quiq̄ sic ve
rus faber igni opatur ꝛ spū. Jux
ta quod de xp̄o tq̄ fabri filio iohā
nes dicit Ipse vos baptisabit in
spiritu sc̄o ꝛ igne Hic faber ī mag
huius mūdi domo fac̄ diuersi ge
neris vasa. aliud quidē in honorē
aliud vero in ꝯtumeliā Ipsa etiā
vasa ire spūs sācti igne molliēdo
in vāsa ꝯuertit misericordie Juxta
quod malachias ex persona dei
patris de xpristo loquit̄. Et sede
bit ꝯflans ꝛ emundās argentū
Est ergo xp̄us vere faber. de q̄ scp̄
tum ē. Oīa p ipsum facta sūt. et si
ne ipso factū est nihil. Et ē medi
cus: ꝙ p ipsum in celis ꝛ in terris
oīa sunt restaurata. Quiq̄ de se a
libi dicit. Non ē opus bene valen
tibus medic⁹. sed male habenti
bus. Sz videam⁹ adhuc quo gnē
medicaminis iste medicus vtat̄.
Legim⁹ in euāgelio iohis. ꝙ pre
teriēs ihs vidit cecū a natiuitate
ꝛ expuit in terram ꝛ fecit lutū ex
sputo ꝛ liniuit sup oculos ceci. ꝛ
dixit ei. Vade ad natatoria syloe
quod interpretat̄ missus. ꝛ abijt
et lauit. et venit vidēs. Cui⁹ mira
bilis curatiōis misteriū. ꝙ suo lo
co dn̄o iuuante exponendū est h
supsedem⁹ Monet̄ ergo xp̄us ab
irridentib⁹ ciuib⁹ vt seipsū curarē
hoc ē in sua patria virtutes facerē
quasi nō reuera alibi fecerit que

rumor semp incertus vulgauerāt
cū apud suos ciues. tamq̄ apud
domesticos ⁊ affines tale nihil fe
cisset. quib⁹ multo cōuenienti⁹ ta
lia beneficia impendēda erāt. Qd
quare dn̄s non fecerit. alius euā
gelista apte ostēdit. ⁊ excusat do
minū dicēs Quia non poterat ibi
virtutē vllā facere. nisi paucos i
firmos curauit. Et mirabāť inq̄t
propter incredulitatē illorū Non
ergo viluerat dn̄o patria. s; incre
dulitas eoru; hoc nō merebať. A
mabat quidē ciues. sed ipsi despi
cientes xpristū quasi notū ⁊ non
credētes. patria se caritate priua
bant. Ait aūt. Amen dico vobis.
q2 nemo ꝓpheta acceptus ē in pa
tria sua. Quod vero dn̄s in scriptu
ris ꝓpheta soleat appellai moyses
testať qui dicit. Prophetam vob
suscitabit dn̄s de⁹ vester de fratri
bus vr̄is. tq̄ me ipsū audite Non
aūt solū dn̄s qui est caput ⁊ dn̄s
oīm ꝓphetarū. verum etiā helyas ⁊
iheremias ceteriq; sancti ꝓphete mi
nores atq; inferiores. plus semp
odio habiti sunt apud ciues. q̄ a
pud exteras nacōes. Naturale ei
quodāmodo ⁊ ꝓpriū est ciues ciui
bus inuidē: q2 non p̄ntia opera.
non prudēcia;. nō virtutē in viro
ↄsiderāt. sed fragilis infātie recor
danť. velutí ⁊ ipsi nō p eosdē gra
dus ad maturā puenerint etate;
In veritate dico vobis multe vidu
e erant in diebus helye in israhel
quando clausu; est celū annis tri
bus ⁊ mensib⁹ sex. cu; facta esset
fames magna i oī terra. ⁊ ad nul
lam earu; missus est helyas. nisi
in sarepta sydonie ad mulierem
viduā. Notissimo vtiť ex libro re
gum exēplo vidue sareptane ad
quā helyas famis tpe missus est
plus vt eā pasceret. q̄ vt ab ipsa
pasceret. cu; tn̄ in israhel tūc tpis
innumere essent vidue. Ac si ap
te diceret Non ē ↄtrariū exēplis ꝓ
phetaru;. q2 vobis meis ciuib⁹ be
neficia operū meorum subtraho.
Sicut em̄ quondā fame totam ter
ram premente. nemo in iudea re
pertus ē qui dignus esset helye
hospicio. sed extere nacōis vidu
a quesita est. que a tanto ꝓpheta
visitareť Sic ⁊ vos modo qui me
inuidie ⁊ perfidie causa spernitis
ipsi vos supno munere priuatis
Hoc ꝓphete iuxta hystoria; fac
tum. mistice supbiam iudeorū; et
fidem ac salutē gentium designat
Nam vidua ista sancta; premon
strat eccām que vidua erat: q2 di
utius a suo ↄditore deserta reman
serat Hec filiu; pauperem egena
stirpe nutriebat. q̄ ꝓplm recte fi
dei nesciū. verbo secularis scientie
absq; vtilitatis fructu docebat Be
ne hec vidua in sarepta sydonie
fuisse diciť. Sydonia nāq; venati
o inutilis. sarepta vero incendiu;
vel angustia panis interpretať.
Quib⁹ omnib⁹ gentilitas exprimi
tur. que inutili venationi dedita e
rat. lucris ac negocijs tempalibꝯ
inseruiens Eratq; in sarepta in in
cendio videlicet carnaliu; cupidi
tatum. panis q; spiritualis patie
bať angustias. Ad hanc missus

est helyas. idest sermo ꝓpheticus
qui i iudea periditabaṫ. clausa ce
li ianua. idest cessante scripturarꝫ
intelligēcia merito infidelitatis iu
deorum Venit ergo propheticus
sermo ad ecclesiam vt pasceretur
et pasceret.. vt videlicet receptus
a fidelibus credentiuꝫ corda refice
ret. Vbi ergo antea spūalis erat
angustia. nunc farina ꝛ oleuꝫ be
nedicitur. idest fructꝰ ꝛ hilaritas
caritatis vel gracia dominici corpo
ris ꝛ sacri crismatis munera cōse
craṫ. ꝛ hactenus hec diuina mu
nera apud ecc̄iam non deficiunt.
Pulchre vero hec mulier misticū
factura paneꝫ. prius se dixit duo
ligna colligere Vbi non solū per
quod lignū noīauit. verū ꝙ duo
ligna dixit. figuraꝫ crucis euidētis
sime exprimit. in qua nobis vite
eterne preparatus ē panis Et multi
leprosi erāt in israhel sub helizeo
ꝓpheta. ꝛ nemo eorū sanatus est
nisi naaman syrus. Quoniam hy
storie narratio satis omnibus li
quet. que ad misteriū ptinēt vide
amus. Naaman qui decor interp̄
tatur. populus est nationum. qui
anteꝗ̄ in xp̄m crederet. perfidie ꝛ
scelerū lepra maculosus erat. ſ in
xp̄o credendo p baptismū. ab om
ni feditate mentis purgatus est.
De quo bene diciṫ ꝙ puelle ꝯsilio
monitus sit vt ad ꝓphetam helize
um veniret: q̄ gracia supne inspi
racōis quā puella significat. popu
lus gentiū incepit salutem. que ē
in christo sperare. Jubeṫ a ꝓ pheta
septies in iordane mūdari: quia

nimirū illud baptisma credentes
saluat. qđ septiformi spiritu rege
nerat. De quo illud signanter di
citur. ꝙ postꝗ̄ lauit restituta est
caro eius sicut caro pueri paruuli
Quia cunctos in xpristo baptisa
tos in vnaꝫ purgat gracia mater
infanciaꝫ Siue ꝙ sicut puer reno
uatus est significat: quia p bap
tismū in xpristo vetere homine de
posito vicia respuere scimus. eius
qꝫ corpori conformamur: de quo
scriptum ē. Paruulus natus est
nobis. filius datus ē nobis. Nec
illud vacat a misterio. ꝙ partē
terre scē secum tulisse dr̄. q̄ bapti
sati corporis ꝛ sanguinis domini
ci debēt pceptione ꝯfirmari. Hijs
igiṫ exēplis duorū ꝓphetarū hely
e atqꝫ helizei probaṫ dn̄s. nō cau
sa impotētie ciuibꝰ virtutū doctri
nam negasse. ſ ꝓpter eorū inuidi
am atqꝫ infidelitatē. Et repleti sūt
om̄s in synagoga ira hec audien
tes Et surrexerūt ꝛ eiecerunt eum
extra ciuitateꝫ. Quod dn̄s supra
de hijs dixerat. hoc ipsi veruꝫ esse
testantur. Naꝫ repleti ira surrexe
runt et eiecerūt euꝫ extra ciuitatē
Hoc nempe eorū sacrilegiū quod
nunc in euāgelio fecisse memorā
tur ita p psalmistam olim prenū
ciatū fuerat. Retribuebāt inquit
mihi mala p nobis Cum enī dn̄s
p populos saluationū beneficia
diffunderet. illi econtra iniurias
illi irrogabant. Nec mirum si sal
uatorem habere non merenṫ: q̄
saluatoreꝫ de suis finibus expule
runt. Et duxerūt inquit eum vsqꝫ

ad sup cilium montis sup quez ci
uitas illorũ erat edificata. vt pre
cipitarent eũ Ipse aũt transiens
p medium illorũ ibat. O pessimo
magistro peiores discipuli. Dya
bolus enĩ tantũ dñm temptat vbo
isti facto. Ille hortat vt deorsuz se
mittat. isti adhortant vt mittant
Ferũt aũt hij qui scõrum locoruz
miracula curiose inuestigare a di
ligẽter scribere studuerũt. q cum
dñs de manib⁹ eorum elapsus. p
mediũ illorũ de rupis vertice descẽ
disset atq sub ipsa rupe delitesce
ret. subito ad tactuz vestis ipsius
saxũ illud subterfugit. a instar ce
re liquatum ac resolutũ sinũ quẽ
dam quo corpus dnĩcũ muniret
et reciperet effecit. tante vtiq ca
pacitatis. quãte ipsuz corpus dñi
extitit quãtitatis. In quo hodieq
vniuersa lineamẽta a ruge vestis
que a tergo dñi erant. velud ma
nu sculptoris expressa seruãtur.
Et illi quidẽ ipsũ ad hoc montis su
perciliũ duxerũt vt illũ precipita
rent. Sed subito illorũ mente mu
tata. a maiestate ineffabili stupe
facta. p mediũ illorũ transiens de
scendit. adhuc illis locũ reseruãs
penitẽcie. vt vel sic intelligẽtes ei⁹
potenciã. a consilio mortis eius in
ferende animum reuocarent. Non
dum eniz venerat hora passionis
eius. que non sabbato sed para
sceue pasche futura erat. Nonduz
locũ eiusdẽ passionis adierat. q
non in nazareth sed in iherosoli
mis implenda erat: vbi a p agni
paschalis immolationẽ ei⁹ mors
prenunciabat. Sed neq hoc gen⁹
mortis elegerat. Neq enĩ modo a
nazarenis precipitari. neq alibi
ab iherosolimitis se pmisit lapi
dari. nec multo ante ab herode se
pueruz voluit perimi: q ante secu
la elegerãt mortẽ crucis. cuius sig
no frontes fideliũ munirent. que
celerrimo dextre motu exprimi po
test contra dyaboli temptamẽta.
simulq vt se monarchiam toti⁹
orbis p crucis positionem optinuis
se monstraret. cuius cacumen ad
celos tendit. yma petunt inferos
terram cornua tegũt. Hinc apls
eiusdẽ crucis misteriũ exponens
dicit. vt in noĩe ihesu omne genu
flectat. celestiũ. terrestriũ. a infer
norũ. et oĩs lingua confiteat: q̃a
dñs ihesus xpristus in gloria est
dei patris. cũ quo viuit a regnat
in vnitate spiritussancti deus. per
oĩa secula seculorum Amen

Feria tercia Scdm lucam

n illo tẽpore. respi
ciens ihesus in discipulos suos di
xit symoni petro Si peccauerit ĩ te
frater tuus. vade a corripe eum in
ter te a ipsum solũ. Si te audierit.
lucratus eris fratrem tuuz. Et re
liqua. Omelia lectionis eiusdem

O ta hec sancti euãgelij le
ctio moralib⁹ nos preceptis instruit. a q̃liter erga
eos qui in nos delinquũt facere de
beamus. satis necessaria ammo
nitione ostendit. Ideo q tanto p
pensius est audienda. tanto q

studiosius addiscēda q̄ꝓ tō ꝯstat
quia sine huius doctrina illibate
caritatis vinculū. quo status ec
clesie ꝯtinetur. solidum atq̄ indis
ruptum seruari non potest Ait er
go dn̄s ad discipulos. ad haben
dam cū fratrib⁹ pacem erudiens
Si peccauerit in te frater tu⁹ vade
⁊ corripe eum inter te ⁊ ipsū solū
Notandū vero prius ē. ꝙ si in nos
frater peccauerit. ⁊ q̄libet causa a
nimū nostrū leserit. dimittēdi no
bis concedit̄ potestas. ymmo in
gerit̄ necessitas: q̄ aliter nobis
nr̄a sciamus debita nō relaxari. ni
si ⁊ nos debitorib⁹ nostris dimise
rimus Si vero quis in deum pecca
uerit non ē arbitrij nostri. ſ; soli
us ē dimittere dei. Scriptum ē em̄
Si peccauerit vir ī virū. placari ei
potest deus. si autē in deum pecca
uerit. quis orabit pro eo. Sz nos
ordine ēconuerso in vlciscēda dei
iniuria letali pietate torpemus in
nostris vero ꝯtumelijs odia exer
cemus. Prius tamē corripiend⁹
est qui in nos peccat seorsū. ne pu
tet nō esse peccatū quod facit. sic
q̄ amissa semel verecūdia in pecca
to ꝑmanere velit Et si quidē nos
audierit. lucrifacim⁹ animā eius
quia ꝑ illius salutem. nobis quo
q̄ datur remissio peccatorū: iaco
bo apostolo dicente. Qui ꝯuerti fe
cerit peccatorem ab errore vie sal
uabit animā ei⁹ a morte. ⁊ operit
multitudinē peccatorū. Ergo docē
quo ordie scādala vitare possim⁹
vi; si neq̄ ipsi aliquē ledim⁹ si pec
cantē zelo iusticie corripim⁹. si pe

nitenti viscera pietatis toto corde
pandim⁹. Cum ergo fratrē delin
quentē corripim⁹. si nos non au
dierit. adhibendi sūt fratres vn⁹
aut duo. vt q̄ ab vno corrigi non
potuit. a pluribus corrigatur. vel
eorū testimonio ꝯuincat̄. Porro
si nec illos audierit. tunc ecclesie
dicere precipimur vt ab omibus
detestetur ⁊ diiudicetur. quaten⁹
si noluit pudore corrigi saltē cor
rigatur multorū obprobrijs. Si
aūt nec ecc̄am audierit. sit tibi sic
ethnicus ⁊ publicanus. Ethnos
greco sermone gens dicitur. inde
ethnicus idest gentilis deriuatur
qui sic ꝑmanēt vt natus ē. ⁊ non
est in xpristo renat⁹. Publicani
vero sūt qui publice peccāt. vel q̄
publicis negocijs īseruiūt ꝑ frau
des ac furta ⁊ scelerata ꝑiuria. Sa
ne cum incorrigibilem fratrem si
cut ethnicum ⁊ publicanū dicit̄
habendum ostēdit grauioris cri
minis esse reū qui sub specie fidel̄
oꝑa agit infideliū. q̄ꝓ eū qui apte
infidelis ⁊ publicanus existit. S;
et hic caute attendendū. ꝙ non
passim aut leuiter sed obediēti et
ꝑniam ꝯmissi sui agenti ac veniā
petenti fratri dimittere iubemur.
Vnius em̄ sceleris rei tenentur a
pud deum ⁊ is qui peccantē vidēs
fratrem corrigere noluerit. ſ; neg
ligens paruipenderit. atq̄ ille q̄
fratri penitentiā agenti dimitte
re noluerit Nam dominus cum di
xisset. Si peccauerit frater tu⁹ cor
ripe. statim subiūxit. Si dixerit pe
nitet me. dimitte. Igit̄ largienda

est venia post increpacōem. s. illi
qui penitenciā egerit et se ab erro
re cōuerterit. quia nec difficilis venia
nec remissa debet esse indulgentia.
Amen dico vobis. quecunque liga
ueritis sup terraz erūt ligata et in
celo. Et quecūque solueritis sup ter
ram erunt soluta et in celo Quia di
xerat durum et impenitentē fratrē
sicut ethnicū et publicanū haben
dum ne aliquis ita vecors et despera
tione pestifera contemptor existerz
vt tacitus apud se loqueretur Si
me despicis. et ego te despiciam.
Si me honoras. vtique mea senten
tia honoraberis. Idcirco dñs a
postolis potestatē ligandi tribu
it et soluendi. vt hij qui condemnant̄
sciant humanā sniam diuina fir
mari. et quod fuerit ligatū in ter
ra. ligari nihilominus in celo. Hec
vero potestas specialiter sanctis
eccie epis collata ē. generaliter ve
ro omni eccie data creditur Nam
et quod dñs alibi beato petro hāc po
testatez ligandi atque soluendi de
dit. vtique in petro qui typuz gere
bat eccie omnibus fidelibus hoc conces
sisse nō dubitat̄. Iterū dico vobis
quia si duo ex vobis consenserint
super terram. de omni re quamcū
que petierint fiet illis a patre meo
qui in celis est. Magnam fidelibus
auctoritatem et fiduciam tribuit
et econtra magnuz contemptoribus
metum incutit. dicēs a patre deo
i celis fieri quicquid duorū cōsen
su super terram fuerit constitutū
Et hoc primo ad concordiaz nos
prouocat quo sollicitius festinemus
ad pacem. cū se dicit inter duos et
tres aliquid statuentes medium
fore. Nam sequitur. Vbi enim fu
erint duo vel tres congregati ī no
mine meo ibi sum in medio eorū
In medio inquit sum eorū. vt vel
recipiā humilem penitentem. vel
proiciā supbum et contumacem Et
quicquid illi iudicando ad hoim sa
lutem agūt in terra. meo desup iu
dicio roborat̄ in celo. Spiritualiter
vero illud dicere possumus: quia vbi
spiritus anima et corpus consenserint
nec bellum inter se discordantiuz
habuerint voluntatū. carne adū
sus spirituz et econuerso spiritu ad
uersus carnem concupiscēte. de ōni
re quā petierint a patre impetrarē
possint. Nec dubitandum iustaz
et acceptam deo peticōem. vbi ea
vult caro que spiritus. Tunc acce
dens petrus ad eū dixit. dñe quo
ciens peccauit in me frater meus
et dimittam ei vsque septies. Dixit
illi ihesus Non dico tibi vsque septi
es. sed vsque septuagies septies Su
perioribus verbis domini prouo
catus aplus petrus solita sibi fi
ducia accedens interrogauit. quo
ciens deberet in se peccāti dimittē
an ne vsque septies. Cui respondit
dñs Non solū vsque septies. sz vsque
septuagies septies .i. quadringen
tis nonaginta vicibus. si totiēs in
die peccare contigerit. impossibile ē
eīm quadringentis nonagita vici
bus in fratrem posse delinquere.
Et hec multiplicatio scdm beatuz
iheronimum facta est. Ceterū bea
tus augustinus docet hūc numerū

simpliciter et nō multipliciter ac
cipiendū. idcirco qđ totus ꝑ adū
bium fit. Ars enī arismetrica do
cet. vt numerus aliq̄s si ꝑ soluꝫ fi
at aduerbiū vel ꝑ solum nomen
nō multiplicetur. Si vero ex noīe
simul et aduerbio. vt verbi grā
septies septuaginta. ł ꝯuersū sep
tuagies septem possunt multipli
cari. Qđ ergo dicit septuagies sep
tem septuaginta septem vicibus
ideꝫ doctor intelligit Sed iam veni
endū est ad misteriū Neq; enī ab
re esse potest. ꝙ dn̄s hunc aliuꝫ ⁊
alium numeꝝ in relaxandis fra
trum erratibus ꝯstituere voluit.
Constat enī ex septenario ⁊ vnde
nario. Nam siue septies vndeni. si
ue vndecies septem dicam⁹ septu
aginta septem ꝑficimus. Et septe
narius quidē numer⁹. est nume
rus sacratissim⁹. ex donis septifor
mis spūs. Vndenari⁹ vero nume
rus figurā tenet oīs peccati In vn
denario namq; trāsgressio est de
narij. Et nos cuꝫ peccamus decalo
gum ꝑfecto preceptoꝝ dei trans
gredimur. Hinc est ꝙ in taberna
culo dei. vndecim saga cilicina fu
isse memorant. Cilicinum namq;
habitū penitentiuꝫ. ⁊ ꝑ pccīs me
rentium designat In tabernaculo
ergo dei vndecim saga cilicina fie
ri iussa sūt. ꝙ sancta eccā. non so
lum ex iustis ⁊ immaculatis. veꝝ
etiā ex pccōribus penitētib⁹ et cō
uersis existit. Hui⁹ numeri sacra
mentū petrus apl̄us agnoscens
iuda ꝑdito. noluit apl̄os in vnde
nario numero ꝑmanere. ſ; electo
mathia. duodenariū summaꝫ cura
uit supplē. Septuagies septies er
go dn̄s ꝑcepit vt ꝯdonat. ꝙ quo
ciens ⁊ quociēs aliq̄s peccauerit
tociens ⁊ tociēs ei dimittē. ⁊ nun
q̄ a dimittendo cessare debem⁹ Qꝛ
enī ꝑ hūc numeꝝ pccōꝝ signifi
cat remissio illđ q̄ manifestat ꝙ
beat⁹ lucas cathalogū dnīce gene
racōis septuagita septē generati
onib⁹ terminauit. incipiens a io
seph ⁊ vsq; ad ipsū deū ꝯditorē ꝑ
ueniēs. Quia ei dei fili⁹ ad soluen
da mūdi pccā veniebat. ideo iure
ei⁹ incarnatio septuagita septē ge
neracōib⁹ texit. ⁊ hoc ascendendo:
ꝙ viꝫ filij dei icarnatio. nrā fuit ex
ultatio. ⁊ vñ ille descēdit. inde nrā
abiectio ascendē meruit. Qꝛ vero
hic numer⁹ ex septenario ⁊ vnde
nario multiplicat⁹ exurgit signifi
cat: ꝙ oīs pccōꝝ remissio. ꝑ grāꝫ
scīi spirit⁹ fit cui⁹ donis priuari me
rent. qui cūq; fratrib⁹ in se peccāti
bus dimittē noluerūt. Sane alit̄
fratri penitēti. aliter precipimur
inimico ꝑseq̄nti veniā dare. Huic
namq; dimittendū est accepta re
missione pcci quo nos insontes
lesit. socia de hinc nobis caritate
ꝯiicet Illi vero vt cū mali vult no
bis aūt facit. nos illi semꝑ bonuꝫ
velim⁹ ⁊ si possimus eē faciam⁹.
Non enī illis q̄diu in malo ꝑseue
rant pcci sui veniā dare possum⁹.
licet velim⁹. Habem⁹ hinc duo cō
uenientissima exempla Joseph nā
q; fratrib⁹ suis salubriter castiga
tis beniuole ignouit. dauid vero
ꝑsecutorib⁹ suis impenitentibus

et ĩn malicia pdurantib⁹. q̄uis e
os fleuerit veniam tñ illis presta
re nõ potuit. Hec ẽgo precepta te
nende caritatis. que a xp̃o qui est
auctor pacis audim⁹ sedulo opeã
ri curem⁹. nec grauemur dimitte
re minima. cũ sciam⁹ nobis innu
merabilia peccatorũ i baptismo
dimissa. Sz et cotidie delinquẽtes
quotidianã a dño veniã postule⁹
Exemplo namq3 suo nos ipse ad
facilitatẽ indulgẽcie puocat. qui
totius mũdi peccã nõ solũ dimittẽ
verum etiã pprio ore dignatus ẽ ex
piare. ihs xp̃us dñs noster. qui
cũ pr̃e a spũ sancto viuit a regnat
de⁹ in secula seculorũ Amen

Feria. iiij. Scdm matheum

In illo tẽpore. Acces

serũt ad ihesũ scribe a pharisei. d.
Quare discipuli tui trans grediun
tur tradicões seniorz. Non enĩ la
uant man⁹ suas cũ panẽ mandu
cãt. Et reliq̃. Omel' lectiõis eiusdẽ

Via dei fili⁹ p salute oim
in mundũ venerãt. ideo lo
ca singula citis gressibus
percurrebat vt oibus pdesset. vni
uersis succurreret. postremo cun
ctorũ in cõi saluti consuleret. Deni
q3 vt supius euangelista loquit.
venit dñs cũ discipulis in terra ge
razenorũ. vt illis q3 optatũ leuanñ
sua visitacõe oferrz ibiq3 pharisei
iusticie inimici eum psecuti sunt.
non studio discende veritatis. sed
causa perstruende falsitatis. Naz
sicut lectum ẽ. Accesserũt ad ihm
scribe a pharisei dicẽtes Quare di

scipuli tui transgrediunt precep
ta seniorũz Non enĩ lauant man⁹
suas cũ panem manducãt. Q̃z ve
ra est ofessio dnĩ. qua supius deũ
patrem laudãs dixerat Abscõdi
sti hec a sapientib⁹ a prudẽtib⁹. a
reuelasti ea puulis Ecce gerazeni
qui min⁹ docti erant ad dñm veni
unt. infirmos suos secũ deferunt.
remedia salutis sibi suisq3 tactu
saltem fimbrie dnĩ requirunt. At
q3 ideo cupite salutis remedia ple
na id fide promerente consequun
tur. At vero scribe a pharisei. qui
populi doctores esse debuerãt. nõ
ad audiendũ verbũ. non aliquã
aie l' corpis capiẽdã medelaz. sed
ad mouendas q̃stionũ pugnas
conueniũt. eosq3 de nõ lotis mani
bus vitupare laborant. in quib⁹
nil immundicie sordidãtis reperi
re valebãt. Reuera ei seipsos ma
gis culpare debuerãt. q̃ lotas aq̃
man⁹ habẽtes. oscietiã liuore pol
lutam gestabãt. Quare inquiunt
discipuli tui transgrediunt p̃cep
ta seniorũ. Stupenda demẽtia. eũ
qui ẽ fili⁹ dei reprehendũt. cur ho
minũ tradicões non seruet. Non
enĩ aiũt. Lauãt man⁹ suas cũ pa
nez manducant. Propriũ a quo
dammõ osuetudinarũ erat iudeis
crebro man⁹ lauare. a aliqñ totũ
corpus. maxime si otigisset eos cũ
quolibet gentiliũ loqui. Sed iam
videam⁹. qua sĩna veritatis. reuin
cuntur filij falsitatis Ait illis Qua
re a vos transgredimini preceptũ
dei propter traditionem vestraz.
Ac si diceret. Cuz vos precepta dei

ꝓpter tradicõem hoim negligitis
quare discipulos meos reprehẽ
ditis. ꝙ seniorũ tradicões paruipẽ
dant vt diuina iussa custodiant
Nam deꝰ dixit. Honora patrē tu
um ⁊ matrem Et q̄ maledixerit pa
tri ł matri morte moriat̃. Honor
in sacro eloquio dupliciť accipiť
videlicet non solũ in salutando ⁊
ↄquiniscendo. sed etiaꝫ in elemosi
na ⁊ rerum necessariarũ collacõe.
Hinc aplꝯ dic̃. Presbiteri dupli
ci honore digni habeant̃. vt nõ so
luꝫ illis officiũ veneracõis deferat̃
verum etiã oportuna subsidia mini
strent̃. Vos aũt dicitis Quicunqꝫ
dixerit patri vel matri. munꝰ qđ
cunqꝫ est ex me tibi ꝓderit et non
honorificabit patrem aut matrẽ
suam. et irritũ fecistis mandatuꝫ
dei. ꝓpter tradicõem vestram Vni
uersorũ conditor ⁊ parens deꝰ im
becillitates vel etates parentũ ↄsi
derãs. in lege preceꝑat vt filij pa
rentes honorarẽt. ⁊ eis vite neces
saria ministrarent. Hanc ꝓuiden
ciam legis dei scribe ⁊ phaisei sub
uertentes. et impietatẽ ꝑ pietate
inducẽtes docebãt pessimos filios
vt que i vsus pauperũ ⁊ parentũ
erant deputanda deo offerrent.
et ita fiebat vt liberoruꝫ oblatio
sub occasione templi i lucra cede
ret sacerdotum. Ipsi etiã parentes
ea que sciebãt a filijs deo ↄsecrãta
ne sacrilegiuꝫ cõmitterẽt tangere
nolebãt. ac ꝑ hoc egestate ⁊ fame
afficiebant̃. Cum igiť pater indi
gens et imbecillis a filio aliq̃d ex
posceret. respõdebat ei doctꝰ a ma

gistris iniq̃tatis. O pater noli cõ
tristari. sed paciẽter necessitatis
huiꝰ penuria ꝑferre stude. quia mu
nꝰ quod ẽ ex me oblatũ deo tibi
proderit. si nõ corporaliter. at certe
spũaliter Potest ⁊ hũc sub inter
rogacõe habere sensũ. O pať mu
nus qđ ex me ẽ tibi ꝓderit Ac si di
ceret Exigis vt donũ quod oblatu
rus eram deo. in tuos vsus ↄsumã
et hoc tibi proderit. Dicebant hoc
scribe ⁊ pharisei. vt parentes mise
ri timerent accipere qđ oblatũ vi
debãt. et elegerũt magis inopem
vitam ducere. q̃ deo ↄsecratũ con
tingere. Ypocrite bene ꝓphetauit
de vobis ysayas dicens. Populꝰ
hic labijs me honorat. cor autem
eorum longe est a me. Preuidẽs
propheta ysayas iudeorũ simula
tionem. ꝙ contra euangelij predi
cationem venturi. ⁊ xp̃o repugnã
turi essent bene de illis ꝓphetauit.
non ꝙ hoc quod de illis dicebatur
bonum esset. sed quia ipsa ꝓphecia
optime eoruꝫ moribus ↄueniret.
Ait ergo ex ꝑsona dñi. Populꝰ
hic labijs me honorat. Iudei deuꝫ
labijs honorabant. cũ legem ab
eo datam scrutarentur. psalmos
etiam et diuinos ymnos modu
larentur Sed cor eorum longe erãt
ab eo. quia semper in maluꝫ pro
ni ferebantur cordibus ydola co
lentes de quibꝰ scriptuꝫ erat. ꝙ re
uersi sunt cordibus in egiptũ Ho
norabãt labijs deũ qñ ad xp̃m
subdola fraude dicebãt Magister
scimus quia verax es ⁊ viam dei in
veritate doces Sed cor eorũ longẽ

erat ab eo· quia idcirco loquebā
tur ista vt possent eum cesaris tra
dere potestati Hoc enim signauit
euangelista cū premisit· q abeū
tes pharisei ꝯsilium inierunt vt ca
perent ihm in sermone· Sine cau
sa autē colunt me. docentes doctri
nas ⁊ mandata hoim Inuanum il
lum labijs ⁊ lingua colebāt quo
rum corda auersa erāt: q cum cete
ris dei cultoribꝰ mercedē expectaē
nō poterant. ipso dn̄o alibi dicēte
Non oīs qui dicit michi dn̄e dn̄e·
intrabit in regnum celorū· Doctri
nas vero ⁊ mādata hoim docebāt
quia precepta dei negligentes· su
as vt supra ostensū est tradicōes
statuē volebāt· Et ꝯuocatis ad se
turbis dixit eis Audite ⁊ intelligi
te· Non qd intrat in os coinq̄nat
hoiem· sȝ qd exit de ore Hoc verbū
quod ē coicat: scārum scripturarū ē
propriū· Siquidem iudei q̄ se pplm
⁊ partē dei esse iactant cōes cibos
vocabant· quibꝰ in cōi omnes ho
mines vtunt· preter ipsos iudeos
sicut lepores· ostree· suilla caro· ⁊
huiusmodi animantia a quibꝰ p̄
ceptum ē abstinere. Commune er
go illud vocabāt. quod ceteris ho
minibꝰ ad vtendū pȝ· ⁊ nō ē de sor
te dei atqȝ ideo immundum Inde et
hoc verbū quod ē coicare p pollu
ere ⁊ coinquinare ponit· Ait ergo
Non quod intrat in os coinq̄nat
hominē. Ac si diceret Nihil quod
extra hominē est et in hominem in
greditur ipsum potest coinquinare
sed que de homine procedunt· illa
hominē polluunt· Obicit sane ali

quis· si quod intrat in os non co
inquinat hominem· quare nō vesci
mur ydolaticis· Apostolꝰ enī dicit
Non potestis calicem dn̄i bibere ⁊
calicē demoniorū· Sed sciendum q
ipsi cibi ⁊ omnis creatura dei per
seipsā munda ē· inuocacōe tamē
demonū dum ydolis offert fit im
munda· Et idcirco a sanctis viris
iuste respuitur· Tunc audientes
discipuli dixerūt ei· Scis quia au
dito hoc verbo· iudei scandalizati
sunt· Scandalizabant· quia vide
bant vno sermone dn̄i· omnes su
persticōes obseruationū suarum
elisas· qui tantummodo in cibis
sumendis vel abhominādis· atqȝ
lauachris ⁊ varijs baptismatibꝰ
suam religionem constare arbi
trabantur· ignorantes quod apo
stolus dicit· Esca aūt nos non cō
mendat deo Scandalum vero gre
cus est sermo· quē nos offendicu
lum vel ruinam vel inpactionem pe
dis possumꝰ dicere. Pharisei ergo
in verbo dei scandalizabant· qui
peruerse mētis obstinatione ceca
ti· non salutē in doctrina xpristi sȝ
pdicōis eterne ruine occasionē in
ueniebāt· At ille respondens ait
Omnis plantatio quā nō planta
uit pater meus celestis eradicabi
tur· Hunc locum sibi fauere arbi
trant hij q̄ dicūt duas esse natu
ras in hoibꝰ· alterā bonā a deo· al
terā malā a pncipe tenebrarū diabo
lo· ⁊ plātacōem quā non plātauit
pr̄ nām mali accipiūt· Sȝ sciēdum
q oīs natura a deo ē ⁊ bona ē· sed
q inest hominibꝰ liberū arbitriū

ideo bona est plātacō natuē ꝫ ple
rūqꝫ mala volūtate. Hinc ihr eremi
as ait Ego te plantaui vineā elec
tam. quō conuersa es in amaritu
dinem vitis aliene. Ergo quod de
us plantat nemo potest eradicaē
nisi ipsa natura prebeat assensuz
Sane pōt hic oriri non absurda
questio. Naz si oīs plantatio quā
non plantauit pater eradicabit
ergo eradicabit ⁊ illa de q̄ apl'us
dicit. Ego plantaui. apollo riga
uit. Sed attendendū qđ sequitur
deus aūt incrementū dedit. Igit
plantantē paulo. apollo rigante
deus suis operarijs cooperat ⁊ cuz
eis plantat ⁊ rigat. Simile illos ce
ci sunt duces eorū Ceci erant pha
risei. qui tenebrosas traditiones
quas ipsi adinuenerant obfuā
tes lucem mandatoruz dei non cō
siderauerūt. De qua psalmista di
cit. Lucerna pedib⁹ meis verbum
tuum. ⁊ lumē semitis meis Nō so
lum ceci. ꝫ ⁊ duces eorū dicuntur
Quia tales nō solum sibi nō ꝓspi
ciūt. ne in foueaz pdicōis incidāt
sed et sibi obsequētes in precipi
ciū mortis secū trahunt. Hos er
go ⁊ oēs puersos doctores p̄cipit
saluator sinendos. ⁊ suis erroribꝫ
ac libero arbitrio dimittendos. sci
ens eos postq̄ semel exciderint. ā
vix aut nullaten⁹ ad veritatē pos
se retrahi. Hinc ⁊ apl'us precipit
dicens Hereticum hoiem post pri
maz ⁊ secūdaz correpcōem deuita
Respondens aūt petrus dixit. Edis
sere nobis pabolaz istam. At ille
dixit. Adhuc ⁊ vos sine intellectu

estis. Sācti apostoli adhuc min⁹
docti erāt. ⁊ ideo verba dei absolu
te ꝓlata non intelligebāt. sed qđ
aperte dictū fuerat ⁊ patebat au
ditu. pabolice dictū putabāt. ide
oqꝫ in re manifesta. misticā requi
rebant intelligenciā. Proinde cor
ripiunt a dño. qꝛ p figuras dictū
putarent quod pspicue locut⁹ fu
erat. Adhuc inquit et vos sine in
tellectu estis. Non intelligitis. q̄a
omne quod intrat in os in ventrē
vadit et in secessum emittit. Hāc
dñi sniam heretici calumniantur
eūqꝫ reprehēdūt quasi phisice dis
putacōis ignarū. q̄ ait oēs cibos i
ventrem ire. et in secessum digeri.
dicit eñi susceptas escas ⁊ ex at
tritu dentiū colliqꝫ fractas p art⁹
venas medullas neruosqꝫ diffun
di. Vnde ⁊ videmus multos q̄ vi
cio stomachi perpetez patiunt vo
mitū. post prādia statim euomē
quod ingesserūt. ⁊ tam corpulen
tos esse: qꝛ ad p̄muz esce attactuz
liquidior cibus ⁊ potus per mem
bra funditur Sed hij tales cū vo
lunt reprehendere impuriciam a
lienam ostendunt suam Quamuis
enim tenuissimus humor ⁊ liq̄ns
esca fit. tamen ⁊ ipsa cum artubꝫ
et venis suscepta fuerit ⁊ decocta
per occultos meatus quos poros
dicunt. ad inferiora purgāda de
labitur. ⁊ sic i secessum vadit Que
aūt procedūt de ore. de corde exeūt
⁊ ea coinquinant hominez De cor
de eñi exeunt cogitacōes male ho
micidia adulteria. fornicacōes fur
ta. falsa testimonia. blasphemie.

Notãdũ ꝙ dñs cogitacõnes ma
las de corde dicit exire Nam plato
ph̃s dicit sedem anime in cerebro
esse. Sed oportet vt principalio
rem sedem anime in corde accipia
mus. vbi quasi ĩ quodã meditul
lio ↄsistens cogitacões disponit. ⁊
membris corporis vitalem submi
nistrat affectum. Simul etiã hac
sentencia arguũtur. qui dicũt co
gitationes a dyabolo immitti. et
non ex ꝓpria voluntate nasci. Dya
bolus eñ adiutor ⁊ incensor esse
potest malarũ cogitationum. au
ctor vero esse nõ potest Sed nequa
q̃ꝫ recipiendũ est dyabolũ secreta
cordis posse rimari. Jlle eñ semp
in insidijs positus quod aio verse
mus. ex habitu ⁊ gestibus ipsi⁹
corporis existimat. cum tñ penit⁹
cogitacões cordis nequeat intue
ri. qd sibi soli reseruauit cui dictũ
est. Tu solus nosti corda filiorũ
hominũ. Cũ erga ipsas cogitacõ
nes videre non possit. signis qui
busdã ⁊ motib⁹ illas deprehẽdit.
Verbi gracia. Si nos viderit pul
chram mulierem crebro inspicẽ.
intelligit cor amoris iaculo vulne
ratũ. sicq̃ꝫ prauis suggestionib⁹
stimulat ad fornicandũ. Si nos
contra proximũ rancorẽ vocis vel
trucez aspectũ leuare ↄspexerit. in
telligit cor inuidia tabescere. sicq̃ꝫ
ꝑ iraz ad homicidij facin⁹ inflam
mat. Si ieiunio cũ tpe viderit nos
ad fenestrã crebro respicere. et in
solis radio curiosius horã denota
re. gule vicio ↄuincit animũ sau
ciatum. Si gemmarũ vel auri vel
quarũlibet rerum pulchritudinez
nos ardenter intueri conspexerit.
intelligit in corde latere malũ aua
ricie. ⁊ idcirco ꝓuocat ad furta.
Attendendũ vero ꝙ hec que apta
sunt opa saluator cogitacões ap
pellat: ꝙ primũ ↄcupiscẽtia corde
concepta. cogitationũ fomitibus
nutrit̃. ⁊ sic demũ ad operationez
perducit̃ Et ideo dñs hec opa cogi
tationes vocat quarum indicia ho
stis callidus ꝑ quasdã habitudi
nes moꝝ inuestigans. hũanum
gen⁹ decipere festinat. ⁊ ad agen
da que diuin⁹ sermo ꝓhibet insti
gat. vt hoiem ad imaginez dei cõ
ditũ polluat. Vnde ⁊ dñs enume
ratis cogitacõibus malis subiun
xit. Hec sũt que coinquinãt homi
nem. non lotis aũt manib⁹ man
ducare non coinquinãt hominez
Sꝫ pharisei iuxta litteram cuncta
accipientes. ⁊ spũalia ꝓphetarũ
verba spũaliter intelligere nolẽ
tes. quecũq̃ꝫ illi de cordis simul ⁊
corporis mũdicia precipiebant
dicẽtes. Lauamini mundi estote
Et alibi. Mũdamini qui fertis va
sa dñi Hec isti in sola corpoꝝ mũ
ditate seruãda credebãt. Sed fru
stra man⁹ abluebãt. frustra bap
tisabant̃. qui fonte saluatoris ab
lui ↄtemnebant. Sed quid ꝓdest
exterius excandidare cutem. ⁊ in
terius inuidia ⁊ auaricia. ceteris
q̃ꝫ vicijs sordidam gestare mẽtez
Tales ei recte ↄpantur sepulcr̃s
dealbatis q̃ a foris candida vidẽ
tur. interi⁹ vero sordib⁹ et fedo ca
dauere plena sũt Ergo ſm apl̃m

Mundem⁹ nos ab omni inquina
mēto carnis et spirit⁹. satagam⁹
habere mundā animā in corpore
mundo. vt sic pficiam⁹ sanctifica
tionē in timore christi. Cui est ho
nor et gloria in secula seculorum.

Feria quinta Scd̄m lucam

n illo tempore. Sur
gens ih̄s de synagoga introiuit
in domū symonis Et reliq̄. Omeli
am req̄re sabbato post penthecos
tes

Feria sexta Scd̄m iohannē

nillo tēpore venit
ihesus in ciuitatē samaritanoruz
que vocat̄ sychar iuxta predium
quod dedit iacob ioseph filio suo
Erat autē ibi fons iacob. Jhesus
aūt fatigat⁹ ex itinere. sedebat sic
sup fontem. Et reliqua. Omelia le
ctionis eiusdem

X hac lectiōe vera nr̄i re
demptoris quā ex nob᷑ a
pro nobis assumpsit hu
manitas ꝯmendat̄. Cū enī esset
verus filius dei beate summ⁹. a su
me beat⁹. bona cūcta tribuēs nul
lius egens. ꝓpter nos redimēdos
hō fact⁹. ita sese nostre infirmita
ti ꝯtēpauit vt oīa q̄ nostre fragili
tati ꝯuenīūt in se excepto pctō sus
cipet. Deniq̧ is qui panis vite e
rat esuriit. fons iusticie sitiuit. fa
tigatus ē ex itinere q̄ erat via. qui
q̧ lux erat mundi. nostro pmisit
mēbra sopori. Modo nēpe ait euā
gelista Jhesus fatigat⁹ ex itinere
sedebat sic sup fontē Sed videndū
ex quo itinere dn̄s fatigat⁹ dicat̄
Supra legit̄ ꝙ cū audisset ih̄s ꝙ
dixerūt de eo pharisei ꝙ plures di
scipulos facit a baptisat. ꝗ̄uis n̄
baptisaret ſꝫ discipuli ei⁹ reliquit
iudeaz. a abiit iterū in galileā Ve
nit ergo in ciuitatē samaritanorū
que dicit̄ sychar. iuxta predium
q̄d dedit iacob filio suo ioseph v
bi erat fons iacob. Ac deinde fati
gat⁹ ex itinere. Pro nobis ergo a
ex nobis fatigari potuit. qui in se
motu stabilis a statu mobilis sp
fuit. Sedebat sup fontē. vt lassitu
dinis incōmodū releuaret. a pso
nam a dignitatez magistri intede
bat. Sedē nāq̧ magistroꝝ ē. Ve
nit ergo dn̄s in ciuitatē samarita
norū. vt illis q̧ in transitu. doctri
ne sue beneficiū impertiret. Ad pre
diū vero quod dedit iacob filio su
o ioseph. idcirco accessit. vt illuz
se esse ostēderet quē scīs ioseph
presignauerat. quē vero sola lūa
venerant̄. a cui astra oīa famulā
tur. quēq̧ fratres impii iudei. s. in
iusto odio psequebant̄. Sedit su
nitudo pẽsanda est. ꝙ discipuloꝝ
corda ꝛ accendũtur vt querãt. et
differunt ne inueniãt. quaten⁹ in
firmitas animi ipõ suo merorẽ cru
ciata. purgatior ad inueniẽdũ fi
at. ꝛ tanto validi⁹ teneat cũ inue
nerit. q̃to tardius inuenit. qđ que
rebat. Hec sub breuitate frẽs ca
rissimi. de euãgelica lectiõe tñs cur
rimus. nũc restat vt de ipsa tante
solẽnitatis nobilitate aliquid loq̃
mur. Hãc enĩ recte nobilitatẽ so
lẽnitatis dicam⁹. ꝙ solẽnitates
exterãs ãnecedit. Sicut enĩ in sacro
eloq̃o sancta sanctoꝝ vel cantica
cãticoꝝ. pro sui mg̃nitudine dicũ
tur. ita hec festiuitas recte dici pt
solẽnitas solemnitatũ. Ex hac q̃p
pe solẽnitate. exẽplũ nobis resur
rectiõis datũ est. spes celestis prie
apta. ꝛ facta supni regni iam pre
sũptibil gloria. Per hãc electi q̃
q̃uis in tranq̃llitatis sinu. tñ apđ
inferni claustra tenebant. ad pa
disi amena reducti sunt. Qđ ante
passionẽ dixit. in resurrectiõe sua
dñs impleuit. si exaltat⁹ fuero a
terra. õnia trahã ad me. Omnia
etenĩ traxit q̃ de electis suis apud
inferos. nullũ reliquit Oia abstu
lit. vtiq3 electa. Neq3 etenĩ infide
les quosq3. ꝛ pro suis criminib⁹.
eternis suppliciis debitos. ad veniã
dñs resurgẽdo reparauit. sed illos ex
inferni claustris rapuit. quos suos
in fide ꝛ actib⁹ recognouit. Vnde
recte etiam p ozee dicit. Ero mors
tua o mors. ero morsus tu⁹ inferne
Id namq3 qđ occidim⁹. agimus
vt penit⁹ non sit. Ex eo etenim qđ

mordemꝰ. ptem abstrahimꝰ. par
tem relinquimꝰ. Quia ergo in ele
ctis suis funditꝰ occidit mortem.
mors mortis extitit. quia vero ex i
ferno partẽ abstulit. ⁊ parte3 re
liquit nõ occidit funditus. ſ3 mo
mordit infernũ Ait ẽgo. Ero mors
tua o mors. Ac si aperte dicat. quia
in electis meis te funditꝰ perimo.
Ero morsus tuꝰ inferne. quia sub
latis eis te ex pte transfigo. Que
est ẽgo ista solemnitas. que infer
ni claustra destruxit. ⁊ ianuas no
bis regni celestis apuit. Inquira
tur subtilius nomẽ eius. requirat
egregius pdicator. videamꝰ quid
de eius estimacõne denũciet. Ait
enim. Etenim pascha nostrũ immo
latus est xp̄us. Si igitur pascha
xp̄c. pensandũ nobis est. quid de
pascha lex loquit. vt indagemꝰ
subtilius. an de xp̄o dicta videan
tur Moyses quippe ait. Sumẽt de
sanguine agni ac ponẽt sup vtrũ
q3 postem. et in supliminaribꝰ do
morũ in quibus comedent illum.
Et edẽt carnes nocte illa assas ig
ni. ⁊ azimos panes cum lactucis
agrestibus. Nõ comedetis ex eo
crudũ quid. nec coctu3 aqua: sed
assum tantũ igni. Caput cum pe
dibꝰ eius et intestinis vorabitis.
nec remanebit ex eo quicq̃ vsq3 ma
ne. Si quid residuũ fuerit. igni cõ
buretis. Vbi ⁊ addit. Sic autẽ co
medetis illũ. Renes vestros accigẽ
tis. calciamẽta habebitis i pedibꝰ
tenẽtes baculos in manibꝰ. ⁊ co
meditis festinãtes. Que videl3 cũ
cta magnã vobis edificacõnẽ pa

riũt. si fuerint mistica interptatio
ne discussa. Quis nãq3 sit sanguis
agni. non iam audiendo: ſ3 biben
do didicistis. Qui sanguis super
vtrũq3 postem ponitur. quãdo nõ
solum ore corporis. sed etia3 ore cor
dis hauritur. In vtroq3 etenim po
ste agni sanguis est positꝰ. quñdo
sacramẽtum passionis illiꝰ cum
ore ad redemptiõem sumitur. ad
imitacõnem quoq3 intenta mẽte
cogitatur. Nam qui sic redẽptoris
sui sanguinem accipit. vt imitari
passiõem illius necdum velit. in
vno poste sãguinẽ posuit. Qui eti
am in supliminaribꝰ domoru3 po
nẽdus est. Quid enĩ spiritalit do
mos. nisi mentes nostras accipi
mus. in quibꝰ per cogitatiõem in
habitamꝰ. Cuius domꝰ suplimi
nare est ipsa intẽtio. que pminet
actõni. Qui igitur intentiõem co
gitatiõis sue ad imitacõnem pas
sionis dominice dirigit. in suplimia
ri domus agni sanguinẽ ponit.
Vel certe domus nostre ipsa sunt
corpora. in quibꝰ quousq3 viuimꝰ
habitamus. Et in supliminari do
mus agni sanguinem ponimus.
quia crucẽ passionis illius. in frõ
te portamꝰ. De quo adhuc agno
subdit. Et edent carnes nocte illa
assas igni. In nocte quippe agnũ
comedimꝰ. qui in sacramẽto mo
do dominicũ corpus accipimus.
quãdo adhuc ab inuicẽ nostras
cõsciẽtias nõ videmus. que tamẽ
carnes agni assande sũt. quia nimirũ
dissoluit carnes quas aqua coxerit.
quas vero ignis siue aqua excoquit

roborat Carnes quippe agni nostrũ ignis coxit. quia eum ipsa vis passionis illius. ad resurrectionem valẽtiorẽ reddidit. atq; ad incorruptionẽ roborauit. Qui enĩ ex morte conualuit videlz carnes illius ab igne duruerũt Vnde etiã per psalmistã dicit. Exaruit velut testa virtus mea. Quid nãq; est testa ante ignẽ. nisi molle lutũ. Sz ei ex igne addit̃ vt solidet̃ Virtus ergo humanitatis eius velut testa exaruit. quia ab igne passionis ad virtutẽ incorruptionis creuit. Sz sola redemptoris nostri percepta sacramẽta ad verã solemnitatẽ mentis nõ sufficiũt. nisi eis quoq; et bona opa iungãtur Quid enĩ prodest corpus et sanguinem illius ore percipere. et ei peruersis moribus cõtraire. Vnde bene adhuc ad comedẽdum subditur. Et azimos panes cũ lactucis agrestibus. Panes quippe sine fermẽto comedit. qui recta opa sine corruptiõe vane glorie exercet. qui mandata misericordie. sine admixtiõe peccati exhibz. ne peruerse diripiat qd quasi recte dispẽsat. Hoc quoq; peccati fermẽtuz bone sue actiõi miscuerãt. quibus prophete voce per increpatiõez dñs dicebat Venite ad bethel et impie agite Atq; post pauca Et sacrificate de fermẽtato laudẽ De fermẽtato nãq; laudẽ immolat qui deo sacrificiũ de rapina parat. Lactuce vero agrestes. valde amare sunt Carnes ergo agni. cum lactucis agrestibus sunt edẽde. vt cũ corpus redẽptoris accipimus. nos pro peccatis nostris in fletibus affligamus quatenus ipsa amaritudo penitẽtie abstergat a mẽtis stomacho peruerse humorẽ vite Vbi et subditur. Non comedetis ex eo crudũ quid nec coctũ aqua. Ecce iaz nos ipsa verba hystorie ab intellectu hystorico expellũt. Nũquid fratres carissimi. israhelitic(us) ille populus in egipto constitutus. comedere agnũ crudũ consueueãt. vt ei lex dicat. nõ comedetis ex eo crudũ quid. Vbi et additur. Neq; coctũ aqua. Sed quid aqua. nisi humanã scientiã designat. iuxta hoc qd per salomonẽ sub hereticorũ voce dicit. aque furtiue dulciores sũt. Quid crude agni carnes. nisi inconsideratã ac sine reuerẽtia cogitationis relictã illius humanitatẽ significãt. Omne enim qd subtiliter cogitamus. quasi mẽte coquimus Sz agni caro nec cruda edẽda est. nec aqua cocta. quia redẽptor noster. nec purus homo estimandus est. neq; per hũanã sapiẽtiã qualiter deus incarnari potuit cogitandũ. Ois enĩ qui redẽptorem nostruz purũ hoiem credit quid iste aliud. quam agni carnes crudas comedit. quas videlz coquere per diuinitatis eius intelligẽtiã noluit. Omnis vero qui incarnationis eius misteria iuxta humanã sapientiam discutere conatur. carnes agni aqua vult coquere. idest dispẽsationis eius misteriũ per dissolutã vult sciẽtiã penetrare. Qui ergo paschalis gaudij solemnitatẽ celebrare desiderãt. agnũ sine aqua coquat. nec crudũ comedat. vt neq; per humanã sapientiam. profunditatẽ

icarnacōis illiꝰ penetrare appetat
neqꝫ in eū tanꝗ̄ in hoiem puꝝ cre
dat. ſꝫ aſſas igni carnes ꝯmedat.
vt diſpēſare omnia ꝑ ſancti ſpūs
potētiaꝫ ſciat. De quo adhuc ſub
iūgitur. Caput cum pedibꝰ ⁊ inte
ſtinis vorabitis. quia redēptor no
ſter eſt alpha ⁊ o. deꝰ videlꝫ ante
ſecula. ⁊ homo in fine ſeculoꝝ. Si
cut iam p̄diximus frēs. paulo at
teſtāte didicimꝰ. quia caput xp̄i
deus. Caput ergo agni vorare eſt. di
uinitatē illius fide ꝑcipere. Pedes
vero agni vorāre eſt. veſtigia hūa
nitatis eiꝰ amando ⁊ imitādo per
q̄rere. Quid vero ſūt inteſtina. niſi
verboꝝ illiꝰ occulta ⁊ miſtica mā
data. Que tūc voramus. cum ver
ba vite cum auiditate ſumimꝰ. In
quo deuoracōis verbo. quid aliud
ꝗ̄ pigricie noſtre torpor r̄pnreben
dit. qui eiꝰ verba atqꝫ miſteria. ⁊
ꝑ noſmetipōs non requirimꝰ. et
dicta ab alijs audimꝰ inuiti. Nō
remanebit ex eo quicꝗ̄ vſqꝫ ma
ne. quia eiꝰ dicta. ſunt magna ſol
licitudine diſcutiēda. quatenꝰ pri
uſꝗ̄ dies reſurrectōnis appareat.
in hac p̄ſentis vite nocte. ōnia il
lius mādata. intelligēdo ⁊ operan
do penetrētur. Sed quia valde eſt
difficile. vt omne ſacruꝫ eloquiū
poſſit intelligi. ⁊ omne eiꝰ miſteri
um penetrari. recte ſubiūgitur. Si
quid autē remāſerit. igni cōbure
tis. Qđ ex agno remanet. igni cō
burimꝰ. qn̄do hoc qđ de miſterio
incar nacōis eiꝰ intelligere ⁊ pene
trare nō poſſumꝰ. poteſtati ſancti
ſpūs hūiliter reſeruamꝰ. vt non

ſuperbe quis audeat vel ꝯtēnere vel
denūciare qđ non intelligit. ſꝫ hoc
igni tradat. cū ſpiritui ſācto reſer
uat. Quia igit̄ qualiter edēduꝫ ſit
paſcha ꝯgnouimꝰ. nunc a quali
bus edi debeat. agnoſcamꝰ. Seq̄
tur. Sic aūt comedetis illū. Renes
veſtros accīgetis. Quid in renib
niſi delectatio carnis accipit̄. Vn̄
⁊ pſ̄ poſtulat dicens. Vre renes
meos. Si eniꝫ voluptatē libidinis
in renibꝰ eſſe neſciret. eos vri mini
me petiſſet. Vn̄ quia poteſtas dy
aboli in hūano genē maxime ꝑ
luxuriā preualuit. de illo voce dn̄i
ca dicit̄. Poteſtas eiꝰ in lumbis
eiꝰ. Qui ergo paſcha comedit. ha
bere renes accinctos debet. vt q̄ ſo
lemnitatē reſurrectōis atqꝫ incor
rupcōis agit. corrupcōni iam ꝑui
cia nulla ſubiaceat. voluptates
edomet. carnē a luxuria reſtrigat
Neqꝫ enī cognouit q̄ ſit ſolēnitas
incorruptionis. q̄ adhuc ꝑ incōti
nentiā. corruptioni ſubiacet. Hec
q̄buſdā dura ſunt. ſꝫ anguſta por
ta eſt. q̄ ducit ad vitā. Et habemꝰ
iam multa exempla cōtinētium.
Vnde bene ⁊ adhuc ſubdit̄. Cal
ciamēta habebitis in pedibꝰ. Quid
ſunt enī pedes noſtri niſi opa. q̄d
vero calciamēta. niſi pelles mortuo
rū animaliū. Calciamēta aūt pe
des muniūt. Que vero ſūt mortua
animalia. ex quoꝝ pellibꝰ noſtri
muniātur pedes. niſi antiq̄ p̄res q̄
nos ad eternā patriā p̄ceſſerūt.
Quorūdā exēpla ꝯſpicimꝰ. noſtri
opis pedes munimꝰ. Calciamēta er
go in pedibꝰ habere eſt. mortuorū

vitā conspicere. ꝛ nostra vestigia
a peccati vulnere custodire. Tenē
tes baculos in manib9. Quid lex
ꝑ baculos. nisi pastoralem custo
diā designat. Et notādum. ꝙ pri
us ꝑcipimur renes accingere. p9
modū baculos tenere. quia illi de
bent curam pastoralez suscipere.
qui iam in suo corpore sciūt fluxa
luxurie domare. vt dum alijs for
tia predicāt. ipsi desiderijs molli
bus eneruati nō succumbāt Bene
autem subditur. Et comederis fe
stinātes. Notate carissimi fratres
notate. qd dicitur festinātes. Mā
data dei. misteria redēptoris. celes
tis patrie gaudia cum festinatio
ne cognoscite. ꝛ ꝑcepta vite cum
festinacōne implere curate. Quia
enī adhuc hodie licet bene agere
scim9: vtrū cras liceat ignoram9
Festinātes ergo pascha comedi
te. idest ad solemnitatē patrie ce
lestis anhelate. Nemo in hui9 vi
te itinere torpeat. ne in patria lo
cum ꝑdat. Nemo moras ad appe
tenda studia innectat. sed cepta
ꝑficiat. ne minime liceat implere
qd inchoat. Si ad amorem dei pi
gri nō sumus. adiuuat ipse quem
amam9 ihesus cristus domin9 no
ster. qui viuit ꝛ regnat cū deo pa
tre. in vnitate spūssancti de9. p om
nia secula seculoꝝ Amen

In octaua pasche
Scdm Johānem.

In illo tēpore. Cū es

set sero die illa vna sabbatorū. ꝛ
fores eēnt clause vbi erāt discipu
li cōgregati proptē metuz iudeoꝝ
venit ihesus ꝛ stetit in medio eoꝝ
ꝛ dicit eis. Pax vobis. Et reliqua

Omel beati Gregorij ppe.

Rima lectōnis hui9 euan
gelice qstio animuz pul
sat quomodo post resurre
ctionem corpus dominicū verum
fuit. qd clausis ianuis ad discipu
los ingredi potuit. Sed sciēdum
nobis est. ꝙ diuina operatio. si
racione cōprehēditur nō est am
mirabilis. nec fides habet meritū
cui humana ratio ꝑbet expimē
tum. Sed hec ipsa redemptoris no
stri opera que ex semetipsis cōp
hēdi nequaꝗ possunt. ex alia ei9
operacōne pēsanda sunt. vt reb9
mirabilibus fidem prebeāt facta
mirabiliora. Illud enī corpus do
mini intrauit ad discipulos ianu
is clausis. qd videlicet ad huma
nos oculos. per natiuitatē suam
clauso exijt vtero vgīnis. Quid er
go mirum. si clausis ianuis post
resurrectōem suam in eternū iam
victurus intrauit. qui moriturus
veniēs nō aperto virginis vtero
exiuit. Sz quia ad illud corp9 qd
videri poterat. fides intuētium du
bitabat. ondit eis protin9 man9
ꝛ latus. palpādam carnem. quā
clausis ianuis introduxit. Qua in
re duo mira ꝛ iuxta humanā raci
onem sibi valde cōtraria ostēdit.
dum post resurrectōnem corp9 su
um ꝛ incorruptibile. ꝛ tamē pal
pabile demonstrauit. Nam ꝛ cor
rumpi necesse est. qd palpatur.
ꝛ palpari non potest. quod non

corrūpitur. Sꝫ miro modo atqꝫ in
estimabili. redēptor noster ⁊ icor
ruptibile post resurrectōnē. ⁊ pal
pabile corpus exhibuit. vt mon
strādo incorruptibile inmútaēt ad
premiū prebendo palpabile. for
maret ad fidē. Et incorruptibilē se
ergo ⁊ palpabilē demōstrauit vt
ꝑfecto esse post r̄surrectōem ostē
deret corpꝰ suum ⁊ eiusdē nature.
et alteriꝰ glorie. dicit eis. Pax vo
bis. Sicut misit me pater. et ego
mitto vos. idest sicut misit me pa
ter deꝰ deū. ⁊ ego mitto vos homo
hoīes. Pater filiū misit quē hunc
pro redēptione generis humani
incarnari cōstituit. Quē videlicet
in mundo venire ad passiōem vo
luit. ꝫ tamē amauit filiuꝫ. quē ad
passiōem misit. Electos vero apos
tolos dn̄s non ad mūdi gaudia
ꝫ sicut ipse missus est ad passio
nes in mūdum mittit. Quia ego ⁊
filiꝰ amatur a patre. ⁊ tamen ad
passiōem mittitur. ita ⁊ discipuli
amātur a dn̄o. qui tamen ad pas
sioneꝫ mittūtur in mūdo Itaqꝫ di
citur. Sicut misit me pater ⁊ ego
mitto vos. idest ea caritate vos di
ligo. cum inter scādala ꝑsecutorū
mitto. qua me caritate pater dili
git. quē venīe ad tolerādas passi
ones fecit. Quis mitti etiā iuxta
naturā diuinitatis possit ītelligi.
Eo enī ipso a patre filiꝰ mitti dici
tur. quo a p̄re generat̄ Nam san
ctū spūm. qui cum sit equalis p̄ri
⁊ filio. nō tamen incarnatꝰ est. is
dem se filiꝰ mittere ꝓhibet dicēs.
Cū venerit paraclitus. quē ego mit
tam a p̄re. Si enī mitti solūmodo
incarnari deberet intelligi. sanctꝰ
proculdubio spiritꝰ nullo mō di
ceret̄ mitti. qui nequaꝗ̄ incarna
tus est. Sꝫ eiꝰ missio. ipsa ꝓcessio
est. qua de patre ꝓcedit ⁊ filio. Si
cut itaqꝫ spūs mitti dicitur. quia
procedit. ita ⁊ filiꝰ non incongrue
mitti dicitur. quia generat̄. Hoc
cū dixisset. insufflauit ⁊ dicit eis.
Accipite spiritū sanctū. Querendū
nobis est. quid est ꝙ spiritū san
ctuꝫ dominꝰ noster. ⁊ semel dedit
in terra cōsistēs. ⁊ semel celo pre
sidens. Neqꝫ enim alio in loco da
tus spiritussanctꝰ aperte mōstra
tur. nisi nūc cum per insufflacōem
precipitur ⁊ postmodū cum de ce
lo veniēs. in linguis varijs demō
stratur Cur ego prius in terra di
scipulis datur. postmodū de celo
mittitur. nisi ꝙ duo sunt p̄cepta
caritatis. dilectō videlicet dei. ⁊ di
lectō proximi. In terra datur spi
ritus vt diligatur proximꝰ: e celo
datur spiritꝰ. vt diligatur deus.
Sicut ergo vna est caritas. ⁊ duo
p̄cepta. ita vnꝰ spiritus ⁊ duo da
ta. priꝰ a cōsistente domino in ter
ra. postmodū e celo. quia in proxi
mi amore discit̄. qualiter peruenīri
debeat ad amorē dei Vnde idem io
hānes dicit. Qui nō diligit frēm
suum quē videt. deum quem nō vi
det. quomodo potest diligere. Et
ante quideꝫ discipulorū mentibꝰ
isdem spiritussanctꝰ inerat ad fi
dem. sed tamē manifesta datōne
nō nisi post resurrectōem datꝰ est
Vnde ⁊ scriptuꝫ est. Nōdum erat

spiritꝰ datus quia ihesus nō dū
fuerat glorificatus. Vnde etiam
per moysen dicitur. Suxerūt mel
de petra. ꝛ oleū de firma petra. Nec
ꝙ enim quicq̃ꝫ tale iuxta hystori
am legitur. si tota testamēti vete
ris series recēseatur nusq̃ꝫ de petra
mel. nusq̃ꝫ oleum ille populꝰ suxit
Sed quia iuxta pauli vocē. petra
erat cristus. mel de petra suxerūt.
qui eiusdem redēptoris nostri fa
cta ꝛ miracula viderūt. oleum vero
de firma petra suxerūt. quia effusi
one sancti spiritꝰ. post resurrectio
nem suā vngi meruerūt. Quasi er
go in firma petra mel dedit. quādo
adhuc mortalis dominꝰ. miracu
loꝝ suorum dulcedinē discipulis
ostēdit. sed firma petra oleum fu
dit. quia post resurrectōem suam
factꝰ iam impassibilis. ꝑ afflatio
nem spiritꝰ. donū sancte vnctiōis
emanauit. De hoc oleo ꝑ prophe
tam dicitur. Cōputrescet iuguꝫ a
facie olei. Sub iugo quippe teneba
mur demoniace dn̄atiōis. sed vn
cti sumꝰ oleo spiritussancti. Et q̃
nos gratia libertatis vnxit. demo
niace dn̄ationis iugum putruit.
paulo attestāte qui ait. Vbi spi
ritus domini. ibi libertas. Sciēdū
vero est. ꝙ hij qui spiritū sanctū
prius habuerūt. vt ꝛ ipsi innocē
ter viuerent. ꝛ in predicatiōe qui
busdam prodessent. idcirco hūc
post resurrectōnem domini patē
ter acceperūt. vt prodesse nō pau
cis. sed pluribus possent. Vnde
ꝛ in hac ipsa datōne spiritus di
citur. Quorum remiseritis peccata

remittūtur eis. ꝛ quorum retinue
ritis retēta sunt. Libet intueri. ad
tāta onera humilitatis vocati. ad
quātum culmen glorie sint perdu
cti. Ecce non solum de semetipsis
securi fiunt. sed etiam aliene obli
gatōnis potestatem ꝛ relaxatio
nis accipiūt. principatum super
ni iudicis sortiunt. vt vice dei qui
busdam peccata retineāt. quibus
dam relaxēt. Sic sic eos a deo dece
bat erigi. qui tantū pro deo cōsen
serāt humiliari. Ecce qui districtū
dei iudicium metuūt. animarum
iudices fiūt. ꝛ alios damnāt vel
liberant. qui semetipōs damnari
metuebāt. Horum profecto nunc
in ecclesia episcopi locum tenent.
soluēdi ac ligandi auctoritatem
suscipiūt. qui gradum rēgiminis
sortiūtur. Grandis honor: sed gra
ue pōdus istius est honoris. Du
rum quippe est vt qui nesciat tene
re moderamine vite sue. iudex fiat
vite aliene. Et plerumq̃ꝫ cōtingit
vt hunc iudicij locus teneat. cui
ad locum vita minime cōcordat.
ac sepe agit. vt vel damnet imme
ritos. vel alios ipse ligatꝰ soluat
sepe in soluēdis subditis ac ligan
dis sue volūtatis motus. non au
tem causarū merita sequatur. Vn
de fit. vt ipsa hac ligādi ac soluē
di potestate se priuet q̃ hanc pro
suis volūtatibus. ꝛ nō pro subie
ctorum moribus exercet. Sepe fit
vt ēga quemlibꝫ proximū odio
vel gratia moueatur pastor. Iudi
care aūt digne de subditis neque
unt. q̃ in subditoꝝ causis. sua vel

odia vel gratiam sequūtur Vnde
recte p prophetam dicitur Mortifi
cabāt animas que nō moriūtur.
& viuificabāt animas que nō vi
uūt. Non moriētem quippe morti
ficat. qui iustū damnat. & non vi
cturū viuificare nititur. qui reum
a supplicio absoluere conat᷑. Cau
se ergo pēsande sunt. & tunc ligan
di atq̄ soluēdi potestas exercen
da. videdum que culpa. aut que
sit penitētia secuta post culpaz. vt
quos omnipotēs deus per cōpun
ctionis gratiā visitat. illos pasto
ris sentētia absoluat. Tūc enim
vera est absolutio presidētis. cuz
interni arbitriū sequitur iudicis
Qd bene quatriduani mortui resu
scitatio illa significat. que videli
cet demōstrat. quia prius mortu
um domin⁹ vocauit & viuificauit di
cens. lazare veni foras. & postmo
dum is qui viuēs egressus fuerat
a discipulis est solut⁹ sicut scrip
tum est. Cūq̄ egressus esset qui
fuerat ligat⁹ institis. tūc dixit dis
cipulis. Soluite eū & sinite abire.
Ecce illum discipuli iam viuentē
soluūt. quem magister resuscita
uerat mortuū. Si enī discipuli la
zarum mortuū soluerent. fetorem
magis ostēderent q̄ virtutem. Ex
qua cōsideratione intuēdum est.
q̄ illos non debem⁹ per pastora
lem auctoritatē soluere. quos au
ctorem nostrū cognoscim⁹ p resu
scitantē gratiā viuificare. Que ni
mirū viuificatio. ante operacōem
rectitudinis. in ipsa iam cognosci
tur cōfessione peccati Vnde & hinc

ipsi mortuo lazaro. nequaq̄ dicit
reuiuisce. sed veni foras. Omnis
quippe peccator. dum culpā suaz
intra cōscientiaz abscōdit. intror
sus latet in suis penetralib⁹ occul
tatur. Sed mortu⁹ venit foras. cū
peccator neq̄cias suas sponte con
fitetur. Lazaro ergo dicitur veni
foras. ac si apte cuilibet mortuo
in culpa diceret᷑. Cur reatū tuum
intra cōsciētiā abscondis. Foras
iam p cōfessionem egredere. qui
apud te interius p negociationē
lates Veniat itaq̄ foras mortu⁹.
idest culpam cōfiteātur peccator
venientem vero foras soluāt disci
puli. vt pastores ecclesie ei penaz
debeāt admouē quā meruit. qui
non erubuit cōfiteri qd fecit Hec
de solucōnis ordine breuiter dixe
rim. vt sub magno moderamine
pastores ecclesie vel soluere stude
ant vel ligare. Sed vtrū iuste vel
iniuste obliget pastor. pastoris
tamen sentētia gregi timēda est.
ne is qui sub est. & cum iuste for
sitan ligatur. ip̄am obligacōnis
sue sentētiam. ex alia culpa mere
at᷑ Pastor ēgo vel absoluere indi
screte timeat. vel ligaē. is autem
qui sub manu pastoris est ligari
timeat. vel iniuste. nec pastoris
sui iudiciū temere rep̄hendat. ne
& si iniuste ligatus est. ex ip̄a tu
mide rep̄hensionis sup̄bia. culpa
que nō erat fiat. Sz quia hec bre
uiter p excessum diximus. ad ex
posicōnis ordinem reuertamur.
Thomas autē vnus ex duodecī
qui dicitur didim⁹. non erat cum

eis quādo venit ihesus. Iste vnus
discipulus defuit. reuersus qđ ge
stuz est audiuit audita credere re
nuit. Venit iterum dominꝰ. ⁊ non
credenti discipulo latus palpādū
p̄buit. manꝰ ostendit. ⁊ ostēsa su
orum cicatrice vulnerū. infidelita
tis illiꝰ vulnꝰ sanauit. Quid frēs
carissimi. quid inter hec animad
uertitis. Nūquid casu gestū cre
ditis. vt electꝰ ille discipulus tūc
deesset. post autē veniēs audiret.
audiens dubitaret. dubitās pal
paret. palpās crederet. Non hoc
casu. ſʒ diuina dispēsatione gestū
est. Egit nāqʒ miro modo superna
clemētia. vt discipulꝰ dubitans.
dum in magistro suo vulneā pal
paēt carnis. in nobis vulnera sa
naret īfidelitatis. Plus enī nobis
thome infidelitas ad fidē. ꝙ fides
credētium discipulorū profuit. ꝗ
dum ille ad fidē palpādo reducit
nostra mēs omni dubitatiōe post
posita. in fide solidat. Sic quippe
discipulū post resurrectōnem suā
dubitaē permisit. nec tamē in du
bitatiōe deseruit. sicut ante natiui
tatē suam. habere mariā sponsū
voluit. qui tamē ad eius nuptias
nō peruenit. Nam ita factus est dis
cipulus dubitans et palpās. te
stis vere resurrectōis. sicut spōsus
matris. fuerat custos integerrime
virginitatis. Palpauit autē ⁊ ex
clamauit. dominꝰ meus ⁊ deꝰ me
us. Dicit ei ih̄s. Quia vidisti me
credidisti. Cum paulꝰ dicat apo
stolus. est autē fides sperādarum
substātia rerū argumentum nō ap
parentiū profecto liquet. ꝙ fides
illarū rerum argumentū est. que
apparere nō possunt. Que etenim
apparēt. iam fidē nō habent. sed
agnitiōem. Dū ergo vidit thomas
dū palpauit cur ei dicitur. quia
vidisti me credidisti. Sed aliud
vidit. aliud credidit. A mortali ꝗp
pe homine. diuinitas videri nō po
tuit. Hominē igitur vidit. ⁊ deum
cōfessus dicit. dominꝰ meus ⁊ de
us meus. Videndo igitur credidit.
qui cōsiderando verū hominē. hūc
deum quē videre nō poterat excla
mauit. Letificat valde qđ sequit̄.
Beati qui nō viderūt ⁊ crediderūt.
In qua nimirū sententia nos spe
cialiter signati sumꝰ. qui eū quē
carne nō vidimꝰ. mente retinemꝰ
Nos signati sumꝰ. sed si fidem no
stram operibꝰ sequimur. Ille ete
nim vere credit. qui exercet operā
do quod credit. Quo cōtra de hijs
qui fidē nomine tenꝰ retinent pau
lus dicit. Confitentur se nosse deū.
factis autem negāt. Hinc iacobꝰ
ait. Fides sine operibus. mortua
est. Hinc ad beatū iob de ātiquo
hoste generis humani dominꝰ di
cit. Absorbebit fluuium ⁊ nō mi
rabitur. ⁊ habet fiduciam ꝙ in
fluat iordanis in os eius. Quis
enim est per fluuiū designatus.
nisi humani generis fluxus. Qđ vi
delicʒ genꝰ ab ortu ad finē defluit
⁊ quasi aque more vsqʒ ad cōpe
tentē terminū ex carnis liquore
percurrit. Quid per iordanem. nisi
baptisatorū forma signat̄. Quia
enī in iordane flumine. ipse auctor

redẽptionis nostre baptisari dig-
natus est. recte iordanis nomie.
eoꝝ multitudo exprimitur. qui in
tra sacramẽtum baptismatis cõ
tinentur. Antiqu9 ergo hostis ge
neris humani fluuiũ absorbuit
quia a mũdi origie. vsq; ad redẽp
toris aduẽtu3. vix paucis electis
euadentibus. in ventrem sue ma
licie genus humanum traxit.
De quo recte dicitur. Absorbebit
fluuiũ ⁊ non mirabitur. quia pro
magno nõ habet. cu3 infideles ra
pit Sed graue est valde q᷑ subdi
tur. Et habet fiducia3. q̄ influat
iordanis in os eius. quia postq̄ in
fideles quosq; a mũdi origine ra
puit. adhuc se posse decipere. etiã
fideles p̄sumit. Nam ore pestifere
psuasionis eos quotidie deuorat
in quib9 a confessione fidei repro
ba vita discordat. Hoc ergo fra
tres carissimi. tota intencõne per
timescite. hoc apud vos sollicita
mente cogitate. Ecce paschalia so
lemnia agimus. Sed ita viuẽdũ
nobis est. vt peruenire ad eterna
festa mereamur. Transeũt cuncta
que temporaliter festiua celebrã
tur. Curate qui hijs solemnitati
bus interestis. ne ab eterna solem
nitate separemini. Quid prodest
interesse festis hominu3. si deesse
cõtingat festis angelorum. Vm
bra venture solẽnitatis. est solem
nitas presens. Idcirco hanc agi
mus ãnue. vt ad illam que non
est ãnua. sed cõtinua perducamur
Cum hec statuto tempore geritur.
ad illius desiderium memoria no
stra recalescat. Frequẽtatione ẽgo
gaudij tẽporalis. ad eterna gau
dia mens incalescat ⁊ ferueat. vt
ex veritate leticie perfruatur in pa
tria. q᷑ de vmbra gaudij medita
tur in via. Vita3 igitur vestrã fra
tres moresq; componite. is qui in
tis surrexit a morte. q̄ districtus in
iudicio veniat preuidete. Certe in
die tremẽdi examinis sui cũ ange
lis ⁊ archangelis cum thronis ⁊
dominacõnibus. cum principati
bus ⁊ potestatib9 apparebit. celis
ac terris ardẽtibus. cunctis videli
cet elemẽtis in sui obsequij terrore
cõmotis. Hũc ergo tanti pauoris
iudicem ante oculos ponite. hũc
venturuꝝ timete. vt hũc cum venerit
nõ timidi. s; securi videatis. Timẽ
dus ergo est ne timeatur. Terror
eius nos ad visum bone operatio
nis exerceat. metus illi9 vitam no
stram a prauitate cõpescat. Mihi
fratres credite. quia tanto tũc eri
mus securi de eius sentẽtia. quãto
nunc satagimus suspecti de culpa
Certe si aliquis vestrũ. cu3 suo ad
uersario causa3 dicturus in medio
iudicio die crastina esset exhibẽ
dus. totam fortasse noctẽ insom
nem duceret. q̃d sibi dici posset.
quid obiectõnib9 respõderet. secũ
sollicita ⁊ estuãti mente versaret.
ne me inueniret asperũ. vehemen
ter metueret. ne apud me appare
ret noxi9 formidaret. Et quis ego
aut quid ego. Nimiruꝝ non longe
post. futurus post hominẽ vermis
atq; post vermẽ puluis. Si ergo
tãta cura pertimescitur iudicium

pulueris. qua intentiōe cogitan
dū est. qua formidine prouidēdū
tante iudicium maiestatis. Sed
quia sunt nōnulli. ꝗ de resurrectiō
ne carnis incerti sunt. ⁊ tūc rectius
docemus. si etiam cordiū vestrorū
questionibꝰ occultis occurrimꝰ.
pauca nobis de ipa resurrectiōis
fide loquēda sunt Multi etenim si
cut ⁊ nos aliquādo fuimus. dum
carnē in putredinē. ossaqꝫ in pul
uerem redigi ꝑ sepulchra cōspici
unt. reparari ex puluere carnē et
ossa diffidūt. sicqꝫ apud se quasi
raciocinātes dicūt. Quādo homo
ex puluere reducitur. Quādo agi
tur. vt cinis animetur. Quibus
breuiter respōdemus. quia longe
minꝰ est deo reparare qd fuit. quā
creasse qd non fuit. Aut quid mi
rum. si hominē ex puluere refecit.
qui simul oīa ex nihilo creauit.
Mirabiliꝰ namqꝫ est celum ⁊ ter
ram. ex nullis existētibus condi
disse. ꝙ ipsum hominē ex terra re
parare. Sed cinis accēditur. ⁊ in
carnem redire posse desperatur. ⁊
diuine operacōis virtus cōprehen
di. quasi ex racōne queritur. Qui
scilicet hec idcirco in suis cogitati
onibus dicūt. quia eis quotidia
na dei miracula. ex assiduitate vi
luerūt. Nā ecce in vno grano par
uissimi seminis. latet tota que na
scitura est arboris moles. Consti
tuamus namqꝫ ante oclos cuius
libet arboris miram magnitudinē
cogitemꝰ vnde oriendo cepit. que
tantam molem crescēdo peruenit.
Inuenimus procul dubio eius ori
ginem paruissimū semen. Cōside
remꝰ nunc. vbi in illo paruo semi
nis grano latet fortitudo ligni. as
peritas corticis. saporis odorisqꝫ
magnitudo. vbertas fructuū. viri
ditas foliorū. Contrectatū namqꝫ
seminis granū non est validum.
vnde processit ligni duricia. Non
est asperū. vnde aspeitas corticis
erupit. Nō est saporum. vnde sa
por in fructibꝰ. Olfactum nil redo
let. vnde odor in fructibꝰ fraglat.
Nil in se viride ostēdit. vnde folio
rum viriditas exiuit. Cūcta ergo
in semine simul latent. que tamē
non simul ex semine prodeūt. Ex
seminē quippe producitur radix.
ex radice prodit virgultū. ex vir
gulto oritur fructus. in fructu eti
am producitur semē. Addamus
ergo. quia ⁊ semē latet in semine
Quid ēgo mirum. si ossa. neruos.
carnem. capillosqꝫ reducāt ex pul
uere. qui lignū. fructus. folia. in
magna mole arboris. ex paruo quo
tidie semine restaurat. Cum ēgo
dubitans animꝰ de resurrectiōis
potētia racōnem querit earum re
rum ei questiones inferēde sunt.
ꝗ ⁊ incessanter fiūt. ⁊ tamen raci
one comprehendi nequaꝙ possunt
vt dum nō valet ex visione rei pe
netrarē qd conspicit. de promissio
ne diuine potētie credat quod au
dit. Illa ēgo vobiscum fratres ca
rissimi promissa cogitate que per
manēt. que vero cum tēpore tran
seūt. velut iam dimissa despicite.
Ad huius resurrectiōis gloriam
quam in se veritas ostendit. tota

intentiõe festinate. terrena deside
ria que ab auctoꝛe separãt fugite
quia tanto altius ad cõspectũ dei
õnipotẽtis ptingitis. qñto media
toꝛem dei ⁊ hoĩm singulariť ama
tis. qui viuit ⁊ regnat cũ patre in
vnitate spũssancti deus. p õnia se
cula seculoꝝ Amen

Dominica secũda.

Scdm Johãnem

In illo tẽpoꝛe Dixit ihesus discipulis suis Ego sum pa
stoꝛ bon9. Bon9 pastoꝛ. aĩam suã
ponit p ouib9 suis. Et reliq̃. Omel
beati gregoꝛij ppe.

Audistis fratres carissimi
ex lectione euãgelica eru
dicõnem vestrã. audistis
ex lectõne euãgelica piculum no
strũ. Ecce enim is qui nõ ex accidẽ
ti bono. sed essentialiter bon9 est.
dicit. Ego sum pastoꝛ bon9. Atq̃
eiusdẽ bonitatis formã quã nos
imitemur adiũgit dicens. Bon9
pastoꝛ animã suaꝫ ponit pro oui
bus suis. Fecit qd monuit. osten
dit qd iussit. Bonus pastoꝛ pro
ouibus animã posuit. vt in sacra
mẽto nostro. corpus suum ⁊ san
guinem verteret. ⁊ oues quas re
demeãt. carnis sue alimẽto sacia
ret. Ostensa nobis de contemptu
moꝛtis via quã seq̃mur. apposita
ẽ foꝛma cui imp̃mamur. Primũ
nobis est exteriora nostra miseri
coꝛditer ouibus eius impendere.
postremũ vero si necesse sit etiam
moꝛtem nostram pro eisdem oui
bus ministrare. A primo autem
hoc minimo. puenitur ad postre
mũ maius. Sed cum incompara
biliter lõge sit melioꝛ anima qua
viuimus. qñ terrena substãtia.
quã exterius possidemus. qui nõ
dat pro ouibus substãtiam suã.
quãdo pro hijs daturus est ani
mam suam? Et sunt nõnulli. qui
dum plus terrenam substãtiam
qñ oues diligunt. hij merito no
men pastoris perdũt. De quibus
protinus subditur Mercẽnarius
autem ⁊ qui nõ est pastoꝛ. cuius
nõ sunt oues proprie. videt lupũ
veniẽtem. ⁊ dimittit oues ⁊ fugit
Non pastoꝛ: sed mercẽnarius vo
catur. qui non pro amoꝛe intimo
oues dominicas: sed ad tẽpoꝛales
mercedes pascit Mercẽnari9 quip
pe est. qui locũ quippe pastoꝛis te
net. sed lucra animarũ nõ querit
terrenis cõmodis inhiat. honoꝛe
p̃lationis gaudet. tpalib9 lucris
pascit. impensa sibi ab hoĩbus re
uerẽtia letatur Iste sunt enĩ mer
cedes mercẽnarij. vt pro eo ipso
qd in regimĩe laboꝛat. hic qd que
rit inueniat ⁊ ab hereditate gregis
impostez alien9 existat Utrũ vero
pastoꝛ sit an mercẽnarius. cogno
sci veraciter nõ potest. si occasio
necessitatis deest. Trãquillitatis
enĩ tempore plerũq̃ ad gregis cu
stodiã sicut verus pastoꝛ. sic ⁊ mer
cẽnarius stat. Sed lupus veniẽs
indicat. quo quisq̃ animo sup gre
gis custodiã stabat. Lupus enim
sup oues venit. cum quilibet iniu
stus et raptoꝛ. fideles quosq̃ atq̃
humiles opprimit. Sꝫ is qui pastoꝛ

esse videbatur: et non erat. relinquit oues et fugit. quia dum sibi ab eo periculum metuit. resistere eius iniusticie non presumit. Fugit autem. non mutando locum: sed subtrahendo solatium. Fugit quia iniusticiam vidit et tacuit. Fugit quia se sub silencio abscondit. Quibus bene per prophetam dicitur. Non ascendistis ex aduerso neque opposuistis murum pro domo israhel. vt staretis in prelio in die domini. Ex aduerso quippe ascendere est. quibuslibet potestatibus praue agentibus. racionis libera voce contraire. Et in die domini pro domo israhel in prelio stamus. ac murum opponimus si fideles innocentes. contra peruersorum iniusticiam ex iusticie auctoritate vindicamus. Quod quia mercenarius non facit. cum venientem lupum viderit fugit. Sed est alius lupus. qui sine cessatione quotidie non corpora. sed mentes dilaniat. malignus videlicet spiritus qui caulas fidelium insidians circuit. et mortem animarum querit. De quo lupo mox subditur. Et lupus rapit. et dispergit oues. Lupus venit. et mercenarius fugit. quia malignus spiritus. mentes fidelium in temptatione dilaniat et is qui locum pastoris tenet. curam sollicitudinis non habet. Anime pereunt. et ipse de terrenis lucris letatur. Lupus rapit et dispergit oues. cum alium ad luxuriam pertrahit. alium in auariciam accendit. alium in superbiam erigit. alium per iracundiam diuidit. hunc inuidia stimulat. illum fallacia supplantat. Quasi ergo gregem lupus dissipat. cum fidelium populos. dyabolus per temptationes necat. Sed contra hec mercenarius nullo zelo accenditur nullo feruore dilectionis excitatur quia dum sola exteriora commoda requirit. interiora gregis damna negligenter patitur. Unde et mox subiungitur. Mercenarius autem fugit. quia mercenarius est. et non pertinet ad eum de ouibus. Sola ergo causa est. vt mercenarius fugiat quia mercenarius est. Ac si aperte diceretur. Stare in periculo ouium non potest. quia in eo quod ouibus preest. non oues diligit. sed lucrum terrenum querit. Dum enim honorem amplectitur. dum temporalibus commodis letatur opponere se contra periculum trepidat. ne hoc quod diligit amittat. Sed quia redemptor noster culpas ficti pastoris innotuit. iterum formam cui debemus imprimi ostendit dicens. Ego sum pastor bonus. Atque subiungit. Et cognosco oues meas. et cognoscunt me oues mee. Et cognosco oues meas. hoc est diligo. et cognoscunt me oues mee. Ac si aperte dicat. diligentes obsequuntur. Qui enim veritatem non diligit. adhuc minime cognouit. Quia ergo audistis fratres periculum nostrum. pensate in verbis dominicis etiam periculum vestrum. Videte si oues eius estis. videte si eum cognoscatis. videte si lumen veritatis scitis. Scitis autem dico. non per fidem: sed per amorem. Scitis dico. non ex credulitate sed ex operatione. Nam idem ipse qui hec loquitur. iohannes euangelista

testat͏ dicēs. Qui dicit se nosse deū ⁊ mādata ei⁹ nō custodit. mēdax est. Vn̄ ⁊ in hoc loco ꝓtinus dn̄s subdit Sicut nouit me pat͏. ⁊ ego agnosco p͞rem. ⁊ animā meā po no ꝓ ouib⁹ meis Ac si apte dicat. In hoc cōstat. q͛ ⁊ ꝯgnosco p͞rem ⁊ ꝯgnoscor a p͞re. quia aīam me am pono ꝓ ouib⁹ meis. id est ea caritate qua pro ouib⁹ morior. q̄ tum p͞rem diligam ondo. Quia ve ro nō solum iudeam. ſ; etiam gēti litatem redimere venerat adiūgit dicēs. Et alias oues habeo. q̄ non sunt ex hoc ouili ⁊ illas opꝫ me adducere. ⁊ vocem meā audiēt. ⁊ fiet vnū ouile. ⁊ vnus pastor. Re demptiōem nostrā qui ex gentili popul⁹ venim⁹ domin⁹ aspexerat. cū se adducere ⁊ alias oues dice bat. Hoc quotidie aspicitis frēs fieri. hoc recōsiliatis gentibus. fa ctū hodie videtis. Quasi ex duob⁹ gregib⁹ vnū ouile efficit. q͛ iudai cū ⁊ gentilē populū. in sua fide cō iūgit. paulo attestāte qui ait Ip se est pax nostra. qui fecit vtraq; vnū. Dum enim ad eternā vitam ex vtraq; natiōe simplices eligit ad ouile ꝓpriū oues deducit. De quib⁹ profecto ouib⁹ rursus ait. Oues mee vocē meam audiūt. ⁊ ego ꝯgnosco eās. ⁊ sequūtur me ⁊ ego vitam eternā do eis. De qui bus ⁊ paulo superi⁹ dixit Per me si quis itroierit saluabit͏. ⁊ ingre dietur ⁊ egrediet͏. et pascua inue niet. Ingrediet͏ quippe ad fidem. egredietur vero a fide ad speciē. a credulitate ad cōtemplatōnem.

pascua autē inueniet͏ in eterna re fectōne. Oues ēgo eius pascua in uenient. quia quisquis illū corde simplici sequit͏. eterne viriditatis pabulo nutritur. Que autē sunt istarū ouium pascua. nisi interna gaudia semp virentis paradisi. Pascua namq; electorū sunt. vul tus p̄sens dei. qui dū sine defectu cōspicitur. sine fine mēs vite cibo saciatur In istis pascuis de eterni tatis sacietate leti sunt. q̄ iā laq os voluptuose tēporalitatis eua sert Ibi ymnidici angelorū chori. ibi societas supnorū ciuium. ibi dulcis solēnitas. a pegrina cōmis hui⁹ tristi labore redeūtiū Ibi ꝓui di prophetarū chori. ibi iudex apo stolorū numer⁹. ibi innumerabi liū mrīꝝ victor exercitus. tanto il lic letior. q̄to hic durius afflict⁹. ibi ꝯfessorū constantia p̄mij sui p ceptōe ꝯsolata Ibi fideles viri. q̊s a virilitatis sue labore. voluptas se culi emollire nō potuit. ibi sancte mulieres. que cū seculo ⁊ sexū vice runt. ibi pueri qui hic ānos suos morib⁹ trascenderūt. ibi senes q̊s hic etas debiles reddidit. ⁊ virt⁹ opis nō reliquit. Queram⁹ ergo frēs hec pascua. in quib⁹ cum tan torū ciuiū solemnitate gaudeam⁹ Ipsa nos letantiū festiuitas inui tat. Certe sicuti popul⁹ nūdinas celebraret. si ad alicui⁹ ecclie dedi catiōem denūciata solempnitate cōcurreret festinaremus omēs si mul inueiri. interesse vnusquisq; satagēt. graui se damno afflictū crederet si solēnitatē ꝯmūis leticie

nō videret. Ecce in celestibꝰ. electo
rum ciuiū leticia agitur. vicissim
de se omnes in suo cōuentu gratu
lātur. ⁊ tamē nos ab amore eter
nitatis tepidi. nullo desiderio arde
mus. interesse tante solēnitati nō
querimꝰ. Priuamur gaudijs. et
leti sumus. Accedamus ergo ani
mū fratres. recalescat fides in id
qđ credidit. inardescāt ad supna
nostra desideria. ⁊ sic amare. iam
ire est. Ab interne solemnitatis
gaudio. nulla nos aduersitas re
uocet. quia ⁊ si quis ad locū pro
positum ire desiderāt. eius desideriū
quelibet vie aspitas nō immutat
Nulla nos asperitas blandiēs se
ducat. quia ⁊ stultꝰ viator est. q̄
in itinere. amena prata cōspiciēs
obliuiscit̄ ire q̊ tendebat Toto er
go desiderio. ad supnam patriā
animus anhelet. nil in hoc mūdo
appetat. qđ cōstat quia cicius re
linquat. vt si celestis pastoris ve
raciter oues sumus. in vie delecta
tōne non figimur. eternis pascu
is in peruētione saciemur. Tu.

dominica quarta.
Scđm Johānem.

n illo tēpore Dixit
ihesus discipulis suis. Modicū ⁊
iam nō videbitis me. et iteruz mo
dicum. ⁊ videbitis me. quia vado
ad patrē. Et reliq̄ Omel' venerabi
lis bede p̄sbiteri.

Eta dn̄i ⁊ saluatoris nos
tri promissa fratres caris
simi. leto cordis auditu p
cipere debemꝰ sedulaq̧ intentione
pstitere. quatenꝰ ad hec ptingere
mereamur Quid est enim qđ me
rito letius audiatur. q̄ peruenire
posse ad gaudiū qđ nunq̄ possit
auferri. ¶ Notāduz autem qđ tota
lectionis euangelice series illis
cōuenit. qui eam presentem au
dierūt a domino. pars autem illi
us etiā nobis. qui post passiōem
⁊ resurrectōnem dominicā ad fidē
venimꝰ aptissime congruit Qđ er
go ait. Modicū ⁊ iam non videbi
tis me. ⁊ iteꝝ modicū ⁊ videbitis
me. quia vado ad pr̄em. ad illos
specialiter ptinet. qui eiꝰ discipu
latui p̄dicantis in carne adherere
⁊ pꝰ tristiciā passionis. visa rēsur
rectione ⁊ ascensiōe eius letificari
meruerūt. Naz q̧ hec illa qua tra
debat̄ nocte locutus est. modicū
erat. idest eiusdez noctis ⁊ diei se
quētis tempꝰ. vsq̧ ad horaz qua
illū non videre inciperent Tentꝰ enī
nocte illa a iudeis. ⁊ i crastinū cru
cifixus. cuz sero factū esset. deposi
tus ē de cruce. ⁊ intra septa sepul
chri ab hūanis seclusis obtutibꝰ
Et iterū modicū erat. vsq̧ dum il
lum viderēt. resurrexit enīz a mor
tuis die tercia. ⁊ apparuit eis in mľ
tis argumentis. per dies quadra
ginta Quaē autem modicū esset.
vt nō viderent eum. ⁊ iterum mo
dicum vt viderēt annectit causaz
dicens. Quia vado ad patrem.
Ac si aperte dicat. Ideo post mo
dicum. a vestris aspectibus in mo
numēti claustris abscondor. ⁊ ite
rū post modicū. destructo mortis

imperio, vobis intuētibus apparero qui a tempꝰ ē. vt expleta dispēsa tiones assumpte mortalitatis cum resurrectōis triūpho. iam reuer tar ad patrem. Potest & aliter in telligi qd ait. modicū & iam non videbitis me. & iterū modicum & videbitis me. Modicū quippe tem pus futurū erat. quo eum non vi derēt. illud scilicet triduū quo erat quieturus in monumēto. et iterum modicū erat futurū. quo derent eū. illi videlicet dies qua draginta. in quibꝰ eis post passi onem suā sepius. vsqꝫ ad tempꝰ ascēsionis apparuit. Qd autē sub iūxit. quia vado ad patrem. iuxta hunc sensū. ad illud specialiter re spicit qd premisit. & iterū modi cum & videbitis me. Ac si apte di ceret. Propterea me resuscitatū a mortuis. modico tempe videbitis. quia nō semp in terra corpaliter māsurus. sed p humanitatē quā assumpsi. iam sum ascensurꝰ in ce lum. Hec quidē verba domini vt diximus. illis specialiter qui eius resurrectōnem viderunt cōueniūt Qd vero illis querentibꝰ exponen do subiūgit. amen amen dico vo bis. qꝛ plorabitis & flebitis vos. mūdus autem gaudebit. vos au tem cōtristabimini: sed tristicia vestra vertetur in gaudiū & ipso rum & totius ecclesie statui cōgru it. Plorabāt quippe & flebant ama tores xpi. cum illum cē prehendi ab hostibꝰ ligari. ad cōsilium du ci. damnari. flagellari. derisui ha [illegible]

& sepeliri viderēt. Gaudebāt mun di amatorēs. quos ob infimas co gitacōnes mūdum vocat dominꝰ cū morte turpissima cōdemnarēt illū. qui grauis erāt eis. etiam ad videndum. Contristabātur disci puli. posito i morte domino. sed ag nita eius resurrectōne. tristicia il lorū versa est in gaudiū. visa ascē sionis potētia. iā maiori gaudio subleuati. laudabant dominū vt lucas testatur. Sed & cūctis fideli bus hic sermo domini cōuenit. qui p lacrimas pressurasqꝫ p̄sen tes ad gaudia eterna puenire cō tendūt. Qui merito in p̄senti plo rant. flent & tristes sunt quia nec dum valent videre quem diligūt. quia quādiu sunt in corpe. peregri nari se a sua patria & regno cogno scūt. quia p labores & certamina ad coronā sibi perueniēdum esse nō dubitent. Quorū tristicia ver tetur in gaudiū. cū finito agone vite huiꝰ brauiū vite phennis ac cipiūt de quo dicitur in psalmo Qui seminant in lacrimis. in gau dio metēt. Flentibꝰ autem & cōtri statis fidelibus mūdus gaudet. quia iniē in presentibꝰ qualecūqꝫ gaudiū habent. qui alterius vite vel nulla esse gaudia sperāt. vel se ad hec ptingere posse desperāt Qd tamen specialiter de psecutori bus fidei xpiane potest intelligi. qui cruciatis occisisqꝫ martiribꝰ ad tempus se preualuisse gaude bant. sed non post multū illis in occulto coronatis. ipsi penas p[illegible] [illegible]

eternas. Quibꝰ diuina increpati
one recte dicitur p prophetam. Ec
ce serui mei letabuntur. vos autē
cōfundemini. ecce serui mei exulta
būt in leticia. vos autem clamabi
tis pre dolore cordis vestri. et pre
cōtritione spiritus vlulabitis Se
quit. Mulier cum parit tristiciā
habet. quia venit hora eius. Muli
erem dicit sanctā ecclesiam videli
cet propter fecunditatē bonorum
et quia spiritales deo filios gigne
re vnq̄ nō desinit. De qua et alibi
dicit. Simile est regnū celorum fer
mento. qd acceptum mulier abs
cōdit. p farine sata tria. donec fer
mētaretur totum. Mulier quippe
fermentū accepit. cū ecclesia vim
superne dilectōnis et fidei. domino
largiente cōsecuta est. Abscōdit
hoc et farine sata tria. donec ferm
taretur totū. cum asye. europe. et
affrice partibꝰ. verbum vite mi
nistrauit. donec omēs terrarum
fines regni celestis amore flagrā
rent. Ad huiꝰ mulieris membra
se pertinere signabat. qui recedē
tibus quibusdā a castitate fidei.
tristis aiebat. Filioli mei quos
iterum parturio. donec formetur
cristꝰ in vobis. Ad huius se mem
bra pertinere testātur. qui celesti
bus desiderijs accensi. in conditō
ris sui laude proclamāt. A timore
tuo domine cōcepimus et parturi
uimus. et peperimꝰ spiritum. Hec
mulier cum parit. tristiciā habz
quia venit hora eius. Cum autē
pepererit puerū. iam nō meminit

tus est homo in mūdum. quem
mitū sancta ecclesia. q̄ diu in mū
do spiritaliū virtutum profectibꝰ
insistit. nunq̄ mūdi temptacōni
bus exerceri desistit. ac cū deuicto
laborū certamine. ad palmā per
uenerit. iam nō meminit pressurē
precedētis. propter gaudium per
cepte retribucōnis. Non sunt enī
condigne passiones huius tem
poris ad superuēturam gloriam.
que reuelabitur in nobis. Nō me
minit inquit pssure propter gau
dium. quia natus est homo in mū
dum. Sicut enī mulier nato ī hoc
mūdo homie letat. ita ecclesia na
to in vitam futurā fidelium popu
lo. digna exultacōe repletur. pro
qua eiꝰ natiuitate. multū laborās
et gemēs in presenti quasi pturi
ens dolet Nec nouū debet cuiq̄ vi
deri. si natꝰ dicatur. qui ex hac vi
ta migrauerit. Quomō enim con
suete nasci dicit. cum quis de vte
ro matris procedēs. hanc in lucē
egredit. ita etiā rectissime potest
natꝰ appellari. qui solutꝰ a vincu
lis carnis ad lucē sublimatur et
nā Vnde mos obtinuit ecclesiasti
cus. vt dies beatorū martirū siue
cōfessorum xpi. quibus de seculo
trāsierūt. natales vocitemus. eo
rūq3 solemnia non funebria: sed
natalicia dicātur. Sequit. Domi
nus exponēs ipse paradigma. qd
de muliere exposuit. Et vos igitur
nūc quidem tristiciam habetis.
iterū autem videbo vos. et gaude
bit cor vestrū. et gaudium vestrū

quidē discipulis facile intelligit.
quia tristiciam habuerūt passo
ac sepulto dn̄o. sed factā resur
rectōnis gloria. gauisi sunt viso
domino. et gaudiū eorum nemo
tulit ab eis. quia ꝛ si postmodū
psecucōnes pro xp̄i nomīe ac tor
mēta passi sunt spe tamen resurre
ctōnis ꝛ visionis illius accensi. li
benter queqꝫ aduersa ferebāt. im
mo omne gaudiū existimabant
cum in temptatiōes varias incide
rent. Demiqꝫ cesi a principibus sa
cerdotū. vt scriptū est. ibant gau
dentes a cōspectu concilij. quoniā
digni habiti sunt pro nomīe ihe
su cōtumeliaꝫ pati. Gaudiuꝫ eoꝝ
nemo tulit ab eis. qꝛ talia patiē
do pro cristo meruerūt regnare si
ne fine cum xp̄o. Sed ꝛ omnis ec
clesia p huius vite labores ꝛ āgu
stias. ad eterna celestium tendit
premia gaudiorū attestante apo
stolo. quia per multas tribulati
ones oportet nos introire in reg
num dei. Qd autem ait iteruꝫ vide
bo vos ꝛ gaudebit cor vestrū. vide
bo vos dixit. Eripiā vos ab aduer
sarijs. Coronabo vos victoēs. me
vos decertātes semper vidisse pro
babo. Quādo enim non videret su
os maxime p̄ssuris circūuentos
cum quib9 se ipse omnib9 dieb9
seculi manere p̄misit. Sed in orīe
tibus inter tormēta fidelibus. ar
bitrabātur eos tortores diuino
carere presidio dicētes Vbi est de
us eorum. Vnde quidam ex hijs
circumsept9 erumnis aiebat. Vi
de domīe afflictōnem meam. quo

niam erect9 est inimic9 meus. Qd
est aperte dicere. Quoniam inimi
cus insequēs. ceruicem superbie
cōtra tuos humiles attollit. tuo
nos auxilio cōditor noster omni
potens subleua. deuictis ac repul
sis hostibus. nostros semp ago
nes vidisse. tibi hos placuisse cō
proba. Videt itaqꝫ electos post tri
sticiam domin9. cum eorū patien
tiam. dānato impugnatorē remu
neāt. Potest ꝛ ita intelligi qd ait
iterū autem videbo vos. quasi dice
ret. iterū vobis vidētibus appareo
quomō dixit abrahe. nūc cogno
ui qꝛ timeas dominū. pro eo vt
diceret. nūc cognoscere homies fe
ci. qd timeas deū. qui hactenꝰ ne
sciebant. qd apud me certū sem
per habui. Si ergo fratres carissi
mi. salubri nc tristicia afficimur
si iuxt hortamēta apostoli spe gau
dentes. in tribulacōne existimus
patientes. si nostra errata. si mi
serias proximorū debita lamenta
tione deflemus. videbit nos ite
rum dominus. idest videndum se
nobis ostēdet in futuro. qui quō
dam nos videre fidei sue nobis ag
nicōnem largiendo dignatus est
Videbit vt coronet. qui quōdam
vidit vt vocaret. Videbit ꝛ gaude
bit cor vestrū. ꝛ gaudium vestrū
nemo tollet a vobis. quia hec est
vera et vnica merces eorum. qui
scdm deum cōtristantur. de perpe
tua eius visiōe gaudere. Quā pro
fecto mercedē promisit ipse subli
miter cum ait. Beati mūdo corde.
quoniā ipsi deum videbunt. Quā

desiderābat ardēter propheta cum dicebat. Sitiuit anima mea ad deum viuū. quādo veniam ⁊ appare bo ante faciē dei. Quā se apostolꝰ cum suis similibꝰ accepturuꝫ esse gratulatur. qui certaminū suoruꝫ cōscius cōfidenter protestatur dicens. Videmus nūc per speculum in enigmate tunc autem facie ad faciem Quā nos quoqꝫ ⁊ fideliter querere. ⁊ veraciter apprehendere donet ipse certantiū auxiliatōr. ⁊ vincētium remuneātor ihesus cristus dominus noster. qui viuit ⁊ regnat cum patre in vnitate spiritussancti deꝰ. per ōmia secula seculorū Amen. Tu.

Dominica quarta.
Scdm Johānem

In illo tēpore Dixit ihs discipulis suis. Vado ad euꝫ qui me misit. ⁊ nemo ex vobis interrogat me quo vadis. Sꝫ quia hec locutꝰ sum tristicia ipleuit cor vestꝝ. Et reliqua. Omel venerabilis bede p̄sbiteri.

Sicut ex lectiōe euāgelica fratres audiuimꝰ. dominus ⁊ redemptor noster. imminēte sue passionis articulo discipulis ⁊ gloriā ascensionis. q̄ ipē post mortem ⁊ resurrectiōnem erat clarificādus. ⁊ aduētum spiritussancti. quo illi erāt illustrādi patefecit. quatenus instāte hora passionis eiusdē. minꝰ pro illius morte dolerent quē post mortē ad celos subleuādum nō dubitarēt. minꝰ de sua desolatiōe trepidarēt quos abeūte licet domino. spiritus sancti gratia cōsolandos esse sperarent Vado inquit ad eū qui misit me ⁊ nemo ex vobis interrogat me quo vadis. Ac si aperte dicat. Reuertor ⁊ ascendēdo ad eum q̄ me incarnari constituit. ⁊ tanta tamqꝫ manifesta erit eiusdē ascensionis claritas. vt nemini vestrū opꝰ sit interrogare quo vadā. videntibꝰ cūctis. quia ad celos pgaꝫ. Bene autē cum de ascensione sua dixissꝫ vado ad eum qui me misit. addidit. ⁊ nemo ex vobis interrogat me quo vadis Superius namqꝫ cū de sua passiōe ꝑtestaret̄ dicēs. quo ego vado. vos nō potestis venire. interrogauit eū petrus ⁊ ait. domine quo vadis. respōsumqꝫ est ei. quo ego vado. non potes me modo sequi: sequeris autē postea. qꝛ nimirū passiōis mortisqꝫ eius misteriū. necdum intelligere. necdū poterāt imitari. maiestatem vero ascēsionis. statim vt videre cognouerūt. totisqꝫ animi votis vt sequi mererētur optabāt. Sꝫ quia hec locutꝰ sum vobis tristicia impleuit cor vestꝝ Sciebat dominꝰ ipse quid hec sua verba in discipulorū cordibus agerent. quia videlicet tristiciam magis de abcessu. quo eos desereret. q̄m de ascensu quo p̄iem peteret. leticiā generarent. Vn̄ benigne cōsolando subiunxit. Sed ego veritatē dico vobis. expedit vobis vt ⁊ ego vadā. Expedit vobis vt forma sui. vestris sb̄trahatur aspectibꝰ. q̄tenꝰ amor diuinitatis. arcius vestris infigatur in

mētibus. Expedit vt nō tam vobis
formā celo inferam. quatenus ma
iori per hoc desiderio illuc suspire
tis. sicq₃ suspēsis ad superna cordi
bus vestris. ad accipienda iam
spiritussancti dona capaces fiatis
Si enim nō abiero. paraclitus nō
veniet ad vos. si autē abiero mit
tam eum ad vos. Non quia nō po
terat ipse in terra posit⁹ dare spiri
tum discipulis hec loquitur. cum
apte legatur. quia post resurrecti
onem apparēs eis. insufflauit et
dicit eis. accipite spiritumsanctū
sed quia ipo in terra posito. et cor
poraliter cōuersante cum eis. nō
valebāt illi erigere mentem ad
sciēda munera gratie celestis. as
cendēte autem ipso ad celos. et ip
si pariter om̄e desiderium suum il
lo trāsferrebant. iuxta hoc qd ali
bi audierūt. vbi est thesaurus tu
us. ibi et cor tuuz erit. ideoq₃ capa
ces spiritus iam facti erant. nō vl
Anta ac talis est diuine scripture sublimitas: vt nō solū verba que a sanctis: vel ab ipso dn̄o dicta referuntur sed etiā circūstantia rerum que simpliciter posita videtur spiritualibus sit plena misteriis Ecce enim narrante euangelista fratres carissimi audiuimus quod stabat iohannes et ex discipulis eius duo et respiciens ihesum ambulantē dicit. Ecce agnus dei: statim cognouimus ymmo iam notū ad memoriā reuocamus quare ihesum precursor suus agnū dei vocauerit. quod videlicet eū pre ceteris mortalibus singulariter innocentē. hoc est ab omni peccato mūdum nouit. quod nos sanguine suo redempturus. quod dona sui velleris sponte largiturus. ex quo vestē nobis nuptialem facere possumus. et exempla viuendi nobis relicturū preuidit. quibus in dilectione calefieri deremus. Hoc est ergo testimonium precursoris dn̄i quod sicut facile patet fidelibus citum amoris intimi fomitē audientiū cordibus infundit Sed non est putandū. quod sine certi rōne misterii hoc relaturus euāgelista premiserit stetisse iohannem cum discipulis. ihesum vero ambulasse. et illo vtique ambulasse: vbi sequentibus se discipulis iohannis mansionem in qua habitat ostenderet ceteraque huiusmodi que sequentia lectionis euangelice commemorant: si enucleatius discutiantur: inuenimus celestibus redundaē misteriis. Stabat enim iohannes: et respexit ihesum. quod in magno iam culmine perfectionis cum gressum fixeāt vnde iure celsitudinem diuine maiestatis mereretur intueri. Stabat. quod illam virtutū arcē conscenderat: a qua nullis temptationū posset improbitatibus deiici. Stabant cum illo et discipuli quod magisterium eius corde sequebantur immobili. Et respiciēs inquit ihesum ambulantē dicit. Ecce agnus dei. Ambulatio ihesu dispensacionem incarnacionis qua ad nos venire ac nobis exēpla viuendi prebere dignatus est insinuat. sic mansio eius eternitatē diuinitatis in qua semper est patri equalis aptissime designat Respiciens ergo ihesum ambulantē iohannes dicit. Ecce agnus dei. quod videns eum inter homines conuersantē perfectumque illis vite celestis et factis demonstrantem et verbis. apte pronunciabat. quod non ipse vt putabant: sed ille esset qui ad redempcionem generis humani a deo patre missus esset in mundū. ille qui formā innocentie et pacie in se credentibus esset daturus. de quo in carne venturo precinens propheta dicebat. Sicut ouis ad occisionē ducetur. et sic agnus corā tondente se sine voce sic

obmutescet. Et iterum. Ipse autē vulneratus est ꝓpter peccata nrā: et liuore eius sanati sumus. Et audierunt duo discipuli loquentē: et secuti sunt ihesum. Testimoniū ꝑhibente iohanne: ꝗ ihūs esset agnus dei: secuti sunt illū duo discipuli: magis desiderantes ab ipso ihesu ꝙ a precursore illius verbum gratie ꝑcipe. quo et ipsi merentur in agnorum dei sorte cōputari. Bene autē duo discipuli sunt inuenti qui dominū primi sequerentur: vt etiam mistice designarent: omnes qui illum ꝑfecte sequentur: gemina dilectiōe deuotos esse debere hoc est et eiusdem sui redemptoris: et fratrū simul amore flagrantes. Conuersus autē ihesus et videns eos se sequētes: dicit eis. Quid queritis? Nō potuit ignorare dominus quid sequentes se discipuli iohannis quererent: sed in eo ꝗ ad illos se sequentes conuertitur ꝗ ipse prior quid quererent interrogat. ꝗ dat eis fiduciam queq; vellent rogandi. manifeste innotuit quantum bonis nostris studijs delectetur. ꝙ libenter iter veritatis inchoantibus: ipse auxilium laturus occurrat. Qui dixerunt ei. Rabbi: quod dicitur interpretatum magister: vbi habitas? Nolebāt transitorie magisterio veritatis perfrui sed mansionem potius in qua habitaret inquirebant: quatenus et tunc liberius in secreto verbis illius imbui et exinde sepius eum possent visitare plenius instruendi. Vnde et ipse ꝗ illos bene petentes. querentes. pulsātes vidit: libens eis secretarium sui reserauit archani. eosq; introducens veritatis euangelice rudimentis que desiderabant illustrauit. Nam sequitur. Dicit eis. Venite et videte. Statimq; subiungitur. Venerunt et viderunt vbi maneret. et apud eum manserūt die illo. Quod si altiore sensu libet inspicere: quid nobis agendū insinuent discipuli in eo ꝗ ad ihm quidem ambulantem venerunt: sed locum continuo vbi hītaret inquirebant: ammonent vtiq; nos vt quotiens incarnatiōis eius transitum ad mentem reducim⁹: sollicito semꝑ eum corde rogemus vt habitationem nobis eterne sue mansionis que est apud patrem ostendere dignetur dicētes cum moyse domine ostende nobis gloriam tuam. Qꝫ autem ipse discipulos venīē: et vbi maneret videre precepit: virtutum ꝑfecto studium: quibus ad eterna gaudia ꝑueniam⁹ subeundū nobis ostendit. Venire etenim p⁹ ihesum est vt mansionem eius videre possimus: bonis operib⁹ que ipse premonstrauit insistē. horumq; quotidianis ꝑfectib⁹ ad celsitudinē diuine visiōis attingere. Venerūt ināt et viderūt vbi manēt. et apud eū manserūt die illa. hora aūt erat quasi decima. Quia lex in decē preceptis data ē: solet in denario nūo ꝑfectio legis indicari. Bene ergo decima hora venerunt discipuli: vt mansionē ihesu viderent: ꝗ nimirū necē esset

vt quū deum videre desiderat: dei se
mandatis humiliter subdat. q̄q₃
luce diuine ɔtemplacōis postmo
dum frui appetit: prius adiuuāte
dño decalogū per opa lucis qua
si decem horas diei sole illustrante
ɔpleat. Et illi quidē die illo manē
tes apud dominū felicissima veri
tatis speculacōne vesperā expecta
bant At vero omnes electi p⁹ ope
rum bonoꝝ pfectionem post iple
ta legis dei precepta ꝑpetuū ⁊ nl
li fini obnoxiū diem sunt cū illo
acturi. quē videre desiderans ꝓphe
ta cantabat. qꝛ melior ē dies vna
in atrijs tuis sup milia Erat autē
andreas frater symois petri vn⁹
ex duobꝰ qui audiebant ab iohe
⁊ secuti fuerant eum Inuenit hic
primū fratrem suum symonem ⁊
dicit ei Inuenim⁹ messiam q̄d est
interpretatum xp̄s. ⁊ adduxit eū
ad ihesum. Andreas dominū quē
inuenit: etiā fratri symoni seq̄n
dum euangelisat. qꝛ hoc est vere
dominū inuenire. vera illius dilcō
ne feruere. fraterne quoq₃ salutis
curam gerere. Ille enim pfecte cō
ditoris sui ducatum sequitur qui
etiam pximi quantū valet comi
tatum initur Inuenimus inquit
messiam q̄d est interpretatū xp̄s
Messias idem est q̄d xpristus. S₃
messias hebreo sermone xprist⁹
dicitur greco. latine autem vnct⁹
interpretatur. Vnde ⁊ crisma gre
ce. latine vnctio dicitur Xpristus
autem ī vnctus appellatur domi
nus. quia sicut petrus ait. Vnxit
eum deus spiritu scō ⁊ virtute Vn

etiam ps̄. in eius laude loquitur.
Vnxit te deus deus tuus oleo leti
cie pre ɔsortibus tuis. Consortes
autem eius nos vocat. qui ad ac
cipiendam spiritussancti gratiā
in baptismo: etiam crismate visi
bili pungimur. ⁊ a xpristi nomi
ne xpristiani vocamur. Sed ille p̄
consortib⁹ vnctus est. cui sicut io
hannes baptista testat̄: non ad
mensuram dat deus spiritum: sed
oia dedit in manu eius. Nā de con
sortibus eiusdem vnctionis dicit
apostolus. Vnicuiq₃ autem nr̄m
data est gratia ſm mensuram do
nationis xpristi Vocabantur ve
ro xpristi ⁊ sacerdotes ⁊ reges in
lege. in figuram nimirum eiusdē
regis ⁊ pontificis magni domini ac
saluatoris. in cuius tipo etiā ma
teriali linebātur oleo. Non solū
autem illi: sed et nostri temporis
fideles vt a xpristo xpristiani: ita
etiā ab ipsa sacri crismatis vncti
one. ⁊ ab ipsa spiritussācti gratia
qua cōsecrantur xp̄i recte nuncu
pātur: ꝓpheta teste qui ait. Existi
in salutem populi tui vt saluos fā
cias xpristos tuos. Exijt quippe
in salutem populi sui: vt saluos
faciat xpristos suos qui propter
nos homines: ⁊ ꝓpter nostram sa
lutem descendit de celis. Et incar
natus est vt spiritali gratia pun
ctos ac sanatos: sui sancti nomi
nis donaret esse pticipes. Sequit̄
Intuitus autē eum ihesus: dixit
Tu es symon filius iohanna In
tuitus est symonē ih̄s. non exte
rioribꝰ solū oculis: sed et interno

diuinitatis intuitu. Juxta illud be
ati samuelis Homo videt in facie
deus aũt intuetur cor. Vidit cor8
eius simplicitatem. vidit animi
sublimitatem: cuius merito cun
cte esset preferendus ecclẽ. Vidit
q̃ vocante andrea feruenti ad se
amore peruolauerit. ideoq̃ ve niẽ
tem: mox familiari affat eloquio
tu es inquiens symon fili9 iohan
na Nec magnũ est dño vocabulũ
cuiuslibet hoĩs vel patris eius dice
re qui omnium sanctoꝝ nomina
scripta tenet in celo: sed positurus
discipulo nomen: meriti sublimi
oris ditaturus vocabulo quod to
tius ecclesie presuli ↄgrueret: pri
mo voluit ostendere q̃ quod a pa
rentibus acceperat nomen: etiã
ipsum significacõne virtutis non
careret Simon ergo obediens: io
hãna dr dñi gratia. Tu es symõ
filius iohanna. tu es obediens fi
lius gratie dei. Et merito ille obe
dientis nomine censetur: q̃ a pri
us inuitãte andrea: mox dñm vi
dere curauit. a postmodũ cũ ipse
dñs eum ad discipulatũ vocaret
statim eum codẽ andrea quẽ pal
ter vocauit relictis rethib9 quoꝝ
v suviuebat: eum seq̃ nõ distulit
Vndea andree q̃ nomen verã mẽ
tis eius imaginẽ prefert Andre
as namq̃ grece: latine dicitur vi
rilis. Et illi libenter dñm vel ad p̃
dicationem iohĩs: vel ad ipsi9 do
mini iussionem sequendo ad eoꝝ
se sortem ptinere docẽt. qui tpali
a que possident: fortiter eternoꝝ
amore ↄtemnunt qui credentes vi
dere bona domini in terra viuentiũ
donec hec pcipiant: expectare do
minũ cũ psalmista a viriliť age
re. ac cor suum ↄfortare ↄtendũt.
Qꝫ aũt symon filius fuit iohãna
a. gratie dei: apte demonstrat. q̃
quicq̃d deuote obeditionis domi
no impendit. quicq̃d merito obe
dientie premij phennis a dño re
cepit: totum hoc nimiꝝ preuenien
te se gratia supne pietatis vt ha
bere posset accepit. Ecce audistis
fratres carissimi quare primus a
postolo[illegible] symon dict9 quo
misterio filius sit iohãna: restat
perscrutari quid archam ↄtineat
nomen quo eum denuo saluator
appellauit Tu inquit vocaberis ce
phas quod interpretatur petr9
Neq̃ vero petri vocabulo quasi he
breo vel syro aliã interpretationẽ
querere oportet: sed pro certo nos
se. q̃ idem grece a latine petrus:
quod siriace cephas significat. a
in vtraq̃ lingua a petra deriuatũ
est. Vocatur autẽ petrus ob fir
mitatem fidei: vocatur petrus ob
inuincibile robur mentis. vocať
petrus. q̃ illi solidissime petre. de
q̃ apľs ait. petra aũt erat xp̃us
vnica deuocõe adhesit. Hinc ẽ em
q̃ eadem petra viz xpristus cũ in
terrogaret discipulos suos quem
eum dicerent esse. ac petrus rñde
ret dicens. Tu es xp̃us filius dei
viui. ↄtinuo puram eius cõfessio
nem iuxta vtriusq̃ nominis sig
nificantiã digna remuneracõe do
nauit sꝫ a ipsa petri appellatio q̃d
in se sacramenti gestaret aperuit

Primo namq̧ ait de symone. bea
tus es simon bariona. q caro et
sanguis non reuelauit tibi: ſ; pa
ter meus q̄ in celis est. Ac deĩn de
subiūxit de petro. Et ego dico tibi
q tu es petrus ⁊ sup hanc petraꝫ
edificabo ecclesiā meam. Tu es in
quit petrus ⁊ sup hanc petrā edi
ficabo eccām meam Tu es petrus
⁊ sup hanc petrā a qua tu nomē
accepisti hoc est sup memetipsuꝫ
edificabo eccām meam. Sup hāc
fidei pfectionem quam tu ↄfessus
es edificabo ecclesiā meam. a cui9
societate cōfessionis quisq̧ deuia
uerit: q̄uis sibi pugnā videatur
agere: ad edificium ecclesie mee
nō ptinet. Petrus igitur a firma
petra videlicet xpristo quem ardē
ter amauit nomen accepit Xpri
stus etenim vocatur petra q inex
pugnabile ad se ↄfugientib9 pre
sidium tribuit quoniā sperantes
in se: ab antiq̄ hostis insidijs: mu
nitos reddit ⁊ tutos. Nec pretere
undū est q ob hoc quoq̧ domin9
petra vocatur. q spiritualiū nobꝫ
carismatū fluenta ministrat q sa
crosancta nos sui sanguinis ↄmu
nione purificat. Qd facilius intel
ligitur ⁊ iocundius forte retinebi
tur si ad memoriā reuocetur. que
sit iuxta historiā petra de q̄ apl's
mistice q xp̄m significat exponit
Liberatus namq̧ de egipcia serui
tute populus: p mare rubꝝ venit
in desertum. in quo p annos. xl. do
nec ad terram repromissionis ve
niret iter agebat. Qui quodam
tpe fame ac siti fatigatus in here

mo: clamauit ad moysen At dñs
orante moyse sicut scriptum est:
Pluit illis manna mādu care. pa
nem celi dedit eis. Rursus quoq̧
precepit moysi vt pcuteret virga
petram Quod dum faceret: exijt a
qua ⁊ bibit populus. Vnde dicit
in psalmo Quoniam pcussit petrā
et fluxerunt aque. Nos ergo frēs
carissimi. nos sumus ppl's dei. qui
egipcie seruitutis iugum p mare
rubrum liberati euasimus. q per
aquam baptismi remissioneꝫ pec
catoꝝ que nos premebant accepi
mus. nos q̄ inter erumnas vite p
sentis quasi in siccitate heremi p
missum nobis patrie celestis ex
pectamus ingressum. In qua vide
licet heremo siti periclitamur. ⁊ fa
me spiritali deficimus. si non redē
ptoris nostri nos dona ↄfirment
si non incarnacōis eius sacramē
ta renouent. Ipse est enim man
na que nos victu celesti ne in hu
ius seculi itinere deficiamus recre
at. ipse petra que spiritalib9 nos
donis inebriat: que ligno crucis
pcussa; poculuꝫ nobis vite suo de
latere manauit. Vnde dicit in eu
angelio. Ego sum panis vite. Qui
venit ad me non esuriet ⁊ qui cre
dit in me non sitiet vnq̄. Et ↄgru
enti satis figuratū ordine: primo
populus per mare saluatus est.
ac si ad cibuꝫ manne: atq̧ ad pe
tram mistici potus puenit. q pri
mum quidem aqua nos regñatio
nis abluit. ac deinde ad pticipati
onē sacri altaris vbi redemptoris
nr̄i carnis ac sanḡnis ↄmunicemus

transmittit. Hec de misterio petre spiritalis. a qua et primus pastor ecclesie nomen accepit. et in qua totius sancte ecclesie fabrica immobilis et inconcussa persistit. et per quam ipsa ecclesia nascitur et nutritur: latius exponendo dicere libuit. quia solent artius multorum aliquando dulcius inherere cordibus audientium: ea que figurarum antiquitate premissa: sic demum noua spiritaliter explanatione dilucidantur. quam que sine vllis figurarum exemplis simplici tantum narratione credenda vel agenda monentur. Curemus autem fratres carissimi vt huius petre presidio semper adherentes nulla labentium rerum contrarietate terrena. nulla blandiente serenitate: a fidei firmitate diuellamur. Neglectis delicijs temporalibus sola nos in presenti redemptoris nostri dona celestia delectent. sola inter erumnas seculi spes visionis illius consoletur. Recolamus sedulo egregium dauid prophete et regis exemplum. qui cum in tantis regni affluentijs ac diuitijs: nullum anime sue solacium posset inuenire. Tandem ad superna desideria erecto mentis intuitu: memor fuit dei et delectatus est. Vtque ad eandem eius visionem peruenire mereamur: obstacula vitiorum: que hanc impedire solent: satagamus a nostro et corpore et mente excludere. Neque enim ad eum nisi rectis operum gressibus peruenitur neque facies eius munda: nisi a mundis corde videtur. Beati autem mundo corde: quoniam ipsi deum videbunt Quod ipse nobis prestare dignetur quam hoc promittere dignatur ihesus xpus deus et dominus noster: qui viuit et regnat cum patre in vnitate spiritus sancti: per omnia secula seculorum Amen.

In die sancto andree.
Secundum matheum

In illo tempore Ambulans ihesus iuxta mare galilee vidit duos fratres: symonem qui vocatur petrus. et andream fratrem eius: mittentes rethe in mare. Et reliqua Omelia beati gregorij pape.

Vdistis fratres carissimi quia ad vnius iussionis vocem petrus et andreas: relictis rethibus secuti sunt redemptorem. Nulla vero adhuc eum facere miracula viderant: nihil ab eo de premio eterne retributionis audierant. et tamen ad vnum domini preceptum hoc quod possidere videbantur obliti sunt. Quanta nos eius miracula videmus quot flagellis affligimur. quantis minarum asperitatibus deterremur et tamen sequi vocantem contemnimus In celo iam sedet: qui de conuersione nos ammonet. Iam iugo fidei colla gentium subdidit. iam mundi gloriam strauit. iam ruinis eius crebrescentibus: districti iudicij sui diem propinquantem denunciat et tamen superba mens nostra non vult hoc sponte deserere. quod quotidie perdit inuite. Quid ergo fratres karissimi. quid in eius iudicio

dicturi sumus? qui ab amore pre
sentis seculi: nec preceptis flecti
mur: nec verberibꝰ emendamur.
Sed fortasse aliqs tacitis sibi co
gitationibꝰ dicat. Ad vocem domi
nicā vterqꝫ iste piscator quid aut
q̄ntum dimisit qui pene nihil ha
buit. Sed in hac re fratres carissi
mi affectū debemus pensare potiꝰ
q̄ censum. Multum reliq̄t qui sibi
nihil retinuit. multum reliq̄t qui
q̄mlibet parum totū deseruit. Cer
te nos a hita cū amore possidemus
et ea que minime habemus ex de
siderio querimus. Multum ergo
petrus et andreas dimisit: quando
vterqꝫ etiam desideria habendi de
reliquit. Multum dimisit: qui cū
re possessa: etiam ꝯcupiscentiis re
nunciauit. A sequentibꝰ ergo tan
ta dimissa sunt: quanta a non se
quentibus ꝯcupisci potuerūt. Ne
mo igitur etiam cum quosdā con
spicit: multa reliq̄sse apud semet
ipsū dicat. Imitari mundi huiꝰ
ꝯtemptores volo: sꝫ qd relinquā
non habeo. Multum fratres reli
quitis: si desideriis terrenis renū
ciatis. Exteriora enim nostra dn̄o
quamlibet parua sufficiunt. Cor
namqꝫ et non substantiā pensat:
nec ꝑpendit quantum in eius sa
crificio: sed ex quanto ꝓferatur.
Nam si exteriorem substantiā per
pendamꝰ: ecce sancti negociatorēs
nostri ꝑpetuam angelorū vitā da
tis rethibꝰ et naui mercati sunt. Es
timacōem quippe precii non hꝫ: sꝫ
tamen regnū dei tantum vꝫ quan
tum habes. Valuit namqꝫ zacheo
dimidiū substantie. qꝛ dimidium
aliud ad hoc qd iniuste abstulit
restituendū in quadruplū reserua
uit. Valuit petro et andree: dimis
sis rethibus et naui. Valuit vidue
duobꝰ minutis. Valuit alte
ri calicem aque frigide. Regnū ita
qꝫ vt diximꝰ tanti valet q̄ntum
habes. Pensate igitur fratres qd
vilius cum emitur. quid carius
cum possideatur. Sed fortasse: nec
calix aque frigide suppetit: qui in
digenti prebeatur. Etiā nobis se
curitatem tunc ꝓmittit sermo di
uinus. Redemptore etenim nato
celi ciues ostensi sunt qui clama
rent. Gloria in excelsis deo. et in ter
ra pax hominibus bone volunta
tis. Ante dei namqꝫ oculos nunq̄
est vacua manus a munere. si ar
cha cordis repleta est bona volun
tate. Hinc etenim psalmista dicit.
In me sunt deus vota tua: que red
dam laudationes tibi. Ac si aper
te dicat. Et si exterius offerenda
munera non habeo: intra memet
ipsum tamen inuenio: qd in ara
tue laudis impono qꝛ qui nostra
dati one non pasceris: oblatione
cordis melius placaris. Nihil ve
ro offertur deo ditius bona volūta
te. Voluntas autem bona est sic
aduersa alterius sicut nostra ꝑ
timescere. sic de prosperitate proxi
mi: sicut de nostro ꝓfectu gratula
ri. aliena damna nostra credere.
aliena lucra nostra putare. ami
cum non propter mundū: sed ꝓp
ter deum diligere. inimicū etiam
amādo tolerare. nulli qd pati nō

vis facē. nulli quod tibi iuste im
pendi desideras negaē. necessitati
ꝓximi non solum iuxta vires con
currere: sed ꝓdesse etiam vltra vi
res velle. Quid ergo isto holocau
sto locupletius quando p hoc qd
deo immolat in ara cordis anima
semetipsā mactat. Sed hoc bone
voluntatis sacrificium deo nunq̄
plene ꝑsoluitur nisi mundi hui⁹
cupiditas ꝑfecte deseratur. Nam
quicq̄d in ea concupiscimus hoc
proculdubio ꝓximis inuidemus
Videtur enī q̄ nobis desit quod
alter assequitur. Et q̄ semper inui
dia a bona voluntate discordat:
mox vt hec mentem ceperit illa di
scedit. Vnde predicatores sancti
vt possent ꝓximos ꝑfecte diligere
studuerunt in hoc seculo nichil a
mare. nil vnq̄ appetere. nil vel cū
appetitu possidere. Quos bene intu
ens ysayas ait. Qui sunt isti: qui
vt nubes volant. ⁊ quasi columbe
ad fenestras suas. Vidit quippe
eos terrena despicere. mente eos ce
lestibus ꝓpinquare. verbis pluē.
miraculis choruscare ⁊ quos a ter
renis ꝯtagijs sancta predicatio ⁊
sublimis vita suspenderat: hos vo
lantes pariter ⁊ nubes appellat.
Fenestre autem: nostri sunt ocu
li. q̄ p ipōs anima ꝓspicit: quod
exterius ꝯcupiscit. Columba vero
simplex est animal. atq3 a malici
a fellis alienum. Quasi columbe
ergo ad fenestras suas sunt: qui
nihil in hoc mundo ꝯcupiscunt. q̄
omnia simpliciter aspiciunt. ⁊ in
hijs que vident rapacitatis studi
o non trahuntur. At contra mil
uus ⁊ non columba ad fenestras
suas est: qui ad ea q̄ oculis ꝯside
rat: rapine desiderio anhelat. Qui
a ergo fratres carissimi beati An
dree apostoli natalicia celebra⁹:
debemus imitari quod colimus.
Ostendat nostre obsequiū deuo
tionis: immutate solemnitas mē
tis. Despiciam⁹ que terrena sunt
relictis tp̄alibus: mereamur eter
na. Si autem necdum possum⁹ re
linquere ꝓpria: saltem non ꝯcupi
scam⁹ aliena. Si necdum mēs no
stra accenditur igne caritatis: in
ambitione sua habeat frenum ti
moris. vt ꝓfectus sui passibus re
getata: dum ab alieno q̄ appetitu
ꝯpescitur. q̄nq3 ad ꝓpria ꝯtemnen
da ꝑducatur. Tu aūt dn̄e misere
re nostri.

In octaua sancti andree.

Scd̄m matheum

nillo tēpore Ambu
lans iuxta mare galilee: vidit du
os fratres: symonem qui vocat̄ pe
trus ⁊ andream fratrem eius mit
tētes rethe in mare. Et reliq̄. Ome
lia lectionis eiusdē.

Vnctis notissimū est: q̄
mare galilee ꝓpter diuer
sa loca sibi adiacentia di
uersis etiā appellationib⁹ nuncu
pat̄. Hoc ergo mare siue stagnū
q̄ delectabiles aquas habebat ad
bibendū. ⁊ copia pisciū redunda
bat: ideo multitudine incolaꝝ cir

se ɔtinebat Q8 dñs ideirco freq̄n
ter transnauigabat sicut in euan
gelio legimus vt populis circūia
centibus miracula sua oñderet at
q̄ verbo sue predicacōis ad viā sa
lutis inuitaret Secus hoc mare er
go redēptor nr̄ ambulans: vidit
duos fratres piscatores: mittētes
rethia in mare. Sꝫ merito querit̄
cur ad noui testamenti gratiā in
mundo predicandā non filij regū
non scribe primo vocant̄ sed pisca
tores eligunt̄. Nimirū ideo. q̄ que
infirma sunt apud hoīes: fortia
sunt apud deū. Piscatores enī vo
cant̄ a nō nobiles: ne potentes se
culi istius superbirent a dicerēt. q̄
xp̄s fidem suaꝫ non nisi p illos in
ducere mundo potuerit. Illitterāti
ad predicandū mittunt̄ vt mate
ria superbiendi hꝰ seculi sapienti
bus amputet̄: dum vident euāge
liū. non p eloquentes: sed per sim
plices predicatores vsq̄ ad fines
terre dilatatū. Bini aūt ideo vocā
tur q̄ geminā dilectionē predica
turi geminū etiā testamentū mū
do erant tradituri. Spūaliter vo
q̄ ambulans dñs secus mare ga
lilee vidit petrum a andreā rethia
mittentes significat. q̄ incarna
tus dei filiꝰ in mari istius mundi:
spūales piscatores vidit. quos añ
mundi ɔstitucōem ad opus pre
dicacōis aptos esse presciuit Et a
it illis. Venite pꝰ me: a faciā vos
fieri piscatores hoīm Congrue pi
scatores piscium premittunt̄ esse fu
turi piscatores hoīm. vt artis sili
tudine delectati discipulatui sal

uatoris libentiꝰ colla subimitterēt
At illi relictis rethibꝰ: secuti sunt
eū. Forsitan dicat aliq̄s. quid vel
q̄ntum isti dimiserūt q̄ pene nihil
habuerunt. Sed pensandū est q̄
multum reliq̄runt: qui voluntatē
hñdi deseruerunt. Multū dimise
runt: qui oīa que hēbant: vel ha
bere poterant aut ɔcupiscere dimi
serunt. Si enim habuissent mag
nas diuitias a latas possessiones
istius seculi: omnia p xp̄i amore
reliquissent: sicut nauim a rethi
a reliq̄runt. Tanta enī ab aposto
lis dñm sequentibus dimissa sūt
quanta a non seq̄ntibus cōcupis
ci potuerunt. Affectus ergo illorū
magis pensandus est q̄ sba. Ar
guit sane porphirius a iulianus
augustus atq̄ apostata vel impe
riciā hystorice mentis vel stultici
am aplorū qui ad primā iussio
nis vocē secuti sunt saluatorē; tan
q̄ hoīem irrōnabiliter vocantē cū
scriptū sit. Ne sis facilis ad creden
dum. Sꝫ si dominus hmōi creatu
ras ɔdidit: que alias ad se attra
here preualeāt creaturas. Verbi
grā. Sic in magnete a succino cer
nimus quibus tanta vis inesse di
noscitur atq̄ potentia: vt ferrum
vel stipulam ad se attrahant. et
ibi cohērere faciāt: multo magis
ipse omnium creaturarū conditor
ad se sequendum attrahere pote
rat quos volebat. Vt enim beato
iheronimo referente ɔpertum ha
bet: tantus splendor et maiestas
occulte diuinitatis i humana facie
xp̄i relucebat vt ex primo suo aspcū

ad se venientes facilime attrahe
ret. Et pcedens inde vidit alios du
os fratres: et ecce secuti sunt eum
Hos apostolos vidit domin⁹ quē
admodum et superiores: hoc ē mi
sertus est eoꝝ. Videre enim illi⁹
misereri est. Vocauit illos: võuit
et istos. Illuminauit illos mente
illuminauit istos corde. Dimisert
et isti omnia: sicut et illi. Secuti sūt
dn̄m: quemadmodū et illi. S; q̄ri
pōt quomodo primum duos voca
uerit: petrum et andream: et post
paululū alios duos iacobum et io
hem. sicut matheus et marc⁹ nar
rant: cum lucas dicat petri socios
fuisse filios zebedei: et impletis na
uiculis multitudine pisciū: ad ex
trahenda rethia ab eodem petro
fuisse vocatos Ubi etiam cum di
xisset dominus petro: ex hoc iam
eris homines capiens scribit Ad
terram subductis nauibus domi
minum pariter eos fuisse secutos
Sed intelligendum est hoc quidē
primū factū esse qd lucas narrat
nec tunc eos dn̄m vocasse: vt seq̄
rentur: sed tantum petro predixis
se q̄ homines eēt capturus. et po
stea sicut mathe⁹ de scribit: binos
et binos eos vocasse vt seq̄rentur
Sciendum preterea vt iohannes
euangelista refert q̄ andreas ad
huc discipulus iohannis bapti
ste: ipsum de xpristo iohannem
audiuit dicentem. Ecce agnus dei
Qua ilico exhortatus sententia vo
luntate propria simul cum alio io
hannis discipulo cuius nomē ta
cet scriptura. secutus est dominū
apud quem et idem euangelista
narrat. duob⁹ manentes dieb⁹
ptinus ad predictum magistruz
suum videlicet iohannē reuertun
tur baptistam. eiusq; magisterio
inseruiūt. quousq; idem andreas
a domino postmodū sicut mathe
us in hoc describit euangelio sil
cum petro ad discipulatum voca
tus est. Et notandum q̄ isti apos
toli dominum secuturi: reliquisse
dicuntur rethia et patrem suum.
Zebede⁹ namq; interpretatur fu
gitiuus et significat ipsum dyabo
lum. Rethia autem implicamen
ta huius mundi significant Quis
quis ergo dominum fideliter seq̄
cupit: necesse est vt primo ab im
pedimentis humanarum rerum:
a curis videlicet vite presentis pe
dem excutiat. et sic dyabolum tota
v̄tute fugere satagat. Allegorice
quatuor discipuli a domio de ma
ri vocati: duos significant p̄p̄l'os de
sollicitudinib⁹ et inquiete huius
seculi ad soliditatem sp̄ualis stu
dij p gratiam dei vocatos. Naz sy
mon petrus qui interpretat̄ obe
diens siue agnoscens. et Jacob⁹
qui supplantator d₂ populū iuda
icum significant qui prior p legis
latōem creatorem suū agnoscēs:
obedire preceptis eius p̄misit di
cens p moysen Omnia q̄ locutus
est nobis dominus faciem⁹: et eri
mus obedientes Qui etiā gentilē
populū supplantauit. ydola cōtem
nendo et deū colendo Andreas vero
qui virilis dicitur. et Johes q̄ grā
dei interpretat̄: gentilem populuz

designant. qui postq̃ ad fidem ve-
nit i preceptis dei viriliter ambu
lare studuit ⁊ quicquid boni egit
nõ suis meritis. sed totum gratie
saluatoris attribuit. Moraliter
quoqꝫ quatuor nomia ista. in se
vnusquisqꝫ fideliũ valet recogno
scere. si illorum interpretacões in
quatuor principalib⁹ virtutibus
studuerit obseruare. Est eni vnus
quisqꝫ fidelis symon petrus. cum
ꝑ prudẽtiaꝫ agnoscit propria pec
cata ⁊ hijs deletis. mãdatis diui
nis. forte exhibet obediẽtiam. Est
andreas cum viriliter ꝑ temperã
ciam: sustinet temptacões sibi il
latas. Jacobus quoqꝫ nõ indebi
te dicit. si ꝑ fortitudinẽ vicia sup
plantaẽ probatur. Conuenienter
etiam iohãnes nominari potest.
si ꝑ iusticiam mandata creatoris
adimplens. nil sibi deputat. ſꝫ cũ
cta bonorũ omniũ largitori assig
nat. Quisquis ẽgo ad patriam ce
lestem venire desiderat. studeat ne
cesse est cuꝫ symone petro. qui in
terpretatur agnoscẽs siue obedi
ens. preceptis obediẽ diuinis. et
ꝓpria recognoscere peccata. dicẽs
cum propheta Quoniã iniquitatẽ
meam ego agnosco. Curet etiam
cũ andrea viriliter temptacõib⁹ dy
aboli viriliter resistere. ⁊ cũ iacobo
supplantatorẽ. omni fortitudine vi
cia supplãtare. Satagat quoqꝫ de
bonis suis actibus. bonorũ omniũ
largitori. actiones gratiarũ cum
iohãne. qui interpretatur gratia
dei rependere. vt bonum qđ agit:
nõ sibi sed deo per õnia deputans

ab ipõ in futuro remunerãri merẽ
atur. qui viuit ⁊ regnat deus in se
cula seculorum Amẽ. Tu autem
domine.

De sancto nicolao quere in cõ
muni.

De cõceptiõe beate marie que
re in natiuitate eiusdem beate ma
rie virginis.

De sancto thoma apostolo q̃re
in cõmuni.

De sancto anthonio quere in
cõmuni.

In natali sancte Agnetis.
Sermo maximi epi.

Vm in toto mũdo virgi
neus flos marie immar
cessibiles coronas inectat
⁊ septigeram pudoris aulam. im
maculato cõseruet affectu. eo vsqꝫ
integritas ꝑseuerauit ad palmã
vt in puellis tropheũ sanctitatis
arriperet. ⁊ ꝑ vestigia matris vir
ginis. ad celestem thalamũ per
ueniret. Hinc est q̃ anulo fidei.
agnes se asserit subarrataꝫ. ⁊ cla
mat se amori cõstrictam. O q̃ imi
tabile virginib⁹. virgo tui amo
ris tradidisti exemplũ. o q̃ san
ctum pectoribus dandũ virgineis
tribuisti responsum. cõtemnendo
mũdi diuitias. execrando carnis
cõcupiscentias. ⁊ solam xp̃i pul
chritudinẽ ad amando. Accedite
ad puellaꝫ puelle. ⁊ discite in an
nis infantie. quales in pectore suo
circa amoreꝫ xp̃i flãmas accẽdit.
Dicit se amatori suo seruaẽ fidem

⁊ eius corp⁹ cōcupiscere solū. qui
pro amore hominū. mortis nō re
cusauit interitū. Discite virgines
xp̄i amorem. in puella feruētem.
⁊ om̄es mūdi diuitias velut ster
cora recusantē. Ideo enim sancto
rum p litterās tradūtur exempla.
vt vnusquisq̄ p qualitate sexus.
⁊ pro etate animo: ū. modū sui pro
positi teneat. ⁊ sicut p virginē vir
gines. ita p cōiugem cōiuges vin
cere seculū pro xp̄i amore studeāt
ac repugnatiōe animi. mūdi dul
cia r̄cusātes ⁊ eius nō recusantes
austera. ad delectacōes ppetuas ⁊
ad gaudia eterna ptingāt. Hec
dicētes. nō vitupamus cōiugum
casta cōmercia: s; virginū pseue
ranti ā adornamus. Nō eni; virgi
nitas. malis reb⁹ supponēda est.
sed est rebus optimis p̄ferenda.
Que eni mūdis mūdior. ⁊ sanctis
est sanctior. nō indiget malarū re
rum vituperatiōe laudari. Sequā
tur itaq̄ sancta cōiugia. patriar
charū cōiuges. in religione posite
ac diuinis lr̄is informate. Saram
rebeccā. rachelem. annā. susannā.
sephoram. imitētur vxores: xp̄i ve
ro virgines. solam virginē matrē
luminis subsequātur. Huius pedis
sequa agnes beatissima. magnū
de se pudicicie excitauit exemplū
cum virginitatē pretulit vite. om
neq̄ a se amorē scelestu; expellēs
tropheū crucis xp̄i arripuit ⁊ ta;
contra libidines. q̄ etiam contra
supplicia vniuersa. fide pocius ar
mata q̄ ferro. fortiter dimicauit
⁊ vicit. Aspicit deniq̄ blandientē

et r̄enuit minātem: incendium in
tendit ⁊ ridet. Nescit amare aliq̄d
q̄d transit. ⁊ dum nimis virgini
tate; diligit. nec ludibria. nec flā
mas. nec supplicia. nec carnifices
metuit. postremo nec gladiu; fu
rentis persecutoris expauit. Cōpelli
tur virgo ornamēta suscipere cor
poris: sed r̄enuit. quoniā iam sus
ceperat ornamēta mētis. Et quia
nō de elegantia corporis humani
placere studebat q̄ timebat de fe
ditate anime domino displicere. da
bat intus p fidem sue mēti cando
rem. pulchritudinē excolebat ani
me. ⁊ qn̄tum sciebat. vt anima;
suam pulchram faceret. tantū in
suam anima; erubescebat se esse
formosam. tanto studēs displice
re carnalib⁹ in carnis aspectu. qn̄
to instituit xp̄o ⁊ eius angelis com
placere. Turbatur iuuenis a pu
ella cōtemptus. ⁊ se muneribus
cōplacere posse existimās. auru;
gēmas congeminās vestes. p̄dia
preciosa cōnectat. Sed q̄ xp̄i cari
tas pecuniarū non habet preciu;
virgītas sacratissiā in suo gradu
vsq̄ in sanguinis effusionē pmā
sit. qm̄ suo illam sanguine subar
rauerat xp̄us. Ad cōcupiscentem
igitur reuertitē census. ⁊ incōcussa
virginitas xp̄o semel oblata per
durat. Discite virgines cristi. nor
mā puellaris exempli. ⁊ oblata
sub specie pietatis virorū munus
cula. tota intentiōe respuite ⁊ q̄si
rabidi canis morsus. ōni cū gau
dio r̄cusate. A quo nō recepis q̄ ti
meas deū. nō accipias q̄ diligas

mūdum. Accipe virgo. ħ qđ amo
ri e nō pficiat. Quociens aūq ab
hoīe ꝯsecuta fueris censum. sic acci
pe. vt te xp̄i ꝯgnoscas spōsam Vi
det ille intus in mēte. quid facias
& q̄p expetere eius ṽgines comite
ris attendit Videte ḡ. quō agnes
sequit̄ mariaꝫ p obprobria. Nul
lū potuit pemit᷒ formidaē suppli
cium. cui etiā lupanar turpitudis
locus efficit̄ oroīs. & vbi ei dya
bolus. corrupcōis p̄parauerat igno
miniā. illic eā excipe fecit dn̄s. co
ronaꝫ sue virgitatis & palmā. hoc
ē in suis sedib᷒ hostes vincere. cap
tiuā ductā virginē. ad penetrabi
lia ṙgis libidinū. ipm̄ regē a ṽgie
quā captiuauerāt victū. & victū cū
ṽginis triūpho eꝫ ire. Nā qui tene
erat tent᷒ est. q̄ traxerat tract᷒ est
q̄ occidere se putabat. occisus est
Demiq̄ vt plem᷒ dyabolū a virgi
ne ista tūc fuisse victū. illius iuue
nis factū. ad aīm reuocem᷒. queꝫ
coñ agnetis infanciā sic armaue
rat inimicus. vt nudā faceret tra
hi p vulg᷒ ad lupanar. sub voce
p̄conantis ducis populū ad libi
dinē inuitantis. Hūc ergo duceꝫ
fuisse dyaboli nemo q̄ dubitet. &
victo duce. populū supatū esse oī
bus notū est. supatis autē cū du
ce suo populis. tyrānū teneri cap
tiuū oībus patet Cōstat ergo dy
abolū supatuꝫ. quociēs coñ virgi
neꝫ arma arripuit. Nā expoliata
virgo tegit̄ crinib᷒. & nudata ab
hoībus malis. vestitur ab angel
lonis. & damnata in prostibulo
turpitudinis in gremio apparuit

castitatis. Efficit̄ oratoriū āgē
loꝝ locus. qui pditaꝝ fuerat aīe
maꝝ & vbi semp naufragauerat
castitas. illic ē coronata virgitas
Demiq̄ populos q̄s preco ad libi
dinē inuitauerat. virgo ad casti
tatē obtinuit. & quos ad eā dyabo
lus in q̄natos induxit. illa a se mū
dos eiecit. Oēs namq̄ singulatiꝫ
ingressi. vn᷒ alteri᷒ sustinebat in
gressuꝫ Quē egressum dū non cre
deret mūduꝫ. se exhibebat immū
dū. Sꝫ ingressus ad libidinē. ad
adorādum dn̄m meritis virginis
tenebat̄. et exibat inde dei seru᷒.
qui seru᷒ dyaboli intus fuerat in
gressus. & toti facti sunt xp̄i culto
res. quos dyabol᷒. virginis se pu
tauerat inuenisse corruptoēs Re
māsit igitur iuuenis q̄ auctor hu
ius extiterat probacōnis. q̄ se pu
tabat defensorē virginis supare.
Hic dum splēdori celesti nō cessit
honorē: vitaꝫ quā habere videba
tur amisit & mortē quā querebat
inuenit. Ridētibus lacrime succe
dūt & insultantib᷒ finem lamētati
ones imponūt Attēdit virgo lugē
tem iudicē. & quem minantē ante
ꝯtēpserat. nūc dep̄cantē exaudit
Jlico igit̄ vt cepit oraē p mortuo
& a mortuis excitat salu . qui mor
ti fuerat deputatus. & ad gaudiū
reuocat q̄ fuerat p̄cipitatus ad lu
ctū Nam qui incest᷒ fuerat mortu
us. exurgit castus. & fit p̄dicator
castimonie. qui psecutor extiterāt
castitatis. Ad hec sacrilegi cōtur
bant̄ in tēplis & xp̄m hec mirabi
lia facientē ꝯtremiscunt. Excitant

sediciones ignobilis vulgi. vt ra
tio que suadebat finez. sedicionū
clamoribꝰ pulsa. locum in menti
bus hominū inueniē non posset.
Pater vero suscitato filio. tristis
abscessit. et vt legitur turbis furē
tibus vicarium dereliquit. Virgi
neo itaqꝫ corpi. stridētes preparan
tur flamme: sed corpus qd incen
dia libidinū superauerat. refrige
rium in medijs flāmis inuenit. Et
que ad hoc focos ingressa fuerat
vt arderet. cepit p sanctam virgi
nitatē algere. vt disceret virgini
tas. sibi flammas et incēdia peni
tus dominari nō posse. Nec illos
perisse estimes. quos pro nomīe
cristi cōsumpsit incendiū. Namqꝫ
cum legis helyam ignibꝰ raptū.
et tres pueros in medijs flāmis
nulla racione cōsumptos. aut dñ
laurentiū in craticula assatum re
colis. atqꝫ agnez sicut tedam. flā
marū globos euasisse cognoscas
nullam in hijs suspiceris varieta
tem fidei tue fuisse Vna est enim fi
des. sanctos dei in passiōe exercu
it. et diuerso genere gloriarū red
didit vtrosqꝫ victores. Nam qui
cōsumptus est. martir exultat. et
q̄ euasit. victor exultat. Et ysaias
sectꝰ martirem se fecit. et daniel le
onū rabiem. morsusqꝫ cōtemnēs
pbatissimū dei confessorē expres
sit Quo facto. vtrosqꝫ xp̄e dyaboli
ōndit esse victores. Vnꝰ enim mo
ritur et triūphat. alius euadit et
regnat Veni iam virgo ad thala
mū quē quesisti. et p amore spon
si. gladiū percussoris admitte. vt

spōsam te v̄ginitas immaculata
cōprobet xp̄i. et martirem cōfessio
probata cōsignet. Felix caterua
virginū. quibꝰ studiū est. tue se
qui cōfessionis vestigia. Habebūt
enim tecū coronā in celo. que tecū
superauerūt inimicū in mūdo. Nā
sicut tibi vestigia marie prosequē
ti. participatio eterne remuneratio
nis apparuit. ita eis te imitantibꝰ
eterne credimꝰ gaudia nō negan
da. Itaqꝫ o splēdida xp̄o. pulchra
dei filio. et ōmibꝰ angelis et archā
gelis grata. vt nostri meminisse
digneris. quibꝰ possumꝰ precibꝰ
exoramus. vt nobis ille tribuat
peccatoꝝ indulgentiā. qui tibi tu
orū omniū laboꝝ tradidit palmā
qui regnat cū patre ⁊c̄.

In cōuersione sancti pauli.
Sermo beati Augustini.

Odie dilectissimi nobis le
ctio de actibꝰ apostolorū
hec pronūciat. vbi apos
tolus paulus ex psecutore xp̄ia
norum. ānūciator factus est xp̄i
Prostrauit enī eum cristus. per
ciens et sanans. occidens et viuifi
cans Occisus est agnꝰ a lupis cri
stus a iudeis. sed faciens agnos
de lupis. Ita enim a in p̄clara pro
phetia. cum iacob patriarcha be
nedicerz filijs suis. presentia tan
gens. futura prospiciens. predi
ctum erat. qd in paulo contigit.
Erat autē paulus sicut ipse testa
tur de tribu beniamin. Cū autē ia
cob benedicēs filios suos. remissz

ad bñdicendū beniamin. ait de il
lo. Beniamin lupꝰ rapax. Quid er
go. Lupꝰ rapax semꝑ. Absit. Sꝫ
q̄d. mane rapiet ꝑdam. ad vespe
ram diuidet escas. Hoc in aposto
lo paulo impletū est. quia ꝛ de il
lo dictū erat. Jam si placet. audia
mus illū mane ꝑdam rapientem.
ad vesperā escas diuidentem. Mane
ꝛ vespe positū est pro eo ac dice
retur. Prius rapiet. ꝛ postea diui
det. Quid rapiet. Predā. Et quid
diuidet. Escas. Attēdite raptorem
Saulꝰ inquit acceptis epistolis
a principibꝰ sacerdotū ibat. Et quo
ibat. Scilicet vt vbicūqꝫ inueniret
xp̄icolas ad sacerdotes attraheret
ꝛ adduceret vtiqꝫ puniendos. Ibat
inq̄t. Et quo ibat. Spirās ꝛ anhe
lans cedes. hoc est mane rapiens.
Nam ꝛ qñ lapidatꝰ est beatus ste
phanꝰ primus martir pro noīe
xp̄i. ex eis vnꝰ erat ꝛ saulus: ꝛ sic
aderat lapidantibꝰ. vt nō ei suffice
ret. si tantū suis manibꝰ lapidaret
Vt enim esset in oīm lapidantiū
manibꝰ. ipse oīm vestimēta serua
uit. magis seuiens oms adiuuādo
q̄ suis manibꝰ lapidādo. Audiui
mus mane rapiet ꝑdaꝫ. videamꝰ
qualiter ad vesperā diuidit escas
Voce xp̄i de celo ꝓstratꝰ ꝛ accipi
ens desuꝑ interdictū iam seuiendi.
cecidit in faciē suam. saulꝰ ꝓster
nendus. paulus postea erigēdus.
prius ꝑcutiēdus. postea sanādus
Nō enim in illo postea xp̄s viueret.
nisi occideretur in eo. qd priꝰ male
vixisset. Quid ergo prostratꝰ audiuit.
Saule saule q̄d me ꝑsequeris. Du

rū est tibi contra stimulū calcitrare
Quis erat q̄ loquebatur. Xp̄c. Vñ
loq̄batur. De celo. Vbi loq̄batur
In terra. Et cui loq̄batur. Saulo
Quid loq̄batur. Quid me perseq̄
ris ait. Quis eū tangebat. Aliqs
Vt ostenderet se in celo pati. qd mē
bra patiebantur in terra. ait. q̄d me
ꝑseq̄ris. Ille caput. ꝛ nos mēbra
Quicq̄d mēbra patiunt. caput ꝓ
mēbris clamat. Si tibi aliqs for
te pedē calcarꝫ aut manū siue latꝰ
foderet. caput ꝓ mēbris clamaret
calcas me. Et saulꝰ ad dñm Quis
es dñe. Et vox desuꝑ Ego sum ih̄s
nazarenꝰ. quē tu ꝑsequeris. Mem
bris adhuc in terra positis. caput
in celo clamat. Et nō dicebat. qd ꝑ
seq̄ris fideles meos: sꝫ q̄d me ꝑse
q̄ris. Et ille Quid iubes me facere.
Jā parat se ad obediendū. q̄ prius
seuiebat ad ꝑsequēdum. Jā infor
mabatur ex ꝑsecutore ꝑdicator. ex
lupo ouis. ex hoste miles. Audiat
q̄d facere debeat cecus sane factꝰ.
vt interiori luce fulgeret cor eiꝰ. Ex
terior lux ad tēpus subtracta est
ꝑsecutori. vt redderetur interior ꝑdi
catori. Eo tñ tpe quo cetera nō vi
debat. xp̄m videbat. Ita ꝛ ipsa eiꝰ
cecitas informabat suo misterio fi
dem credentiū. qꝛ qui credit in xp̄o.
ipm intueri debet. cetera nec nata
putare. Creatura vilescat. vt crea
tor in corde dulcescat. Videamꝰ ergo.
Adductꝰ est ad ananiā: ꝛ anani
as interp̄tatur ouis. Ecce lupus
rapax adducitur ad ouem. sequen
dam. nō rapiendaꝫ. Sed ne repēte
ouis expauescēt lupū. ipē pastor

de celo qui ōnia hec faciebat· nūci
auit lupū uenturū oui· ƺ non seui
turū. Et tam immanis fama lupū
illū precesserat· vt nō posset ouis
audito nomīe eius nō pturbari·
Nam cum dominꝰ ihesus eidez nū
ciasset iā uenisse saulū vt crederet
et ad eum ananias ire deberet· ait
ananias· Domine audiui de viro
hoc· qm̄ multa mala in sāctis tu
is operatus est· Et nūc litteras ac
cepit a principibꝰ sacerdotuz· vt
vbicūqꝫ inuenīret tui nominis se
ctatores ptrahat· Dominꝰ autem
ad illū. Sine· Ego ostēdam illi qm̄
ta illū oporteat pati pro nomine
meo· Magna res geritur· Lupo se
uicia interdicit· lupus ad ouem
captiuꝰ ducitur· Tanta autē erat
fama lupi raptoris· vt eius nomi
ne audito· timeret ouis etiā sub
manu pastoris. Cōfortatur· ne iā
putet seuiētem· vt timeat timen
tem agnum pro ouibus mortuū
sed secura sit de lupo· Ego inquit il
li ostēdam· que illū oporteat pati
pro nomīe meo Vbi terror· ibi sa
lus Qui faciebat cōtra xp̄i nomē
iam patitur pro xp̄i nomīe· O se
uicia misericordie Vides illū para
re ferrū· secaturꝰ est non pemptu
rus· curaturꝰ· nō occisurus· Xp̄c
dicebat· Ego ostendā illi· q̄ta op
teat eum pati pro noīe meo· Sed
quō i fine patitꝰ ōnia ꝓ noīe eius
suimetipsiꝰ verbis audite· Nō sūt
cōdigne passiones huiꝰ temporis
ad superuēturam gloriam· que re
uelabitur i nobis· Ac si dicat· Se
uiat mūdus· fremat mūdus· con
crepet mūdus linguis· choruscet
armis· quicq̄d potest faciat· ad
id qđ pceptiri sumꝰ· nulla q̄titas
te coequari potest Magna sunt q̄
expectabat· idcirco ꝓ hijs acqui
rendis· cūcta pati eq̄nimiter tolerā
bat Nā et q̄sqꝫ operariꝰ deficeret in
via nisi attēderet quid accepturꝰ
esset in patria Ista cogitātes nō
despemꝰ fratres· quia et si peccato
res sumꝰ· magnum medicū habe
mus Ihm̄ audite· Nō veni inquit
vocarē iustos· sed peccatorēs ad pe
nitētiam· Hoc ipse apostolꝰ cōme
morat in epistolis suis· Dicit enī
hoc ad sibi oīm pctōꝝ suoꝝ veniā
dataz· vt nemo desperet de se· qui
fuerit magnis peccatis inuolutꝰ: et
multis sceleribꝰ irretitus· q̄si non
sit veniā accepturus si ꝯuersus fu
erit ad eū· qui pendēs in cruce· ꝓ
psecutoribꝰ orauit dicēs· Pater ig
nosce illis qr nesciūt quid faciūt
Grā ei dei efficimur salui a pecca
tis nostris· in quibꝰ egrotamus·
largiente ipō domino nostro· qui
viuit et regnat ⁊c̄·

Scđm Matheum·

In illo tēpe. Respon
dens symō petrus dixit ad ihesuz
Ecce nos reliquimꝰ omnia· et secu
ti sumꝰ te· Quid ḡ erit nobis ⁊c̄ Et
reliqua· Omel' beati iheronimi·

Vnc rñdens symon petrꝰ
dixit· Ecce nos relinq̄mus
oīa: et secuti sumꝰ te Quid
ḡ erit nobis ⁊c̄ Grādis fiducia· Pe
trus piscator erāt· diues nō fuerāt

cibos manu ⁊ arte q̄rebat. ⁊ tn̄ lo
quit̄ ꝯfidēter. reliquim9 oīa. Et q̄r
nō sufficit tm̄ relinq̄re. iungit q̄d
ꝑfectū est ⁊ secuti sum9 ꝗ fecim9
q̄d iussisti. Quid ḡ dabis nobis
p̄miȷ. Ihesus aut̄ dixit eis. Amē
dico vob. q̄r vos q̄ secuti estis me.
in regn̄atione cū sedeit filius hoīs
in sede maiestatis sue. sedebitis ⁊
vos sup sedes duodecī. iudicantes
duodecim trib9 isrl̄. Non dixit q̄
reliq̄stis omnia. hoc ei ⁊ socrates
fecit philosoph9. et multi aliȷ di
uitias ꝯtempserūt. ſ; qui secuti es
tis me. q̄d proprie apl'oꝝ est. atꝫ
credētium. In regn̄atione cū sedeit
filius hoīs in sede maiestatis sue.
qn̄do ex mortuis de corrupcōne re
surgēt incorrupti. sedebitis ⁊ vos
in soliȷs iudicātium. cōdemnātes
duodecim tribus israhel. q̄r vobis
credentib9. illi credere noluerūt. Et
ōmis qui relinquit domū. vel frēs
aut sorōes. aut p̄rē. aut m̄rem.
aut vxores. aut filios. aut agros
ꝓpter nomen meū. centuplū acci
piet. ⁊ vitā eternā possidebit. Mul
ti aut̄ erunt p̄mi nouissimi. ⁊ no
uissimi p̄mi. Locus iste est cui illa
sententia ꝯgruit. in qua saluator
loquitur. nō veni pacē mittere. ſ;
gladiū. Veni enī hoīem separare a
p̄re suo. ⁊ matrē a filia ⁊ nurū a
socru: ⁊ inimici hoīs domestici ei9.
Qui ergo ꝓpter fidem xp̄i ⁊ predi
catiōem euangeliȷ. oīs effectus
cōtempserint atq; diuitias ⁊ secu
li voluptates. illi centuplū accipi
ent. ⁊ vitam eternā possidebūt. Ex
occasiōe hui9 sententie. quidā in

troducūt mille ānos post resurre
ctōnem. dicētes nobis tunc centu
plū omniū rerū quas dimisim9.
⁊ vitam esse reddēdam. nō intelli
gentes. q̄r si in ceteris digna sit re
promissio. in vxorib9 appareat tur
pitudo. vt is qui vnā pro domino
dimiserit. centū recipiat in futuro.
Sensus ergo iste est. q̄ carnalia ꝓ
saluatore dimiserit. spūalia recipi
et. que cōparatione ⁊ merito sui
ita erūt quasi paruo numero cēte
nari9 numer9 competur. Vnde di
cit ⁊ apostol9 qui vnam tantū do
mū. ⁊ vni9 prouintie paruos agros
dimiserit. Quasi nihil hn̄tes ⁊ oīa
possidētes. Amē inquit dico vobis
q̄r vos q̄ secuti estis me. in regn̄a
tione cū sederit filius hoīs in sede
maiestatis sue. sedebitis ⁊ vos su
p sedes. xiȷ. iudicantes. xiȷ. trib9 is
rahel. Hic dicim9 cū suis discipul̄
iudicaturꝫ ib̄m. Vn̄ ⁊ alibi iudeis
dixit. Si ego in beelzebub eicio de
monia. filiȷ vestri in quo eiciūt.
Ideo ipsi iudices vr̄i erūt. Nec q̄m
sup. xiȷ. sedes sessuros eē ait. duo
decim solos hoīes. cū illo iudicatu
ros putaē debem9. Duodenario q̄p
pe nūo. vniuersa quedā significa
ta est iudicātiū multitudo. ꝓpter
duas ptes numeri septenariȷ. q̄
significat̄ plenū q̄zvniūsitas. Que
due ptes. idest tria ⁊ quatuor. al
tera p alterā multiplicate. duode
cim faciūt. Nam ⁊ quatuor ter. ⁊
tria quater. duodecī sunt ⁊ si qua
alia hui9 duodenariȷ numeī que
ad hoc valeat racio reperit̄. Alio
q̄n quoniā in locū iude traditoris

apostolū mathiā; legim⁹ ordīna
tum. apl's paul⁹ qui plus oībus
illis laborauit. vbi ad iudicādū;
sederat nō habebit. qui ꝑfecto cū;
alijs sc̄is ad numerū iudicū; se p
tinē demonstrat. cū dicit. nescitis
ꝙ angelos iudicabim⁹. De ipsis
quoqꝫ iudicādis. in hoc nūo duo
denario simil' causa est. Nō enim
ꝙ dictū est iudicātes duodecī; tri
bus israhel. trib⁹ leui q̄ tercia deci
ma est. ab eis iudicāda non erit.
aut illū solum populū. nō etiam
gētes ceteras iudicabūt. Qd autē
ait. in regnācōe. ꝑculdubio mor
tuorū resurrectōem noīe voluit re
gnationis intelligi. Sic enī; caro
nostra regnabitur p incorruptio
nem. quēadmodū est anima no
stra regenerata p fidē.

In purificatiōe marie.

Sermo beati Augustini

Hodiern⁹ dies frēs carissi
mi. magnū nobis cōtulit
gaudiū;. in quo crist⁹ in
fans in tēplo est ꝑsentatus. Exul
tent v̄gines. virgo pepit xp̄m. Ni
chil in eo qd vouit putēt extermi
natum. mānsit virgo post partū.
Exultent vidue. infantem xp̄m vi
dua āna cognouit. Exultent cōiu
gate. nasciturum xp̄m dn̄m. eliza
beth nupta ꝓphetauit. Null⁹ gra
dus pretermissus est. de quo nō
haberet testimoniū salus omniū
Nūquid enī; sole virgines ad ce
lorū regnū; ꝑueniūt. Perueniūt
et vidue. Magni meriti fuit illa vi
dua sancta āna A virginitate enī
sua septē annis vixerat cum viro
suo. Quo defuncto. vsqꝫ ad senilē
etatē perueneāt. senectute sancta
Octogīnta namqꝫ gerens ānos.
expectabat infantiā saluatoris.
vt paruū videret ānosa. paruum
cognosceret anicula. intrātem in
mūdum saluatorē videret itura.
Et in masculino sexu tria ipsa ge
nera cōmendata sūt Ipse domin⁹
xp̄c natus. puer est in templo ꝑ
sentatus. exultet pueri. cōtinenti
am vouētes puero. Ipse vero inte
gritatē puericie consecrauit. qui
sue matri fecunditatē attulit. vir
ginitatem nō abstulit. Symeō il
le senex diu vixerat cuius etas cō
parata est āne. et audierat respō
sum. ꝙ nō esset visurus mortē. ni
si videret xp̄m domini. Intelligite
fratres. q̄ntum desideriū habebāt
antiqui sācti videre xp̄m. Sciebāt
ip̄m esse venturū. et omēs qui pie
viuebāt dicebant. O si hic me in
ueniat illa natitas. O si qd credo
in scripturis dei. videa; oculis me
is. Et vt noueritis q̄ntum desideri
um habebāt sancti. qui nouerāt
de scripturis virginem parituram.
sicut audistis cū ysaias legeret.
Ecce virgo in vtero accipiet. et pa
riet filiū. et vocabitur nomē eius
emanuel. Emanuel quid sit. euā
geliū nobis aperuit dicēs. Quod
interpretatur nobiscū deus. Non
tibi ergo sit incredibile quecūqꝫ
infidelis anima. nō tibi videatur
impossibile. vt v̄go pareret. et vir
go pariēs permaneret. Intellige
natum deum. et nō miraris virgi
nis partum. Vt ergo noueritis

antiquos sanctos ⁊ iustos desideras
se videre. qd ꝯcessuȝ est huic seni
symeoni. dn̄s noster ihesus xp̄c
ad discipulos loquēs ait. Multi
iusti ⁊ ꝓphete voluerūt videre. que
vos videtis. ⁊ non viderūt. ⁊ audi
re que auditis. ⁊ non audierūt.
Multū senex iste symeon fuit. ad
audiēdum serus ad vidēdum ma
turus. Nō exspectauit. vt xp̄m au
diret loquētem quoniam vidit in
fantē. Et hoc sibi tantum ꝯcessum
erat iam decrepito. quasi desiderā
ti ⁊ suspirāti. ⁊ dicenti quotidie in
orationibꝰ suis. Qn̄do veniet. Qn̄
do nascetur. Qn̄do videbo. Putas
me hic inueniat illa natiuitas. Pu
tas isti oculi videbūt. per quē cor
dis oculi reuelabūtur. Dicebat is
ta in orationibꝰ suis. ⁊ ꝓ desiderio
suo accepit respōsuȝ. ꝙ nō gusta
ret mortē. nisi videret xp̄m dn̄m. Ge
stabat eū maria mr̄ eius infantē
vidit ille ⁊ agnouit. Vbi nouerat
qd agnouit. Intꝰ est reuelatꝰ. q̄
foris ē natꝰ: vidit ⁊ agnouit. Ag
nouit symeō infantē iacentē. ⁊ oc
ciderūt iudei iuuenē miracula faci
entē. Cum ergo cognouisset. accepit
euȝ in vlnas suas. hoc est in bra
chia sua. ⁊ amplexatꝰ est eū. por
tabat a quo portabat. Ipse est eī
xp̄c sapiētia dei. attingens a fine
vsqȝ ad fineȝ fortiter. ⁊ disponēs
ōnia suauiter. Qn̄tus ibi erat. et
q̄ꝫ magnus. et q̄ꝫ paruꝰ fuerat fa
ctus. Paruꝰ factus. paruos que
rebat. Quid est paruos quērebat.
Nō superbos et elatos: sed humi
les ⁊ mites querebat. In presepi

dignatꝰ est poni. vt esset piorū ci
baria iumētorum. Accepit ergo
eum symeon in brachia sua. ⁊ di
xit. Nūc dimittis domine seruū tu
um in pace. dimittis ī pace. quia
video pacem. Quare ergo dimittis
in pace. Quia viderūt oculi mei
salutarē tuum. Salutarē dei. xp̄c do
minus. Annūciate dieȝ ex die sa
lutare eius. Habetis ergo pueri
puerꝝ xp̄m. sancti senes senem sy
meonē. Si aūt queritis. vt de ꝯiu
gatis aliq̄s vir testimoniuȝ dn̄o
perhibeat. zachariā ꝯsiderate. Ne
mo ergo querat aliud frēs mei.
Xp̄iani fideles. aut virgo. aut vi
dua. aut ꝯiugata. aut vir conti
nēs. aut vxoratus. Quicq̄d plus
esse q̄sqȝ voluerit. nō inueniet qd
ad xp̄m ptineat. Sed nūquid sic
natus est xp̄c. sic remāsit. Creuit
ad iuuentutē pueritie: ꝫ in senectu
tem nō declinauit. Crescat ergo fi
des tua. robur inueniat. ad senectu
tem pueritie nesciat. Sic peruenie
bis ad xp̄m filium dei in pn̄cipio
verbū. verbum apud deum. ver
bum deū: sed verbum caro factū.
vt habitaret nobis. Maiestas ibi
latebat. vbi ifirmitas apparebat.
Symeon in manꝰ suas infirmita
teȝ accepit. ꝫ maiestatē intus ag
nouit. Nemo ꝯtemnat xp̄m na
tum. ⁊ infantē in templo pn̄tatū.
si vult esse renatus. Ad illum pti
nuit ꝓpter nos nasci. ad nos pti
neat in illo renasci. q̄ venit in hūc
mūdum peccatores saluos facere
de quo iohānes in euāgelio dicit
Hic est agnꝰ dei. hic est qui tollit

peccata mūdi. ihesus xp̄c dn̄s nr̄. q̄ viuit & regnat in secula seculoꝝ Amen.

Scd̄m Lucam.

noscit. Queādmoduz si videas ho
minē assidue amicicias medicoꝝ
colentē. ex ipsa re statī intelligis.
ꝙ infirm⁹ est. sic ꞇ cū videris siue
virū siue mulierem de dimittēdis
vxorib⁹ aut viris legē interrogā
tes. ꝯgnosce ꝙ vir ille lasciu⁹ est
et mulier illa mētrix est. Sic ꞇ iu
dei homies fornicati ꞇ cōtaminati.
qui habētes vxores. habere nō vi
debātur. ꝙ vxor illis nō erat qua
si iocūda possessio castitatis. ꟕ q̄i
desertū exilium libidinis illic rele
gate. Nā in matrimonio mox cas
titas delectat. libido autez q̄si vin
culo cōiugij colligata torq̄tur. Et
nō sit nouū q̄d dicim⁹ ꝙ castitas
in mr̄imonio delectat. Nā primus
grad⁹ est castitatis. sincera virgi
tas. secūd⁹ autez fidele ꝯiugiū. Er
go spes secūda virginitatis est. mr̄i
monij casta dilectio. Adierūt ergo
ihesum tēptantes. vt viderēt siue
lenitatis eorū amicus esset. an casti
tatis pron⁹: vt siquidē diceret. ꝙ
licet dimittē laudarent eū. si aūt
non. ꝯtradicerent ei ꞇ hoc est ꝓprie
tēptare. Qui autē vera interrogat
q̄cquid audierit cōquiescit. Si li
cet hōmi dimittere vxorē suaz qua
cumqꝫ ex causa. O effrenata lasci
uia. Sciebāt naqꝫ ꝙ nullā causā
ydoneā hēbant circa dimittēdas
vxores suas. ꝓpt solā turpitudiēz

alias atz alias sibi ꝯiūgebāt Ideo
timuerūt interrogare. ex q̄b9 causis
ne scip̄os infra angustias certaꝝ
cāꝝ ꝯstringerēt. ſ3 interrogauerūt
si ex causis oībus licet. scīētes. q2
modū nescit libido: ſ3 q̄to exercet
tanto magis accēditur. non leuit.
nec infra terminos vni9 ꝯiugij se
capit libido. Ille respōdens ait eis
Nō legistis. q2 qui fecit ab initio
masculū a feminā fecit eos. Dicēs
nō legistis. idest legistis q̄dem: ſ3
noluistis facere q8 legistis. ꝯsciē
tiā illoꝝ ad testimoniū ꝑuocat. vt
ostēdat eis: q2 nō ideo interrogāt. ne
firmiter discāt q8 dubitāt: sed vt
excusabilit faciāt. q8 inexcusabi
liter peccāt. Masculū a feminā. nō
masculū a multas femias vt vni
masculo liceat multas femias pos
sidere. neq3 masculos a feminā. vt
vni femie liceat mltos viros exci
pere. ſ3 masculū a femiaz vt vna fe
mina nullū masculū putz esse in
seculo p̄ter vnū a vn9 mascul9. ne
minē putz feminā esse in seculo p̄
ter vnā. Non eī duas aut tres co
stas dn̄s tulit de latē viri. a duas
aut tres fecit muliēs. Cū g̃ secūda
aut tercia vxor steterit ante faciē
tuā. sicut tūc eua ante adam. quō
illi dicas. hoc nūc os de ossib9 me
is. Nā si vera costa est illa mulier
tamē non tua. Si ergo nō illi dixe
ris. nō illam ꝯfirmes esse ꝯiugē
tuam. si aūt dixeris. mētiris. Si g̃
ad hoc de9 masculū a feminā ex v
no creauit. vt sint in vnū. quaē g̃
de cetero vir a mulier nō ex vno
vtero nascūtur. sicut volatilia que

dā. Quia deus masculū quidē a fe
minā creauit ꝓpter necessitatē fili
oꝝ generādoꝝ. tn̄ semper castita
tis fuit amator a ꝯtinētie auctor.
Ideo illū typū non seruauit in oī
bus vt si quidē vult homo nubē.
scdm primā dispositiōem creatio
nis hūane. intelligat q̄d est vir a
vxor. si autē noluerit nubere. n̄ ha
beat necessitatez nubēdi. ꝓpter ꝯiū
ctiōem natiuitatis. ne forte videat ꝑ
suā continētiam alterā ꝑdere. que
volebat eē i ꝯtinētia. quō dicim9
p9 ꝯiuncto mr̄imonio ne alter al
tero nolēte separet. Propt hoc re
linquet homo prēm a matrē suā.
Propter q̄d. Quia ex viro ē vxor.
a ex vna carne sūt ambo. Ergo n̄c
maior caritas debet eē inter frēs a
sorores. q2 isti q̄dem ex eisdē pa
rentib9 exeūt. isti autē ex diuersis. S3
hoc magnū est nimis. q2 fortior ē
dei ꝯstitutio. q̄ virtus nature. Nō
eī precepta dei nature sūt subiecta
ſ3 natura p̄ceptis obtempat. De
inde. frēs licet ex vno nascātur. ta
mē ideo nascūtur. vt diuersas vi
as petant. vir autē a vxor licet ex
diuersis. tamē ideo nascūtur vt in
vnū ꝯueniāt. Ergo hij q̄uis non
ex vno. ad hoc creati sūt. vt sint v
nū. Vides ergo. q2 non seipm seq
tur ordo natuē. sed ordinatiōnem
dei. Ex tripō ꝯsidera. Q8 enim est
in herbis. aut in arborib9 humor.
hoc est in homib9 amor. Sicut her
be ex humore nascūtur a crescunt
sic hoīes ꝑ amorē incipiūt a augē
tur. Humor q̄dem de radicib9 ascē
dit in herbā. de herba autem nō

reuertit̃ ad radices. ſꝫ ſurſum trãſ
mittit in ſemẽ. ſic ⁊ caritas de pen
tib⁹ aſcendit ad filios. de filijs aũt
non reuertit̃ ad pentes. Ideo pen
tes qui dẽ filios diligũt. ſꝫ non ſic
diligũtur a filijs. qꝛ ſicut herba nõ
deorſũ: ſed ſurſũ ad ſemen trãſmit
tit hũorẽ. ſic ⁊ homo non ad pen
tes: ſꝫ ad ꝓcreãdos filios trãſmit
tit affectũ. Et erũt duo in carne v
na. Sicut qui ſpũalitẽ ſe diligũt
multoꝝ anime quaſi vna anima
dicũtur eſſe dicẽte ſcriptura. oim
credẽtiũ erat cor vnũ. ⁊ anima vna
ſic vir ⁊ vxor quia carnalit̃ ſe dili
gũt. vna caro dicũtur. Dicũt illi.
Quid ergo moyſes p̃cepit dar̃ li
bellũ repudij. Diſplicet peccatib⁹
doctrina iuſticie. grauis eſt forni
carijs. iterp̃tatio caſtitatis. Sꝫ cõ
tra ratiõem q̃d eſt. tũdere nõ poſ
ſunt. veritati tñ credere nõ acquie
ſcũt. Quid igit̃ confrũt ſe ad pro
ximũ viri ſanctiſſimi moyſi. cuius
pſonã verebãtur oẽs ⁊ timebãt.
Vt doctrinã xp̃i quã ratione vin
cere nõ poterãt. p auctoritatẽ lepidi
oris pſone deſtruerẽt. vt dũ moy
ſes irreprehenſibilis reprehendi time
tur. veritatis interp̃tatio taceat. ſi
cut ſolent hoies facere. malã cãm
habẽtes confugiũt ad potẽtes vi
ros. vt ⁊ ſi iuſticia nõ poteſt. vin
cat pſona. Tanq̃ ſi ita inuidioſe
reſpõdeãt. Quid ergo moyſes p̃ce
pit in lege. q̃ fuit quaſi viſibilis
lingua inuiſibil̃ dei. qui incorrup
tibilẽ gloriaꝫ. corruptibilib⁹ ocu
lis vidit. ⁊ teſtimoniũ deitatis in
vultu ſuſcipiens. portauit ad po
pulũ. Tu autẽ homo viliſſim⁹.
fabri lignarij fili⁹. quõ deſtrues
q̃ ille cõſtituit. Si fili⁹ dei es ſicut
dicis. q̃re cõfundis miniſtꝝ tuũ.
Si homo es ſimilis noſtri. quõ re
prehẽdis tuum auctorẽ. Si maluꝫ
eſt. q̃re precepit. Si bonũ eſt. q̃re
deſtruit̃. Tũc ait iheſus. Moyſes
ꝓpter duriciã cordis veſtri pmiſit
vobis dimittẽ vxores veſtras. Fre
quenter vobis moyſes ꝓpter duri
ciã veſtrã iniuſticiã quaſi iuſtici
am p̃cepit. in heremo hoſtias deo
offerre. Et quõ dicit p ꝓphetã. Nõ
accipiã de domo tua vitulos. neqꝫ
de gregib⁹ tuis hyrcos. Sꝫ qꝛ pr̃es
veſtri egreſſi erant de egipto. cor
pore tñ non aĩo. naꝫ totã egiptũ
ſecũ in morib⁹ baiulabant. vidit
itaqꝫ eos moyſes. ꝓpter delectati
onẽ carnalẽ. circa ſtudia ſacrifici
orũ eſſe inclinatos. ſi mãdaſſꝫ eis
recedere a ſacrificijs. nõ fuerat au
diẽdus. qꝛ ãnoſa paſſio. medica
mẽto momẽtaneo nõ curatur. iuſ
ſit eos ſacrificar̃ quidẽ: ſꝫ nõ iam
demonib⁹. ſicut in egipto. ſꝫ deo vi
uo. Dimidiũ mali pmiſit. ne totũ
pderet bonũ. Hac ratione pmiſit
vos dare libellũ repudij. qꝛ meli⁹
iudicauit permittẽte lege mr̃imo
nia ſolui. q̃ꝫ odio cõpellente homi
cidiũ fieri. Permiſit vobis mala fa
cere. ne faceretis peiora. Ergo vob
hoc pmittẽdo. nõ vobis dei iuſtici
am demõſtrauit: ſꝫ a pctõ abſtu
lit culpã peccandi. vt quaſi ſm le
gẽ agentib⁹ vobis peccatũ veſtrũ
nõ videat̃ eſſe peccatũ. vt pote ſicut
habeat ſecũ. qui furat̃ ⁊ inebriat

se· cōsiderans dominꝰ· quia si vteū
qꝫ insimul mandauerit obserua
re· nihil proficit· mādat illi vt bi
bat q̊dem q̄ntum vult: ſ; publice
bibat· vt hoc q̊dem qd bibat· sit
s̄m nouū bonum vt paulatim dis
cat obaudire p̄ceptis· Sic permis
sum est ⁊ repudiū· malū quidē: ſ;
licitū. Hac ratōne ⁊ apostoli p̄ce
pto ꝯ̄t secūdas adire nuptias· ꝓpt̄
incōtinētiam hoīm. Nam secūdam
quidē accipe· s̄m p̄ceptū apostoli
est· s̄m veritatis autē ratiōe; vere
fornicatio est· Si scd̄m p̄mittentē
deū publice ⁊ licenter cōmittitur
fit honesta fornicatio· Propterea
bene dixit· quia moyses hoc p̄mi
sit· nō p̄cepit. Aliud est ei precipe
aliud p̄mittere· Qd eni; p̄cipimꝰ
semp erit· qd autē p̄mittimꝰ· no
lentes p̄mittimꝰ· qꝛ malas hoīm
volūtates· ad plenum prohibere
nō possumꝰ· Amē dico vobis· qui
cūqꝫ dimiserit vxorē sua;· excepta
causa fornicatōnis· mechat̄· Om
nis res p quas causas nascit̄· per
ipsas absoluit̄. Matrimoniū eni;
nō facit coitus: ſ; volūtas· et ideo
nō illud soluit sepatio corpis: sed
sepatio volūtatis. Ideo q̄ dimittit
cōiugē suam· ⁊ aliam nō accipit
adhuc maritꝰ est· Nā corpe iam
sepatus est· tamē adhuc volūta
te cōiunctus est. Cum ēgo altrā
acceperit· tūc plene dimittit· Non
ergo q̄ dimittit mechat̄· sed qui
alterā ducit. Sicut aute; crudelis
est ⁊ iniquꝰ est· qui casta; dimit
tit· sic fatuꝰ est ⁊ iniustus· qui reti
net meretrice;· Nam patronꝰ tur

pitudinis eiꝰ est· qui crimen celat
vxoris. Imitatores ergo debemꝰ es
se dei· vt sicut ille agit cū ecclesia·
sic nos agamꝰ cum cōiuge· Ille ei
nunq̄ derelinquit populū· nisi ad
gentilitatē· vel ad heresim volūta
te trāsierit. Alias autem peccantē
castigat quidē· tamē miserei non
cessat· dicēte propheta Si dereliq̄
rint filij eius lege; meā· visitabo ī
virga iniquitates eorū· misericor
diam autē meam nō dispergā ab
eis. Sic ⁊ vir meretricē quide; di
mittat· alias autē male morata;
castiget ⁊ teneat. Quomō? Tribꝰ
modis. Primū docendo s̄m deū· si
autē timorē dei non sentit· impro
perando vt vel hoīes erubescat· Si
nec pudorē sentit frequēter ꝯfusa
faciat illi qd p̄cepit salomon· du
rā baculo percute. Ergo primū am
more· qꝛ multū proficit doctrina
iusticie· deinde ꝯfunde· quia frequē̄
ter ⁊ pudor· frenu; est vicioꝝ· ter
cio iustū est vt castiget̄· quasi an
cilla que erubescere nescit vt libera.
Aliter. De galilea turbe in misteri
um gētiū secute sūt dn̄m· in fines
iudee· ibiqꝫ curate sūt. Iusteqꝫ in fi
nes trāsierūt iudee. Nec eni potuis
sent curari· nisi relictis finibꝰ suis
in fines trāsissent iudee· sicut scrip
tum est in ysaia ꝓpheta· Et venient
oms gentes ⁊ dicent Venite ascē
damꝰ ad montē domini· ⁊ i domū
dei iacob· ⁊ annūciabit nobis vi
am suā· ⁊ ābulabimꝰ in ea· Et cu
rate sūt gētes in finibꝰ iudeoꝝ· ad
cōfusiōem ipsoꝝ· quia gētes qui
dem ⁊ in aliena secute sunt xp̄m·

iudei autẽ in suis finib⁹ constitutũ
tẽptauerũt ⁊ repulerũt ⁊ in forni
cacõib⁹ suis corpalib⁹· fornicatio
nem suã ↄfessi sunt spũalem dicẽ
tes· si licet viro dimittẽ vxorẽ suaꝫ
q̃cumq; ex causa· q̄ nõ animo p̄t
esse cast⁹· qui corpe est lasciuus
hoc est nõ potest deo esse fidelis· q̃
vxori sue pfid⁹ est· sicut nec ex di
uerso cõscientiã seruat· qui deo fi
dem nõ seruat· ꝟ altera alteri⁹ for
nicacõis est accusatrix· Nã ⁊ si in
teriꝫ nõ preuaricat̃ lascau⁹· tamẽ
iam in eo statut⁹ est· vt p̄uaricet̃
⁊ corruptio psuasiõis accesserit
Et illi quideꝫ ꝫm carnẽ interroga
bãt· que pati merebãtur ꝫm spi
ritũ· si licet dimittere vxorẽ quaci
q; ex causa Xp̄c autem eis respõ
dit· qd facere eos decebat dicens·
Quicũq; dimiserit vxorẽ suam· nisi
ob causaꝫ fornicacõis ⁊ aliã duxe
rit· mechat̃· Sicut eniꝫ vxorẽ quo
cũq; modo cõtra voluntatẽ viri agẽ
tem· dignũ est repellere· nõ auteꝫ
iustũ est· q̄tum ad grauitatẽ viri
nisi ob causam fornicacõis· sic ⁊
ecclesia quocũq; modo cõtra volũ
tatẽ egerit xp̄i· abici digna est· n̄
autẽ abicitur ꝓpter longanimita
tem xp̄i· nisi sola causa trãsgressi
onis. Sicut enim xp̄c si dimisisset
prius ecclesiã iudeoꝝ· non eis sub
ministrãs per scripturas noticiã
diuinitatis sue· ip̄e faciebat eã adul
terare cũ diis extraneis qm̃ natu
ra racõnabilis ⁊ sbdita deo ⁊ a deo
creata· sine deo nõ potest esse· sic
xp̄o conscientiã sue diuinitatis sub
ministrãte· quõ in ã synagoga tũ
sibat ad ydola· inexcusabilr̃ adul
tera est repta. Propter qd repulit
eam xp̄c· Nõ repulit eaꝫ quacũq;
ex causa: sed ꝓpter fornicacõis ip
si⁹ causam· quia nõ solum relicto
xp̄o· dyabolo se cõiunxit: sed etiaꝫ
interfecit· pro quo mori debuerat
Ab inicio ei deus genuit xp̄m· de
inde creauit homĩem racionabilẽ
naturã angeloꝝ ⁊ animarũ· quã
si cõiugẽ potentẽ suscipe verbũ ip
sius Ideo clamat· qd deus ↄiunxit
homo nõ separet· Et multis q̃deꝫ
modis homo separat· qd deus cõ
iunxit. Quãdo eniꝫ quis aut dicit
aut facit aliquid· p qd scãdalisã
ti homĩes recedant a xp̄o· homo se
parat qd deus ↄiunxit· Sꝫ ⁊ si nul
lus alr̃ hoc faciat· ipse autẽ se ho
mo peccãs a deo p̄cidat· repellens
spiritũ eius a se· homo videt̃ sepa
rasse· qd deus cõiunxit· Dicunt ei
discipuli· Si ita ẽ causa viro circa
vxorẽ· non expedit nubere. Audiẽ
tes ⁊ apostoli cogitabãt apud se.
Mulier bona difficile inuenit̃· pro
testãte salomone· In mille quidẽ
vnũ viruꝫ inueni· mulierẽ autẽ in
hiis oibus nõ inueni Quid est ãt
aliud mulier nisi amicicie inimica·
ineffugabilis pena· necessariũ ma
lũ· naturalis tẽptatio· desiderabil̃
calamitas· domesticũ periculũ· de
lectabile detrimentũ· mali naturã
boni decore depicta. Ergo si dimit
tere illã peccatũ est· tenẽ illaꝫ vero
tormẽtuꝫ est· necesse est vt aut di
mittẽtes adulteriuꝫ facia⁹· aut te
nẽtes quotidianas pugñs ⁊ ama
ritudĩes habeam⁹ Ideo respõderũt

Si ita causa est viro cũ vxore. ñ ex
pedit nubere. Tũc dñs non dixit.
q expedit: sed magis cõsensit. q
ñ expedit. ꝫ infirmitatẽ carnis as
piciẽs dixit. Non oẽs capiũt ver
bũ istud. ꝫ quib⁹ datũ est. Nõ di
xit. non oĩs pñt. ꝫ non omẽs ca
piũt. idest oĩs cape possunt. nõ
tamẽ cape volũt. Palma ꝓposita
est Qui cõcupiscit gloriã. nõ cogi
tat de laborẽ. Nemo vinceret si oẽs
periculũ pugne timerẽt. Ex eo q
qdam nõ possũnt. ⁊ a ꝓposito cõ
tinẽtie cadũt. nõ debem⁹ circa vir
tutẽ castitatis fieri pigriores. Si
enim quidã in pugna cadẽtes nõ
exanimãt ceteros sed dicũt illis.
si datum fuisset. rem nõ applicãt
pugne ꝫ hoi. q̃to magis nos cadẽ
tes negligẽtie imputaẽ debem⁹. ñ
difficultati virginitatis. Qd autẽ di
cit. quib⁹ datũ est. nõ hoc signifi
cat. qm̃ quibusdã datur. quibus
dã non datur: sed illud oñdit. q
nisi auxiliũ gratie accepim⁹ nihil
ex nobis valeam⁹ Qm̃ autẽ volen
tibus gratia non denegat. in euã
gelio dñs dicit. Petite ⁊ dabit vo
bis. querite ⁊ inuenietis. pulsate
⁊ apietur vobis Omnis em̃ qui pe
tit accipit. ⁊ qui q̃rit inueĩt. ⁊ pul
santi apietur. Debet aũt volũtas
p̃cedere ⁊ sic sequit̃ gratia. Nã ne
q gratia sine volũtate aliq̃d opa
tur. nec volũtas q̃d sine gratia p̃t
Nã ⁊ terra nõ germinat. nisi p lu
uiã susceperit. nec pluuia fructificat
sine terra. Tu

De sanctis infra festũ pasce ⁊
pentecostes.

Scdm Johãnem

In illo tẽpore Dixit

ihesus discipul' suis. Ego sũ vitis
vera. ⁊ pr̃ me⁹ agricola ẽ. Et reliq̃
Omel' beati Augustini.

Iste locus euangelic⁹ fratres. vbi
se dñs noiat vitẽ. ⁊ discipulos su
os palmites. ſm hoc dicit. qd est
caput ecclesie. nosq mẽbra eius
mediator dei ⁊ hominũ. homo cris
tus ihesus Vnus quippe nature
sũt. vitis ⁊ palmites. Propter qd
cũ esset de⁹ cuius nature nõ sum⁹
fact⁹ est homo. vt in illo esset vitis
hũana natura. cuius ⁊ nos homi
nes palmites esse possem⁹. Quid
ergo est. ego sum vitis vera. Nũ
quid vt adderet vera. hoc ad eã re
tulit. vñ ista similitudo tracta est.
Sic em̃ dicitur vitis p similitudi
nem. nõ p proprietatem. quẽad
modũ dicit̃ ouis. agn⁹. leo petra
lapis ãgularis ⁊ cetrã huiusmõi
que magis ipsa sũt vera ex quib⁹
dicũtur iste similitudies. nõ ꝓprie
tates. Sed cũ dicit. ego sum vitis
vera. ab illa vtiq se discernit. cui
dicit̃. quomõ cõuersa es in ama
ritudinẽ vitis aliene. Nã quo pa
cto est vitis vera. q̃ expectata est
vt faceret vuã. fecit autẽ spinas.
Ego sum inquit vitis vera. et pa
ter me⁹ agricola est. Omnem pal
mitem in me nõ ferẽtem fructum
tollet eũ. ⁊ omnem qui fert fructũ
purgabit eum. vt fructũ plus af
ferat. Nũquid vnũ sunt agricola
et vitis. Scdm hoc ergo crist⁹ vi
tis. scdm qd ait. pr̃ maior me est

ſcd̄m id aūtez qd ait. ego ⁊ pater
vnū ſumꝰ ⁊ ipſe agricola eſt. nec
talis q̄les ſunt. q̄ extrinſecꝰ opan
do exhibēt miſteriuz. ſꝫ talis vt det
etiā intrinſecꝰ incremētuz Nā neqꝫ
q̄ plantat ē aliquid. neqꝫ q̄ rigat
ſꝫ qui incrementū dat deꝰ. Sz vtiqꝫ
deus eſt xp̄c. qꝛ deꝰ eāt verbū. vn̄
⁊ ipſe ⁊ pater vnū ſunt Et ſi verbū
caro factū eſt qd non eāt. manet
qd erat Deniqꝫ cū de patre. tamꝙ̄
de agricola dixiſſet. qꝛ infructuo
ſos palmites tollat. fructuoſos
autez pūrget vt fructū plus affe
rāt. ꝯtinuo etiā ſeipſuz mūdatorē
palmitū oñdens Jā vos iquit mū
di eſtis ꝓpter ſermonē quez locu
tus ſū vobis. Ecce ⁊ ipſe mūdator
eſt palmitū qd eſt agricole nō vi
tis officiū. qui etiā palmites opa
rios ſuos facit. Nā ⁊ ſi nō dant in
crementū. impendūt tn̄ aliqd ad
iumentū. ſꝫ nō de ſuo. qꝛ ſine me i
q̄t nihil poteſtis facere. Audi etiā
ipſos ꝯſitētes Quid aūt eſt appol
lo. Quid autē paulꝰ. Miniſtri ꝑ
quos credidiſtis ⁊ vnicuiqꝫ ſicut
dn̄s dedit. Ego plātaui. appollo ri
gauit. Et hoc ꝗ ſicut vnicuiqꝫ dn̄s
dedit. Non itaqꝫ de ſuo. Jā vero qd
ſeq̄tur. ſꝫ deus incrementū dedit. n̄
ꝑ illos: ſed ꝑ ſemetipſū facit. Exce
dit hoc humanā humilitatē. exce
dit angelicā ſublimitatē. nec ōi
no ꝑtinet niſi ad agricolā trinita
tē. Jam vos mūdi eſtis. Mūdi ſcz
atz mūdandi. Neqꝫ eñ niſi mūdi
eēnt. fructū ferre potuiſſent. ⁊ tn̄
om̄e qd fert fructuz purgat agri
cola. vt fructū plꝰ afferat. Fert fru
ctū qꝛ mūdus eſt. atqꝫ vt plus af
ferat. purgat adhuc Quis ei eſt
in hac vita ſic mūdus vt n̄ ſit ma
gis magiſqꝫ mūdandus. Vbi ſi
dixerimꝰ. qꝛ peccatū non habemꝰ
nosipōs ſeducimꝰ. ⁊ veritas in no
bis nō eſt. Si autē ꝯfeſſi fuerimꝰ
peccata noſtrā. fidel eſt ⁊ iuſtꝰ. qui
dimittet nobis peccata. ⁊ mūdet
nos ab ōi iniq̄tate. Mūdet itaqꝫ
mūdos. hoc eſt fructuoſos. vt tā
to ſint fructuoſiores. quāto fuerint
mūdiores. Jā vos mūdi eſtis. ꝓpt
verbū qd locutꝰ ſum vobis Quare
n̄ ait. mūdi eſtis ꝓpter baptiſmū
quo abluti eſtis: ſꝫ ait. ꝓpter ver
buz qd locutꝰ ſum vobis. niſi qꝛ ⁊
ī aqua verbū mūdat. Detrahe v
bū. ⁊ q̄d eſt aqua niſi aqua. Ac
cedit verbū ad elementū. et fit ſa
cramentū. etiā ipſū tanꝙ̄ viſibile
verbū. Nā ⁊ hoc vtiqꝫ dixerat. qn̄
pedes diſcipul lauit. Qui lotꝰ eſt
nō indiget vt lauetur. ſed eſt mū
dus totus Vnde iſta tanta virtus
aque vt corpꝰ tangat. ⁊ cor ablu
at. niſi faciēte verbo. nō quia dicit
ſed qꝛ creditꝛ. Nam ⁊ in ipō verbo
aliud eſt ſonus trāſiens. aliud
virtus manēs. Hoc eſt verbū ſi
dei qd predicamꝰ ait apoſtolus.
quia ſi cōfeſſus fueis in corde tuo
quia dn̄s eſt ihesus. ⁊ credideris
ī corde tuo. quia deꝰ ſuſcitauit illū
a mortuis. saluꝰ eris Corde eñ cre
ditur ad iuſticiā: ore autē ꝯfeſſio
fit ad ſalutē Vnde ⁊ in actibꝰ apo
ſtolorū. fide mūdans corda eorū
Et i epiſtola ſua beatus petrꝰ Sic
⁊ vos inq̄t ſaluos facit baptiſma

nõ carnis depositio sordium: sed ↄsciẽtie bone introgatio. Hoc est verbũ fidei qd pdicam⁹. quo sine dubio vt mũdare possit ↄsecratũ & baptism⁹ Xp̃c quippe nobiscũ viti s. cũ p̃re agricola dilexit eccãm & seipm̃ tradidit p ea Lege aplm̃ & vide q̃d adiũgat. Vt eam sãcti ficaret inq̃t. mũdans eã lauacro aque i verbo Mũdatio igitur neq̃ q̃ fluxo & labili tribuẽtur elemẽto. nisi adderetur in vbo. Hoc verbũ fidei tantũ valet in ecclĩa dei. vt per ipsam credẽtem. bñdicentẽ. tingẽtem. etiaʒ tantillũ mũdet infantẽ. q̃uis nõdũ valentẽ corde credere ad iusticiã. ore cõfiteri ad salutẽ. Totũ hoc fit p verbũ de quo dñs ait. iam vos mũdi estis. ppter verbum qd locut⁹ sum vobis. Manete inq̃t in me. & ego in vobis. Non eo mõ illi in ipso. sicut ipse i illis. vtrũq3 em̃ pdest nõ ipsi sed illis. Ita sunt q̃ppe in vita palmites vt viti nõ conferant: sed inde accipiant vt viuant Ita vero vitis est in palmitib⁹. vt vitale alimẽtũ subministret eis. ñ sumat ab eis. ac p hoc & manentẽ in se habere xp̃ʒ & manere in xp̃o discipulis pdest vtrũq3: non xp̃o. Naʒ p̃ciso palmite p̃t de viua radice ali⁹ pullulare. q̃ autẽ precisus est. sine radice nõ p̃t viuere. Deniq3 adiũgit & dicit Sic palmes nõ potest ferre fructũ a semetip̃o: nisi mãserit in vite. sic nec vos nisi in me mãseritis Magna gratie cõmendatio fr̃es mei. Corda instruit humiliũ. ora obstruit sup̃borũ Ecce cui si audent respondeãt. q̃ ignorãtes dei iusticiã. & suã volentes cõstituere. iusticie dei nõ sunt subiecti. Ecce cui respõdeãt sibi placẽtes. & ad bona opa faciẽda. deum sibi necessariũ non putãtes. Nõne huic resistũt veritati. homĩes mẽte corrupti. reprobi circa fidem. qui respondẽt & loquũtur iniquitatẽ. dicentes. a deo habem⁹ qd homĩes sumus. a nobisip̃is qd iusti sum⁹ .n. Quid dicitis qui vosip̃os decipitis. nõ assertores: sed p̃cipitatores liberi arbitrij. ex alto elatiõis p inania presũptionis. in pfũda sũmersiõis .n. Nẽpe vox vestra est q homo ex semetipso facit iusticiã. Hoc ẽ altũ elatiõis vestre: sʒ veritas cõtradicit & dicit. Palmes nõ potest ferre fructũ a semetipso. nisi mãserit i vite Ite nũc p abrupta. et non hñtes vbi figamini vẽtõsa loquacitate iactamini Hec sũt inania p̃sumptionis vestre. Sʒ q̃d vos sequat̃ videte. & si est i vobis vll⁹ sensus horrete. Qui em̃ a semetipso se fructum existimat ferre. in vite nõ est Qui in vite nõ est. in xp̃o non est. Qui in xp̃o non est. cristian⁹ non est. Hec sunt profũda submersionis vestre. Etiã atq3 etiam cõsiderate. quid adhuc veritas adiũgat & dicat. Ego sum inquit vitis. vos palmites. Qui manet in me & ego in eo. hic fert fructuʒ. quia sine me nichil potestis facẽ. Ne quisq̃ putaret. saltem aliquẽ fructum paruũ posse a semetip̃o palmitẽ ferre. cũ dixisset. hic fert fructũ multum. nõ ait; quia sine me parum

potestis facere: ꝫ nihil potestis fa
cere. Siue ergo parū siue multū.
sine illo fieri non potest. sine quo
nihil fieri potest. quia ⁊ si parū at
tulerit palmes. eū purgat agrico
la. vt plus afferat. Tamē nisi in
vite māserit. ⁊ vixerit de radice. q̄̄
tumlibet fructū a semetipso nō po
test ferre. Quis autem xp̄e vitis
non esset. nisi homo esset. tamē is
tam grām palmitib9 non p̄beret.
nisi etiā deus esset. Verū quia ita
sine gratia n̄ potest viui. vt mors
in p̄tāte sit liberi arbitrij. si quis
inquit in me nō manserit. mittet
foras sicut palmes ⁊ arescet. ⁊ col
ligēt eum ⁊ in ignem mittēt ⁊ ar
det. Ligna itaqꝫ vitis tanto sūt cō
tēptibiliora. si in vite non manse
rint. q̄̄to gloriosiora. si māserint
ꝺ eniqꝫ sicut de hijs etiā p ezechi
elem ꝓphetam dominꝰ dicit. p̄cisa
nullis agricolarū vsibus ꝓsunt.
nullis fabrilib9 opibus deputan
tur Vnū e duobus palmiti ꝯgru
it. aut vitis aut ignis Si in vite n̄
est. in igne erit. Vt ego i igne nō
sit. in vite sit. Si māseritis in me in
quit. ⁊ verba mea in vobis māse
rint. q8 cumqꝫ volueritis petetis.
fiet vobis. Manēdo quippe in xp̄ō
quid velle p̄nt. nisi q8 ꝯuenit xp̄ō
Quid velle p̄nt manendo in salua
tore. nisi q8 n̄ alienū est a salute
Aliud volum9 quippe. quia sum9
adhuc in hoc seculo. de māsione
namqꝫ hui9 seculi nobis aliqñdo
subrepit. vt hoc petamus q8 no
bis nō expedire nescim9. Sꝫ absit
vt fiat nobis si maneam9 in xp̄ō.
qui non facit q8 petimus. nisi q8
expedit nobis. Manētes ergo in
eo. cū verba eius in nobis manēt
quod cūqꝫ volueri9 petimus ⁊ fiet
nobis. qr si petim9 ⁊ non fiet. nō
hoc petim9 q8 habet māsio in eo.
nec q8 verba eius que manēt in
nobis. ꝫ q8 habet cupiditas ⁊ in
firmitas carnis. que nō est in eo
⁊ in quo non manēt verba eius.
Nam vtiqꝫ ad verba eius p̄tinet
oracō illa quā docuit. vbi dicim9
Pater noster q̄ es in celis Ab hu
ius oracōnis verbis ⁊ sensib9 nō
recedamus peticionib9 n̄ostris. ⁊
q̄cquid petierim9. fiet nobis Tūc
enim dicēda sunt verba ei9 in no
bis manere. qñdo facim9 que p̄
cepit. ⁊ diligim9 que ꝓmisit Qñdo
autē verba eius manēt in memo
ria. nec inueniūtur in vita. non cō
putatᷓ palmes in vite. qr vitaꝫ nō
attrahit ex radice Ad hanc diffe
rentiā. valet quod scriptū est. me
moria retinentib9 mādata ei9. vt
faciāt ea. Multi enī memoria reti
nent. vt cōtemnāt. vel etiam deri
dent vt oppugnēt ea. In hijs ver
ba xp̄i non manēt. quia tangūt
quodāmodo nō coherent. et ideo
non illis erūt in beneficiū: ꝫ in te
stimoniū. Et quia sic insūt eis. vt
nō maneāt in eis. ad hoc tenētur
ab eis. vt iudicētur ex eis. Tu

Explicit pars hyemalis de
sanctis.

Ometie ⁊ postille venerabiliū
doctoꝝ gregorij. augustini. iero
nimi. ambrosij. bede. herici. leonis
⁊ maximi integraliter super euan
gelia p estatem. cū quibusdā ser
monibus eorundē sparsim interposi
tis. incipiunt feliciter.

Pars estiualis.

In vigilia penthecostes.

Scđm ioħem

In illo tēpore Dixit
iħs discipul' suis. Si diligitis me
mandata mea ſuate. ⁊ ego roga
bo p̄rem ⁊ alium paraclitum dabit
vobis: vt maneat vobiscū in eter
num Et reliqua Omelia beati gre
gorij pape.

Via
scī spūs
hodie fra
tres caris
simi cele
bramus
aduentū
debemus
ipsi congruē solemnitati quā coli
mus. Hoc etenī ordine tm̄ festiui
tatis hꝰ digne gaudia celebramꝰ
si nos q̄ꝫ dn̄o opitulāte aptos red
diderimꝰ ad quos spiritusſcūs ad
uenire: ⁊ in quibus hītare digne
tur. Ea aūt solummō rōe aduētu
⁊ illustratōne spūſſancti apti exi
stimꝰ: si ⁊ corda nrā diuino amo
re repleta: ⁊ corpora sint dn̄icis
mancipata p̄ceptis Unde in exor
dio lectionis hꝰ euangelice disci
pulis veritas ait. Si diligitis me:
mandata mea ſuate. Et ego roga
bo p̄rem ⁊ alium paraclitū dabit vo
bis. Paraclitus quippe cōsolator
interpretat̄. Et spūſſanctus recte
paraclitus vocat̄. q2 corda fidelium
ne inter hꝰ seculi aduersa deficiāt
celestis vite desiderijs subleuat ac
reficit. Vn̄ in actibꝰ aplōꝝ crescē
te scā ecclesia dr. Et edificabatur
ambulans in timore dn̄i ⁊ ꝯsolati
one scī spiritus replebatur. Qd er
go ait. si diligitis me mādata me
a ſuate. ⁊ ego rogabo p̄rem ⁊ ali
um paraclitum dabit vobis. In ipſ
quidē discipulis q̄ vere eū dilexisse
vere mandatis eius obedisse non
dubitant̄. hodierna die ꝯpletū ē
qn̄ illis in cenaculo orantibus: re
pente spūſſanctus in igneis ling
uis apparuit. eosq3 ⁊ in ore p diu
sitatē linguaꝝ docuit. ⁊ in corde p
amoris sui ꝯsolacōem roborauit.
Hēbant aūt ⁊ prius paraclitum ip
sum viz dn̄m secū in carne ꝯmorā
tem: cuius ⁊ miraculoꝝ dulcedie
⁊ ope predicacōis ne infideliū per
secucōe scandalisari possent: erigi
⁊ ꝯfortari solebant. Verū q2 ille
post resurrectionē ascēdens in celū
eos corpaliter deseruit: quibus tn̄
diuine p̄ntia maiestatis nunq̄ de
fuit recte de hoc paraclito .i. spū san
cto subiunxit. vt maneat vobiscū
in eternū. In eternū quippe manꝫ
cū sanctis quos ⁊ in hac vita sem
p inuisibiliter intus illustrat ⁊ in
futuro ad ꝯtemplandū perpetuo
spēm sue maiestatis introducit.
Sed ⁊ nos fratres carissimi si xp̄m

pfecte diligimus: ita vt eiusdem dilectionis veritatē mandatoꝝ obseruacōe ꝓbemus: rogabit etiam ꝓ vobis p̄rem: et alium paraclitum dabit vobis pater. Rogabit p̄rem ꝑ humanitatem qui dabit cū p̄re per diuinitatē. Neq₃ enī putandū est. q꜡ ante passionē suam tm̄mo do pro ecclesia rogauerit: ⁊ non etiā nunc post ascensionem roget: cum dicat de illo apostolꝰ. Qui est ad dexterā dei. qui etiā interpellat ꝓ nobis. Habemus autē ⁊ nos paraclitum dn̄m nostrum ihesum xp̄m. quem ⁊ si corpaliter videre neq̄mus ea tamen que in corpe gessit ⁊ docuit: in euangelijs scripta tenemus. Et in hijs audiendis. legendis. inuicem cōferendis. corde ⁊ ope ꝯseruandis curaȝ impendimꝰ: ꝯstat nimiꝝ q꜡ erumnas seculi facilime quasi dn̄o nobiscum ꝑpetuo ꝯmorante ac nos ꝯsolante vincamus Si ergo hunc paraclitum diligimus. eiusq₃ mandata seruamus: rogabit patrem ⁊ alium paraclitum dabit nobis ⁊ spūs sui gratiā nostris cordibus clementer infundet q̄ nos inter aduersa p̄ntis exilij: patrie celestis expectatione letificet. ita vt cuȝ ꝓpheta possimus dicere Scd̄m multitudinē doloꝝ meoꝝ in corde meo paraclises ⁊ consolacōnes tue letificauerunt animā meam. Aliuȝ ergo inquit paraclitum dabit vobis: vt maneat vobiscū in eternuȝ. Et addidit Sp̄m veritatis quē mundus non p̄ot accipe. Mundū aūt appellat homines mundi hꝰ amo

ri deditos. sicut econtra sc̄i qui celestium desiderio flagrant: recte celi vocantur dicente psalmista. Et annunciabunt celi iusticiā eius populo qui nascetur. Qd̄ est apte dicere. Annunciabunt excelsi mēte. voce. actione doctores iusticiaȝ eius. populo q̄ ad fidem veniendo nuꝑ in illo nasci desiderat Quisq̄s igitur ꝯsolationem foris in mundi rebꝰ inquirit. hic diuine ꝯsolacōnis munere intus reformari nō valet. Quisquis infimis delectacōnibꝰ inhiat: non potest spiritum veritatis accipere. Fugit enī spiritus veritatis cor quod vanitati s̄b ditum cernit. solosq₃ eos quos mādata veritatis ꝑ dilectionem opari ꝯspicit: aduentus sui luce refic. Vnde bene cū diceret. quem mundus non p̄ot accipere: mox addidit dicens. q꜡ non videt eum: nec scit eum. Vos autem cognoscetis eum. q꜡ apud vos manebit: ⁊ in vobis erit. Dn̄m namq₃ saluatorem ⁊ infideles ante passionēȝ in carne viderunt. sed q꜡ dei filius erit q꜡ paraclitus a deo missus in mund nō nisi fideles scire potuerūt. Spiritum aūt sanctum neq₃ oculis videre infideles: neq₃ animo cognoscere valebant. q꜡ non indutꝰ humanitate discipulis apparuit: sed ita ad eos venire. ita apud eos mansit manē vt in ipsis eoꝝ cordibꝰ gratissimā sibi sedē ꝯsecraret. Hoc ē enī qd̄ ait. Vos aūt cognoscetis eū q꜡ apud vos manebit ⁊ in vobis erit Qui aūt inuisibiliter in hac vita manȝ cū electis: inuisibiliter vtiq₃ eis

gratiam sue cognitionis exhibet.
Non vos relinquã orphanos: ve
niã ad vos. Videbat enĩ infidelibus
ꝙ moriens in cruce dñs discipulos
relinqret orphanos: ſz non reliqt
orphanos quibꝰ ⁊ seipsũ prebuit
viuũ post passionem suaz in mul
tis argumentis ꝑ dies quadragi
ta. ⁊ post dies decem assumpcõis
sue hoc est hodierna die spiritus
sancti illos de celo carismate dona
uit. Vbi ipsum xp̄m ad eos venis
se nullꝰ ambigit: qui inseparabilez
sancte trinitatis naturã. virtutẽ ⁊
operationem esse cognouit. Quod ip
sum latius exequens qñtum cau
sa illorum de gente nõ scã sit discreta
denunciat. Adhuc modicũ ⁊ mũ
dus me iam nõ videt. Vos aũt vi
detis me. ꝙ ego viuo ⁊ vos viuetis
Nam ꝙ hec ad passionẽ iturus lo
quebatur: modicũ erat vsqꝫ ad tem
pus explete passionis. ex quo il
lũ reprobi nunꝗ videre valebant
Soli etenim iusti qui morte illius
erant contristati. gaudium resurrectõ
nis eius videre meruerũt. At q̃ vi
sa morte eius exultabant: nequa
ꝗ̃ ipsi visa eius resurrectione leta
ti: sed audita conturbari ac dolorez
ꝓut decebat habebant. Vos aũt
videtis me inquit. ꝙ ego viuo et
vos viuetis. Ego viuo presentis
tp̄is verbo posuit. ⁊ vos viuetis fu
turi. ꝙ nimirũ in ꝓximo esse cerne
bat. ideoqꝫ quasi p̄ntem nomina
bat horã in qua ipse morte destru
cta in eternã resurgeret vitaz. illo
rum vero vitam in futuro nouerãt
esse differendã. quos ⁊ vsqꝫ ad pre
finitũ mortis sue tp̄s singulos pro
ingressu vite perennis agonisare
⁊ vsqꝫ ad finẽ seculi resurrectionẽ
sui corporis exspectare oportebat.
Ait ergo. Adhuc modicũ ⁊ mun
dus me iam non videt. vos autez
videtis me ꝙ ego viuo ⁊ vos viue
tis. Ac si apte dicat. Adhuc mõi
cum ⁊ mundi amatores me mor
talem vltra videre desistunt. resur
gentẽ vero a mortuis cernere neq̄
unt. ꝙ illam nesciunt vitam cuiꝰ
soli amatores gloriã mee resurre
ctionis merentur intueri. Vos autẽ
ideo me post hec videre valetis. ꝙ
⁊ ego viuo resuscitatus a mortuis
⁊ vos digni estis mee resurrectõnis
exemplo confortari. qui ⁊ ipsi ad ꝑ
petuã vitam ⁊ beate resurrectionis
estis gaudia venturi. In illo die
vos cognoscetis ꝙ ego in patre me
o: ⁊ vos in me: ⁊ ego in vobis. No
uerant etiã tunc discipuli xp̄m es
se in patre ꝑ vnitatẽ indiuidue trini
tatis. nouerant se esse in xp̄o ꝑ su
sceptionem fidei ⁊ sacramentorum eiꝰ
nouerant in se esse xp̄m ꝑ dilecti
onem ⁊ obseruantiã mandatorũ
eiꝰ. dixit enĩ eis ipse. Si q̃s diligit
me: sermonem meũ seruabit: ⁊ pater
meꝰ diliget eũ. ⁊ ad eũ veniemꝰ ⁊
mansionẽ apud eũ faciemꝰ. Hec
vtiqꝫ ⁊ tunc imbuti a xp̄o nouerãt
apostoli. ⁊ nunc apostolicis imbuta litteris
nouit oĩs ecclesia xp̄i. Sed in illo ni
mirum die quo veraciter viuere incipi
unt lõge meliꝰ ea iusti cognoscunt
⁊ in die resurrectionis qñ eo ꝑfec
tius cuncta q̃ scienda sunt sciunt.
quo ipsum sciẽ fontem vicimꝰ: sine

fine ↄspiciunt. Q̄d etiam de q̄bus
dam pfectioribus sc̄is ⁊ ante tp̄s
resurrectionis fieri dubiū non ē il
lis viꝫ qui fiducia bonoꝝ operum
dicere cū apostolo valent. Cupio
dissolui ⁊ esse cuꝫ xp̄o. mihi viue
re xp̄s est. ⁊ mori lucꝝ Hec quidē
omnia dn̄s quasi apl'is specialit̄
dicere videtur. ſ3 ne putaēmus eū
illis solummō ⁊ non etiā nobis.
si illoꝝ exempla seq̄remur: beatitu
dinē diuine cognicōnis polliceri.
generalem post hec sententiā sub
intulit ⁊ oībus se diligentibꝰ eadē
sue visionis ⁊ cognicōis premia ꝑ
mittit dicēs. Qui hꝫ mandata me
a: ⁊ seruat ea: ille est q̄ diligit me
Qui autē diligit me: diliget̄ a pa
tre meo ⁊ ego diligā eum ⁊ mani
festabo ei meipsum. Vbi omni in
tencōe ↄsiderandum: q̄ xp̄m vere
diligere: est non ipsam dilectionē
labijs ꝓfiteri: ſ3 mandāta xpristi
q̄ discendo hēmus opando seruaē
Vnde ⁊ iohēs ammonens ait. ffi
lioli mei non diligamꝰ verbo neꝫ
lingua: sed ope ⁊ veritate. Oī gau
dio amplectenduꝫ est. q̄ merces
vere nostre dilcōis illa erit: q̄ ma
ior esse nulla poterit: nos. s. a p̄re ⁊
filio diligi. nobis ↄtemplandam
ꝑpetuo filij dei gloriā reuelari. Nō
autē dubitandū q̄ quibꝰ gloria
filij dei reuelabit̄: eisdem q̄ꝫ patris
⁊ spūssancti liceat adesse ↄspectui.
q̄ quoꝝ vna est diuinitas: vna v
tiq3 ⁊ inseꝑabilis visio est. Hinc
etenim dicit. Qui me videt: videt ⁊
patrem. Et nōndum q̄ cuꝫ p̄ntis
tp̄is verbo diceret. qui aūt diligit
me adiecit de futuro. diliget̄ a pa
tre meo. ⁊ ego diligā eum ⁊ mani
festabo ei meipsū. Diligit nāq3 eti
am nunc dilectores suos cū p̄re fili
us: sed nunc diligit ad hoc vt rcē
viuant ex fide: que p dilcōez opa
tur: tunc ad hoc diliget: vt ꝑueni
ant ad visionē veritatis quam p
fidē gustauerant ⁊ ꝑ qua ad mor
tem vsq3 certauerant Non autem
frustra cū additamēto ait. ⁊ ma
nifestabo ei meipsū. Se enī cūctis
hōibus. seipsum vero solis maīfe
stabit electis. Naꝫ ⁊ reprobi in iu
dicio xp̄m videbunt: sed sicut scp̄
tum est videbunt in quē transfix
erunt. soli autē regē in decore suo
videbunt oculi iustoꝝ. Btī enim
mundo corde: qm̄ ipsi deū videbūt
Hec de lcōne euangelica fraterni
tati vr̄e kmi prout dn̄s dedit expo
nendo diximꝰ. Videt̄ autē oportu
nū de solemnitate adhuc hodier
na breuiter aliq̄ differere. In pri
mis autē sciēdum ē q̄ hec solemni
tas nō euangelicis tm̄ ↄsecrata ca
rismatibꝰ: verumetiā iam olim le
galibꝰ presignata ē misterijs. ac
dn̄o iubente p omnes annos sacꝭ
obseruata cerimonijs Hodierna
enī die vt nouimꝰ: positis in cena
culo discipulis factꝰ est repente de
celo sonꝰ ⁊ spiritusscūs in visione
ignis apparens: sciam illis oīm li
guaꝝ tradidit. ffcā autez hac vo
ce: ↄuenē viri religiosi q̄ de diuersꝭ
nationibꝰ ihr'l'm pascalis festiui
tatis grā ↄfluxerant. stupebantq3
mirātes. q̄ audiebat vnusq̄sq3 li
gua sua illos loq̄ntes magn̄alia dei

Exponentibus autē discipulis q̄ spūssancti esset grā quā cernebāt olim quidē voce ꝓphetaꝝ ꝓmissa. tunc aūt xp̄i munē missa. crediderunt ex eis tria milia viroꝝ ⁊ baptisati acceperunt etiā ipsi donū spiritussc̄ī. Hec est diei h⁹ annua celebritas. hec est grē celestis sp gr̄a festiuitas. Ob h⁹ memoriā fidelium cordib⁹ artius imprimendā pulcherrimus sc̄e ecclesie mos inoleuit vt annis singulis in ea baptismatis mistela celebrent̄. ablutis q̄ꝫ fonte salutari credentib⁹ supuenienti spiritusc̄o templū venerabile paret̄. Ac p hoc nō solū veteris facti recordatio: verumetiā in nouos adopcōis filios: nou⁹ in ea spiritussc̄ī celebrat̄ aduentus Attendat ꝰ caritas vr̄a frēs mei: qͥliter huic nr̄e festiuitati legalis festi tipus figura ꝯcinat. Liberati de egipcia seruitute filij isrl̄ p immolacōem agni pascalis exierunt in desertū vt venirent ad terram repromissionis: puenerūtq̄ꝫ ad montē sinay. Et descendēs dn̄s in igne sup montē comitāte sonitu bucine tonitruis ac fulgoribus quinquagesimo die pacti pasche: legis decalogū eis apta voce disposuit. atq̄ꝫ in memoriā date legis statuit: eodē die p annos singulos sacrificiū sibi nouū de frugib⁹ eiusdem anni panes viꝫ primiciaꝝ duos ad altare deferri. Que autē fit agni pascalis immolatio. q̄ egipcie seruitutis absolutio cunctis legētibus liquet. q̄r viꝫ pasca nostrū immolatus est xp̄s. Et ipse verus est agnus q̄ abstulit peccata mūdi qui suo precio sanguinis nos a peccatorū seruitute redemit. sue resurrectionis exemplo nobis spem vite ⁊ ꝑpetue libertatis ostendit. Quinquagesimo vero die p⁹ occisionē agni data est lex descendēte dn̄o sup montem in igne ⁊ quinq̄gesima eq̄ꝫ die post resurrectionē nostri redēptoris que est hodie: ē data grā spiritussancti discipulis in cenaculo ꝯstitutis: q̄ apparente foris igne visibili: inuisibiliter eorum pectora luce scientie irradiauit: ac inextinguibili caritatis ardore succendit. Et hec autem altitudo cenaculi: ⁊ ibi cacumen mōtis sublimitatē p̄ceptoꝝ ⁊ donoꝝ indicat celestiū. ⁊ q̄ n⁹ infimis adhuc desiderijs inherens: vel diuinis obtpare mandatis vel supnis possit dignus existere donis. sed hic in maioris signum pfectionis: oīs qui accipiebant spiritū: in cenaculo erant positi. Illic ad designāda infirmorum corda auditorū: populus quidem omnis infra mōtem stabat. ac pauci senioꝝ mōtis ptem ꝯscenderant. solus autē moyses in ipsum verticem: vbi in igne ⁊ caligine diuina maiestas prefulgebat ascendit q̄r nimirū altiora ⁊ intima legis archana: pfectiores solum cape ⁊ seruare nouerunt. populus vero carnalis littere supficie ꝯtentus: quasi exterius ⁊ infra positus verbi celestis astabant auditui. ac nunc data latius gratia spiritussancti ad intelligenda sublimi⁹: sil̄ ⁊ capienda

pfectius sancti euangelij dcā: fide
lium corda subleuātur. Jbi inter
flammas ignium ꝛ micātia fulgu
ra. fragor ꝗꝫ tonitruoꝝ: ꝛ clangor
bucine psonabat. hic cuꝫ ignea
rum visione linguaꝝ: sonitus pa
riter de celo tanꝗ spūs vehemen
tis aduenit. Sed cū in vtraqꝫ dati
one ꝛ legis videlicꝫ ꝛ gratie foris
audiretur sonitus. hic tamen am
pliori miraculo cū auditu sonit⁹
affuit virtus domi celestis. que in
tus sine sonitu discipuloꝝ corda
doceret. Jbi auditis legalib⁹ edic
tis: rñdet omnis populus vna vo
ce cōcorditer dicens. Omnia v̄ba
que locutus est domin⁹ audiem⁹
ꝛ faciemus Hic accepta illustrati
one spiritus nascentis eccē: cetus
omnium nationū linguis dei ma
gnalia loquebatur: certe vtiqꝫ dis
cretionis gratia. ꝙ legis obserua
tio vni tantum iudee data sit. ver
bum vero euangelij. cunctis p or
bem gentib⁹ predicandum cuncto
rum linguis populoꝝ xpristiane
fidei erāt precoia dicenda. imple
ta ꝓ hec ia q̄ dicit A solis ortu vsqꝫ
ad occasum laudabile nomē dn̄i
excelsus sup omnes gentes dn̄s.
Sed ꝛ hoc ꝙ in veneracōem accep
te legis omnib⁹ annis sacrificiuꝫ
nouū dn̄o die penthecostes offer
ri iussum ē. ꝛ in nrā ꝗꝫ festiuitate
spiritualiter agi ex accepte grē tē
pore nunꝗ desijt. Nouum ꝗppe in
ea sacrificiū offert eccā: cum sab
bato incipientis scē penthecostes
nouū adoptionis ppl'm p baptis
ma dn̄o ꝯsecrat. ritu vere decentissi
mo sicut ꝛ supra docuim⁹ vt non
solū populis xpianis veteris facti
memoria innouet. s ꝛ in nouā re
natoꝝ sobolem noua paditi a pa
tre missio celebret. Nouum in ea
sacrificium dn̄o: ipsi ꝗꝫ apl'i: moꝫ
accepto dono spūs obtulerunt cū
euangelisantes hijs q̄ ꝯuenerāt
plurimos ꝯuerterunt ad fidē ꝛ hos
fonte baptismatis renatos viuas
vtiqꝫ noui testamenti primicias
ad ꝯmunionē dn̄ici altaris obtu
lerūt. Bene autē duo panes p̄mi
ciaꝝ de nouis frugib⁹ iubebantur
offerri. ꝙ nimiꝝ eccā de vtroqꝫ po
pulo: iudeoꝝ. s. ꝛ gentium colligit
quos in nouā suo redēptori famili
am dn̄o ꝯsecret. Jnter hec vero sol
lert intuēdum est ꝙ nō sine mag
no misterio quinꝗgenarius nūs
in dacōne vel legis vel grē obs'ua
tus ē. Nā quinꝗgesima die pasce
ꝛ illa in monte ppl'o data. ꝛ hec di
scipulis in cenaculo missa ē. Sed
hoc nimirū nūo ppetuitas future
quietis ondit in quo recte vel le
gis decalogus mandat. vel spiri
tussancti grā datur hoibus vt ap
te monstraret. ꝙ quicunqꝫ dn̄e
legis iussa iuuante spiritus grā p
ficiunt ad verā pfecto requiē ten
dunt. Quia ei quinꝗgesim⁹ ann⁹
in lege iubileus. i. dimittens siue
mutat⁹ appellari iussus ē: in quo
ppl's ab oi opatione qescerert: oi
um debita laxarent. serui liberi re
dirent: ann⁹ ipse maioribus solē
nijs ac laudib⁹ diuinis eminētior ce
teris existeret: merito p hūc nūm
illa sūme pacis trāqllitas indicat

quañdo sicut apostolus ait canen
te nouissima tuba: mortui resur
gent ꝛ nos immutabimur in glo
riam vbi cessantibꝰ hꝰ seculi labo
ribꝰ ꝛ erumnis. dimissis oim cul
paruȝ debitis: in sola diuine visio
nis ɔtemplacõe: cunctus electoꝝ
ppl's ineternũ gaudebit. impleto
illo desiderabili dñi ac saluatoris
nostri mandato. vacate ꝛ videte:
qm̃ ego sum deus. Ad quã ꝑfecto
vacacõem ꝛ visionẽ incõmutabil'
veritatis: q̃ non nisi ꝑ obseruan
tiam preceptoꝝ celestiũ ꝛ spũs scĩ
donum ꝑtingitur: recte ꝛ legẽ deca
logi ꝛ euisdem spũs grãm: in eo
dieꝝ numero qui reqem designa
ret dari decebat. Neqȝ hoc pretere
undum q̃ iᵹo nũs quinq̃genari
us significationi eterne q̃etis ap
tatur. q̃ ex. vij. septimanis ꝛ mo
nade ꝑficitur. Sex quippe dies in
lege populus opari. septima qui
escere. sex annis arare ꝛ metere se
ptimo iussus est cessare q̃. s. ꝛ sex
diebus dñs mundi ornatum ꝑfe
cerit. vij. ab ope suo cessauerit.
Quibꝰ oibꝰ mistice ammonemur
q̃ hij qui in hoc seculo q̄d. vi. eta
tibꝰ ɔstat bonis operibꝰ ꝑ dño in
stant: in sabbatum in futuro ꝛ in
requiẽ a dño inducunt eternã Q̄ꝛ
aũt vij. dies vel anni septies ducũ
tur: multiplicē eiusdẽ requiei ab
undantiaȝ designant. in q̃ premi
um illud sublime datur elcĩs: q̄d
oculus non vidit: nec auris audi
uit. nec in cor hois ascendit: q̃ pre
pauit deꝰ hijs qui diligunt illum
Cuiꝰ premij cognicõem q̃ in cor

hominis ꝛ humana adhuc sapiẽ
tis non posse ascẽdere testat': apl's
sb'sequenter vnde hoc diligentibꝰ
deum possit oñdi. Nobis autē in
quit reuelauit deus ꝑ spm̃ suum.
Per spm̃ ergo reuelatur premij
magnitudo ꝑhennis. q̃ dum ipẽ
corda que implet appetitu inuisi
biliũ inflammat eadẽ bona inuisi
bilia q̃ꝫ preclara. q̃ꝫ terrenis omi
bus preferenda manifestat. Vñ
bene eiusdẽ spiritus grã septifor
mis a ꝓpheta describitur q̃ nimiꝝ
ꝛ ꝑ eius inspiracõem ad requieȝ
ꝑuenitur. ꝛ in eius plena ꝑcepcõ
ne ac visione reqes vera possidetur
Porro ipse dies: vel annus quin
q̃gesimus qui septeȝ septimanis
superest. ꝛ maiore pre ceteris erat
solemnitate venerabilis. tps futu
re resurrectionis indicat: in quo il
la requies qua nũnc anime fruũ
tur electorum corpoꝝ q̃ꝫ receptoꝝ
gloria cumulabit'. Vbi sollicitiꝰ
intuendum est fratres mei carissi
mi q̃ spiritus scũs non soluȝ in fu
turo ꝑfectam: sȝ ꝛ in pñti maximã
iustis quietẽ tribuit: cũ eoꝝ men
tes celestis igne caritatis accẽdit
dicit namqȝ apl's Spes autẽ non
ɔfundit. q̃ caritas dei diffusa est
in cordibꝰ nostris ꝑ spiritum scm̃
qui datus est nobis. Et hec ẽ vera
immo hec est sola in hac vita req̃
es animaꝝ. diuina dilcõe repleri
spe supne ɔtribucõis ꝓspera mun
di simul ꝛ aduersa ɔtemnere ter
rena a se desideria funditus extir
pare ɔcupiscẽtijs renunciare secu
laribꝰ: illatis pro xp̃o ɔtumelijs ꝛ

pſecutionibus gaudere ⁊ cũ aplo
dicere poſſe: ⁊ gl'iamur in ſpe glo
rie filioꝝ dei. non ſolũ autem: ſꝫ ⁊
gloriamur in tribulationibꝰ Nã
qui in rerum mundanaꝝ delectati
onibꝰ: ⁊ opulentia ſe requieſcere
cõfidit. fallitur etenĩ creberrimis
eiuſdẽ mundi ꝑturbationibꝰ et
ipſo fine ↄuincitur. qꝛ ſup arenã
fundamentũ ſue quietis poſuerit
At quicunqꝫ ſcõ afflati ſpũ ſuauiſ
ſimũ illud dñice dilcõnis iugũ ſu
p ſe leuauerint. atqꝫ exẽplo illiuſ
mites eſſe ⁊ humiles corde didice
rint. nonnulla etiã in pñti future
quietis imagine fruunt̃. duꝫ a cõ
turbacõe hoim ſecularium tota mẽ
te ſecreti vultum ſui ↄditoris ſp re
miniſci gaudent. atqꝫ ad pfectam
eius cõtemplacõem ꝑtingere ſiti
unt dicentes ſibi cum iohe aplo
Scimus qꝛ cũ apparuerit: ſimiles
ei erimus videbimus enĩ eũ ſicuti
eſt Ad cuius premiũ viſionis ſi ꝑ
uenire deſideramus: oꝫ fratres ca
riſſimi vt hꝰ euangelice lectionis
perpetuo memores a mundi nos il
lecebris immunes exhibeamus:
q̃tenus ad ꝑcipiendã ſpiritusſcĩ
grãm quã mundus non põt acci
pe digni exiſtere valeamꝰ diliga
mus xp̃m. eiuſqꝫ mandata q̃ ha
bemus incipiendo ſeruemꝰ pſeue
rando. ſſit ei iuſta mercede vt illũ
diligẽdo diligi amplꝰ mereamur
a patre. ſꝫ ipſe maiorẽ dilectionis
ſue grãm preſtare dignet̃ in futu
rum. Dat enĩ nunc diligendo nos
vt credentes ſpemus in euꝫ. tunc
aũt vt videamus eũ facie ad faciẽ

manifeſtetqꝫ ſeipſum nobis: hoc
eſt in claritate quã habuit prius
q̃ mundꝰ eſſet apud p̃rem: cum
quo viuit ⁊ r̃gnat deus in vnitate
ſpiritusſcĩ p omnia ſecula ſeculoꝝ

In die ſancto pẽnthecoſtes.
Scd̃m iohem

In illo tẽpore Dixit

ihs. d. ſ. Si quis diligit me: ſmo
nem meũ ſeruabit. ⁊ p̃r meus di
liget eũ. ⁊ ad eũ veniemus ⁊ man
ſionem apud eũ faciemus. Et reli
qua. Omelia beati gregorij pape.

Libet fratres cariſſimi
euangelice verba lectõ
nis ſub breuitate tranſ
currere vt poſt diutiuſ
liceat in ↄtemplacõe tante ſolem
nitatis immorari Hodie nãqꝫ ſpi
ritusſanctus repentino ſonitu ſup
diſcipulos venit. menteſꝫ carnali
um in ſui amorem ꝑmutauit ⁊ fo
ris apparentibꝰ linguis igneis. in
tus facta ſunt corda flãmantia qꝛ
dum deuꝫ in ignis viſione ſuſcipi
unt: p amorem ſuauiter arſerunt
Ipſe namqꝫ ſpũſſanctus amor ẽ.
Vnde ⁊ iohes dicit. Deus caritas
eſt. Qui ĝ mente integra deuꝫ deſi
derat: pfecto iam hꝫ quem amat
Neqꝫ enim quiſq̃ poſſit deũ dilige
re: ſi eum quem diligit non haberet
Sꝫ ecce vnuſquiſqꝫ v̄m ſi req̃ratur
an diligat deũ: tota fiducia ⁊ ſecu
ra mente r̃ndet. diligo. In ipſo aũt
lectionis exordio audiſtis qꝛ veri
tas dixit. ſi q̃s diligit me ſmonẽ

meuz seruabit. Probatio ergo di
lectionis exhibicõ est opis. Unde
in epl'a sua idem iohẽs dicit. Qui
dicit q diligo deũ ⁊ mandata ei⁹
non custodit mendax ẽ. Vere enĩ
diligimus si ad mandata ei⁹ a no
stris nos voluptatib⁹ coartamus
Nam qui adhuc p illicita desideri
a diffluit: pfecto deuz non amat.
q ei in sua voluptate ꝯtradicit. Et
pr̄ meus diliget eũ: ⁊ ad eũ venie
mus ⁊ mansionẽ apud eum facie
mus. Pensate fratres carissimi q̃
ta sit ista solemnitas hr̄e ĩ cordis
hospicio aduentuz dei. Certe si do
mum vr̄am quisq̃ diues ⁊ potens
intraret: oĩ festinantia dom⁹ tota
mundaret̃ ne q̃d fortasse esset qd
oculos amici intrantis offenderz
Tergat ergo sordes praui operis
qui deo prepat domũ mentis. Sz
videte q̃d veritas dicat. Veniem⁹
⁊ mansionẽ apud eũ faciem⁹. In
quorundã etenĩ corda venit ⁊ mã
sionẽ non facit. q p ꝯpunctionẽ
quidẽ dei respectum pcipiunt: sed
temptationis tpe hoc ipsũ quod
ꝯpuncti fuerãt obliuiscunt̃. sicq3
ad ppetranda pctã redeunt. ac si
hoc minime planxissent. Qui g̃ de
um vere diligit qui eius mandata
custodit: in eius corde dñs ⁊ venit
⁊ mansionez facit. q sic eũ diuini
tatis amor penetrat. vt ab hoc a
more temptacõis tpe nõ recedat.
Ille ergo vere amat: cuius videliz
menteᷓ. delectatio praua ex ꝯsensu
non supat. Naz tanto quisq3 a su
pno amore disiungit̃: quanto in
ferius delectat̃. Unde ⁊ adhuc sb

ditur. Qui non diligit me: sermo
nes meos non seruat. Ad vosmet
ipõs ergo fratres carissimi intror
sus redite si deuz vere amatis exq̃
rite. nec tñ sibi aliquis credat: q̃c
quid sibi anim⁹ sine opis attesta
tione rñdet de dilectione ꝯditoris
lingua. mens ⁊ vita reqratur. Nũ
q̃ est dei amor ociosus. Operatur
enim magna si ẽ. si vero opari ren
nuit amor non ẽ. Et smonem quẽ
audistis nõ est meus: sed eius q̃
misit me patris. Scitis fratres ca
rissimi q ipse qui loq̃tur vnigeni
tus filius verbum pr̄is est. ⁊ ideo
sermo quẽz loquit̃ filius non est
filij sed pr̄is. q ipse filius verbuz
est pr̄is. Hec locutus sum vobis a
pud vos manens. Qñ non manet̃
apud eos q̃ ascensurus celũ pmit
tit dicens. Ecce ego vobiscũ sum oĩ
bus diebus vsq3 ad ꝯsummacõez
seculi. Sed verbum incarnatum ⁊
manet ⁊ recedit. Recedit corpore:
manet diuinitate. Apud eos ergo
tunc mansisse se phibet. q hijs q̃
inuisibili sp ptãte prñs erat corpo
rali iaz visione recedebat. Paradi
tus aũt spiritussctũs quem mittet
pr̄ in noie meo. ille vos docebit oĩ
a: ⁊ suggeret vobis oĩa quecunq3
dixero vobis. Nostis plurimi frẽs
mei q greca locutione paraclitus:
latina aduõtus dicitur vel cõsola
tor. Qui idcirco aduocatus dr̄. q
p errore delinqntium apud iusti
ciam pr̄is interuenit. Qui vni⁹ sbe
cũ pr̄e ⁊ filio exorare p delinquẽti
bus phibet̃. q eos quos repleue
rit exorantes fac̃. Unñ ⁊ paulus de

Ipse enim spiritus postulat pro
nobis gemitib9 inenarrabilibus
Minor vero est q̃ postulat q̄ q̃ po
stulat. Quō ergo spūs postulare
dicit᷑ qui minor non est. Sed ipse
spūs postulat. qꝛ ad postulandū
eos quos repleuerit inflāmat. Cō
solator aūt idem spūs vocat᷑ qꝛ de
peccati ꝑpetracōe merentib⁹ dum
spem venie prepat. ab afflictione
tristicie mentē leuat. de quo rcē
ꝓmittitur. Ipse vos docebit oīa
qꝛ nisi idē spūs cordi assit audiē
tis. ociosus ē sermo doctoris. Ne
mo ḡ docēti hoī tribuat qd ex ore
docentis intelligit. qꝛ nisi intus sit
q̃ doceat. doctoris lingua exterius
in vacuū laborat. Ecce vnā loquen
tis vocem omnes pariter auditis
nec tn̄ pariter sensū audite vocis
ꝑcipitis. Cū ergo vox dispar non
sit: cur in cordib9 vestris dispar
est vocis intelligentia. nisi qꝛ per
hoc qd vox loq̄ntis ꝯmuniter am
monet est mgr̄ interior. qui de vo
cis intelligentia quosdā specialr
docet. De hac vnctione spirit9 rur
sus p iohēm dicitur Sicut vnctio
eius docet vos de oībus. Per vocē
ergo non instruitur: qn̄ mens per
spm̄ non vngitur. Sed cur ista de
doctrina hoīm loquimur: qn̄ ⁊ ip
se ꝯditor non ad erudicōnem hoī
nis loq̄tur. si eidem homini per vn
ctionem spiritus non loq̄tur Cer
te cayn priusq̄ fratricidiū ope p
petraret audiuit. peccasti quiesce
sed qꝛ culpis suis exigentib9 voce
est ammonitus non vnctione au
dire dei verba potuit. sꝫ seruare cō

tempsit. Requirendū vero nobis
ē cur de eodē spū dicatur suggerē
vobis cū suggerere eē soleat mi
noris. Sꝫ qꝛ suggerere aliqn̄ dici9
subministrare inuisibilis spiritus
suggerere dr̄ nō q̄ nobis scientiā
ab imo inferat: sꝫ ab occulto. Pa
cem relinquo vobis. pacē meā do
vobis. hic relinquo: illic do. Seq̄n
tibus relinquo: ꝑuenientibus do
Ecce fratres carissimi verba sacre
lectionis sub breuitate discussim9
nunc ad ꝯtemplacōem tante festi
uitatis animum transferam9 Sed
qꝛ cum lectione euangelica: nob
est etiam actuum aplorum lectio
recitata. Ex ea ergo aliq̄d in vsum
nostre ꝯtemplationis traham9.
Audistis etenī qꝛ spiritus scūs su
p discipulos in igneis linguis ap
paruit. omniumqꝫ linguarum scien
tiam dedit quib. s. hoc miraculo de
signans: nisi qꝛ sancta ecclesia eo
dem spiritu repleta: omnium gen
tium erat voce locutura. Qui vero
ꝯtra deum turrim edificare conati
sunt: ꝯmunionē vnius lingue per
diderunt In hijs autē q̃ deum hu
militer metuebant: lingue oēs
vnite sunt. Hic ergo humilitas v
tutē meruit. illic suꝑbia ꝯfusionē
Sed querendum nobis ē fratres
dilectissimi: cur spiritus sanctus
patri ⁊ filio coetern9 in igne appa
ruit. cur in igne simul ⁊ linguis.
cur aliqn̄ in columba. aliqn̄ vero
in igne monstratur: cur sup vni
genitum filium apparuit in specie
colūbe. ⁊ sup discipulos in igne:
ita vt neqꝫ sup dn̄m venirē in igne

neqꝫ sup discipulos monstraret
in columba. Per q̄tuor itaqꝫ hec q̄
ꝓposuimus soluendo redeamus
Patri namqꝫ ⁊ filio coeternꝰ spiri
tus in igne mr̄atur. q̄ incorpeus
atqꝫ inuisibilis ignis ē deus: attes
tante paulo. Deus nr̄ ignis consu
mens ē. Deus q̄ppe ignis dr̄. q̄ ꝑ
hunc pctōꝝ rubigo ꝯsumitur. De
hoc igne veritas dicit. Ignē veni
mittere in terrā: ⁊ q̄d volo nisi vt
accendat. Terra em̄ vocata sunt
corda terrena. que dum semper
infimas in se cogitacōes ꝯgerunt
a malignis spiritibꝫ ꝯculcant. Sꝫ
visibili. quod tñ hoc idem sig̃fica
ret virtute spiritali. Quõ eniz eun
dem potum. Bibebant inq̃t de spi
ritali sequenti eos petra: petra ãt
erat xp̃us Inde panis. inde potus
petra xp̃us in signũ Verus xp̃us
in verbo ⁊ in pane. Et quõ biberũt
pcussa ẽ petra de virga bis Gemi
na pcussio duo crucis ligna signi
ficat. Hic ẽ ergo panis de celo de
scendens. vt si quis ex ipso man
ducauerit non moriatᷣ: sꝫ quod p
tinet ad virtutez sacramẽti. nõ qd
ptinet ad visibile sacramentum.
Qui mãducat intus nõ foris: qui
manducat in corde nõ qui premit
dente. Ego sum panis viuus q̃ de
celo descendi Ideo viuus qz de celo
descendi De celo descẽdit ⁊ manna
Sed manna vmbra erat: ista veri
tas est. Si quis mãducauerit ex
hoc pane viuet in eternũ Et panis
quẽ ego dabo caro mea ẽ p mũdi

vita. Hoc qñ caperet caro q dixit
panem carnez. Vocat caro quod
nõ capit caro. et ideo magis nõ ca
pit caro q vocat caro. Hoc eniz ex
horruerũt. hoc ad se multũ esse di
xerunt. hoc nõ posse fieri putaue
runt. Caro mea ẽ inquit p mundi
vita. Norunt fideles corp9 xpristi
si corp9 xpristi esse nõ negligant.
Fiant corp9 xpristi volũt viuẽ de
spũ xpi. De spũ xpristi non viuet
nisi sit corpus xpristi. Intelligite
fratres mei q̃d dixerim Homo es
et spiritũ habes et corp9 habes: spi
ritũ dico que aĩa vocat. qua ↄstat
q homo es. Constas eñ ex aĩa et
corpore Habes itaq3 spiritũ inuisi
bilem corp9 visibile. Dic mihi q̃d
ex quo viuat. Spũs tuus viuit ex
corpore tuo. an corp9 tuuz ex spũ
tuo. Respõdet oĩs qui viuit: q̃ aũt
hoc non p̃t respondere. nescio si vi
uit. Quid r̃ndet oĩs qui viuit. Cor
pus vtiq3 meũ viuit de spiritu me
o Vis ergo et tu viuere de spũ xpi
in corpore esto xpristi. Nunq̃d er
go corpus meũ viuit de spũ tuo.
Meũ viuit de spũ meo: et tuũ viuit
de spũ tuo. Non p̃ot viuere corp9
xpristi nisi spũ dei. Inde est q ex
ponens nobis apl's paulus hũc
panem Vn9 inq̃t panis. vnũ cor
pus multi sum9. O sacramentuz
pietatis. o signũ vnitatis. o vincu
lum caritatis. Qui vult viuere h3
vbi viuat: h3 vnde viuat. Accedat
credat. incorporetur vt viuificet. Nõ
abhorreat a ↄpage mẽbrorũ. nõ
sit putre membruz quod resecari
mereat. non sit distortum de quo

erubescat. Sit pulchrũ. sit aptum
sit sanũ. hereat corpori. viuat deo
de deo Nunc laboret in terra vt po
stea regnet in celo.

Feria quinta.
Scd'm lucam

In illo tẽpe. Conuo
catis ihesus duodeciz apl'is. dedit
illis virtutẽ et potestatẽ sup oĩa
demonia. et vt languores curarent
Et misit illos predicare regnũ dei
et sanare infirmos. Et reliq. Ome
lia beati iheronimi presbiteri

Recedentib9 sancti huius
euãgelij locis. narrat be
atus lucas. q in illis die
buz exijt ih's in montem orare. et
erat diu pnoctãs in oracõe dei. Et
cũ dies inq̃t fact9 esset vocauit dis
cipulos suos. et elegit duodeci ex
ipsis. Forma igit prescribit o hõ
quã debes emulari. Quid eñ te p
salute tua facere oportet. qñ pro te
xpũs in oracõe pnoctat. Quid te
facere ↄuenit cũ vis aliq̃d officiuz
pietatis adoriri. qñ xpũs missu
rus apl'os pri9 orare curauit. Nõ
aũt oĩs q̃ orat ascẽdit in montez.
Est eñ oratio q̃ peccm facit S3 q̃ be
ne orat. qui deũ orando q̃rit. hic a
terrenis ad supiora pgrediẽs. ver
ticẽ cure sublimioris ascendit Qui
vero de diuicijs. aut honoẽ secula
ri. aut certe de inimici morte sollici
tus obsecrat: ipse i infimis iacẽs
viles ad deuz preces mittit. Orat
aũt dñs non vt p se obsecret: sed

vt pro me impetret. Nam si oia po fuerit pater in potestate filij. fili9 tamen vt formam hois impleret. obsecrandu; patrem putat p nobis esse: q aduocat9 noster e. Aduocatu em inquit habem9 apud patrem iesum xpistu;. Si aduocatus e o; p meis interuenire pctis. Non ego qsi infirm9: s; quasi pi9 obsecrat. Vis scire q oia que vellet posset Et aduocat9 a iudex est In altero pietatis officiu;: in altero insigne e potestatis Vis q scire q mihi no sibi orauerit Et cu dies inquit fact9 esset: vocauit discipulos suos a elegit duodeci ex ipsis. Vbi notandu q euagelica a apl'ica scriptura no solum illos duodecim appellat discipulos xpi sed a oes in eu; credentes. qui ei9 magisterio ad regnu celoru erudiebatur discipuli quippe a discedo sut vocati. quoru multitudine quos ipse voluit elegit. quos et apl'os noiauit. Apl'i grece: latine missi dicunt. Cui9 sacmentu nois exponens euagelista marc9 ait. Et fec vt essent duodecim cum illo. et vt mitteret eos predicare euageliu Et ipse dns dicit. Sicut misit me pater a ego mitto vos. Qui bene duodecim sut electi. vt vi; mundi salute qua verbo predicarent. suo q numero mistice omendarent. Ter em quaterni decas dispondius Hic e illud: q cu i typo ecc'ie salomon dno templu coderet fecit a mare eneum in quo sacerdotes lauarent. duodecim q boues dum mibo imposuit quoru tres aqlone; tres occidente;. tres meridie. a tres aspicerent occidente;. figuraliter insinuans qm apl'i apostolorumq successores cunctas orbis quadrati plagas fide a ofessione sce trinitatis essent a peccatoru; labe purgaturi. Qui bene et in mote eligitur Mos ille in quo apl'os elegit dns: altitudine designat iusticie. qua instituedi erat. a qua; predicaturi hoibus. Na q missurus erat eos ad predicandu euageliu regni celestis: merito p sublimitate; loci in quo electi sut. amonere voluit eos. no in infimis desiderijs animu dissoluere. sed ad supna desideranda a querenda semp erige debere. Sic et lege daturus priori populo suo in monte apparuit. de monte q agenda essent innotuit. Veru q necdu; erat temp9 vt diceret. pniam agite. appropinqbit em regnu celoz: sed tantu dicebatur. Honora patrem tuu a matre vt sis longeu9 sup terra. qua dns de9 tu9 dabit tibi. Quis hec carne verba typice regnu nobis eternu quod e in terra viuentiu pmitta t nequaq ppl's loquete i mote dno appropinqre valuit. de inferioribus que dicerent audiuit. q necdum mete capaci ad intelligeda misteria q dicebant ascendere nouerat solusq moyses q legem spualit audire didicerat montis in quo erat dns vertice ascendit Bene aut dicit: q ascendens in monte; dns vocauit ad se quos voluit ipse No em illoz electionis ac studij. sed diuine erat dignacois a gracie

vt in apostolatū vocarent̄. Vnde
et eis alibi dicit. Non vos me ele
gistis. sed ego elegi vos. Modo āt
fratres cū euangeliū legeret̄ audi
uim⁹ ꝙ conuocatis ihesus duodecī
ap̄lis dedit illis virtutē ꝛ potesta
tem sup oīa demonia ꝛ vt languo
res curarent Benign⁹ ꝛ demēs do
min⁹ ac magister nō inuidet ser
uis atq; discipulis virtutes suas
exercere. ꝛ sic ipse curauerat oēm
languorē ꝛ oēm infirmitatē. apo
stolis q; suis tribuit potestatē vt
curent oēm languorē oēmq; īfir
mitatē. Sed multa distantia ē int̄
habere ꝛ tribuere. donare ꝛ accipe
re. Iste quodcūq; agit. ꝑtāte dn̄i
agit: illi si quid faciūt imbecillita
tem suam ꝛ virtutē dn̄i ↄfitentur
dicentes. in noīe ihesu surge ꝛ am
bula Notandū aūt ꝙ in duodecīo
loco sm matheū. prima potestas
signorū ap̄lis ↄcedit̄ Nec hoc mi
sterio caret. quod duodenario nu
mero chorus ap̄licus ↄcludit̄. vt
.s. mundi salus q̄ verbo ab eis pre
dicaret̄. sito ec numero cōmenda
ret̄ Ter enī quaterni duodecī fa
ciūt. Et ter quaterni ad predican
dum sūt missi ap̄li. vt p vniūsas
q̄drati orbis plagas baptisarent
gentes. in noīe patris ꝛ filij ꝛ spi
ritussancti Vñ ꝛ de ciuitate scā ihe
rusalē descendēte de celo a deo scri
ptum ē. ꝙ erant ei ab oriente por
te tres. ꝛ ab aquilone porte tres ꝛ
ab austro porte tres. ꝛ ab occāsu
porte tres. Vbi figuraliter osten
debatur: ꝙ predicantib⁹ apostol'
apostolorumq; successorib⁹ cunc
te p orbem nationes in fide sancte
trinitatis ecclesiā essent ingressu
re. In quo etiā sacramēto ita quō
dam filij israhel circa tabernaculū
castra metabant̄. vt ex omni ꝑte
p quadrū terne tribus manerēt
quia primitiua nimirū ecclesia q̄
erat in iudea vndiq; p circuitum
sui credentib⁹ toto orbe nationib⁹
spiritualia deo castra erat in fide
ꝛ ↄfessione sācte trinitatis fixura
Dedit inquit illis virtutē et pote
statem sup omnia demonia et vt
languores curarent. Postq̄ dn̄s
nefandos spiritus se predicare ꝓ
hibuit elegit sānctos. q̄ ꝛ immū
dos spiritus eicerent. ꝛ ipsi euan
geliū munda mente ac lingua p̄
dicarent. Quib⁹ etiam ceteras īfir
mitates curandi. necnon ꝛ mortu
os suscitandi. vt matheus euāge
lista scribit contulit facultatē Et
misit illos predicare regnum dei ꝛ
sanare infirmos. Fortasse enī ne
mo crederet hominib⁹ illitteratis
promittentib⁹ regna celorū ideo
ↄcessit illis primū ꝑtātem signoꝝ
ꝛ tūc misit p̄dicare regnū dei. vt ꝓ
missorū magnitudini attestaret̄
etiā magnitudo factorū. fideq; da
ret verbis virtus ostensa ꝛ noua
facerent q̄ noua p̄dicarent. atq; ad
hoc visibilia miracula in sanādis
infirmitatib⁹ exhiberēt. vt corda
audientiū ad fidē inuisibiliū ꝑtra
herent. Vñ nunc quoq; cum fide
lium numerositas excreuit. intra
sancta n ecclesiā multi sunt qui vi
tam virtutū tenēt ꝛ signa virtutū
nō hn̄t. ꝙ frustra miraculū foras

ostendit̃ si deest q̄d intus opetur
Nā iuxta magistri gentiū vocē lin
gue in signuꝫ sūt: nō fidelibꝰ ꝗ̄ infi
delibꝰ. Verū signa que tūc p̄ apo
stolos corpaliter fiebāt cotidie i
scā ecclīa p̄ scōs predicatores spiri
taliter fiūt cū in fide quis infirmꝰ
eoꝝ̄ predicacōe roborat̃ ad fidem
cū mortuꝰ quis in pc̄cīs gracia et
mīa dei ꝯpunctꝰ. p̄ eoꝝ erudicōeꝫ
resuscitat̃ ad pn̄iam ꝛ ꝯfessioneꝫ
peccatoruꝫ suorū. dignaqꝫ emēda
tione vitam merebit̃ sempiternā
Seductꝰ quis a dyabolo i fornica
tione aut auaricia q̄ est ydoloruꝫ
seruitꝰ. aut ec̃ quorūdaꝫ capitali
um criminū deceptꝰ errore q̄ oīa
esse lepra aīe ïdicant̃. p̄ ora docto
rū vel ec̃ p̄ exempla scītatis ꝯpun
cti. redeūt ad sinū matris ecclīe cō
fitētes se iugiter i maximis deliq̄s
se. ꝛ gemitū peccatorū suorū incesſ
sabiliter ostēdentes. culpas suas e
lemosinis ceterisqꝫ operibꝰ miseri
cordie redimūt. donec emendacōꝫ
vicioruꝫ quibꝰ implicati fuerāt in
pn̄ia pmanētes pcipiāt: nōne hij
q̄si lepra mūdati. salutēꝫ merent̃
eternā. Et ait ad illos Nihil tuleri
tis in via neqꝫ virgā neqꝫ perā ne
qꝫ panē neqꝫ pecuniā. neqꝫ duas
tunicas habeatis. Tanta ḡ sacer
dotibꝰ debet in deo esse fiducia. vt
nequaq̄ curis terrene negociacō
nis. nec desiderijs seculi implicent̃
Et q̄uis pn̄tis vite sumptꝰ p̄uide
ant. tn̄ sibi hos nunq̄ deesse certis
sime sciāt: si in ope volūtatis dei in
verboqꝫ predicacōis fideliter labo
rent. ne dum mens eorū occupat̃
ad tp̄alia minꝰ subiectis p̄uideāt
eterna. Paupem viꝫ vitam sacer
dotes debere habere demōstrat ne
viderent̃ causa lucri predicare: qꝛ
q̄ diuicias detrūcauit. ꝫpe moduꝫ
ꝛ necessaria vite āputauit thesau
risqꝫ p̄hibitis ec̄ gulaꝫ p̄hibet cū
paneꝫ portare ꝯtradicit. In virge
p̄hibicōe nos āmonet nō aliūde
nisi a dn̄o auxiliū querē. vt q̄ dm̄
habemꝰ auxiliū baculi presidia n̄
queramꝰ. Vn̄ alibi dicit. Querite
ergo primū regnū dei ꝛ iusticiaꝫ
eius. ꝛ hec oīa adicient̃ vobis Cū
perā p̄hibuit. honores terrenos t
ec̄ hūanos fauores. necnō ꝛ dele
ctacōem carnis omnimodis nos
vitare debē demonstrat. Cū panē
ꝯtradicit monet vt nō in crapula
et ebrietate sit ꝯuersacō nostra ꝛ
qui alijs abstinentiā predicamꝰ
nos viciū gule a nob̄ abscindaꝰ.
Porro marcꝰ dicit sandalijs eos
calciatos esse precipi. vt neqꝫ pes
tectꝰ sit neqꝫ nudus terrā tangat
.i. vt terreni cōmodi appetitu neq̄
q̄ p̄dicatio occultet̃. nec etiā exē
pla praua a sacerdotibꝰ subditis
demōstrent̃. Per pecuniā occulta
sapiētie designant̃. Qui eīn sapie
verbū habet sed hoc erogare p̄ri
mo negligit. q̄si pecuniā clausam
portat. Verū quis quis officiū do
ctoris accipit. neqꝫ oneribꝰ secula
riū negociorū depmi. neqꝫ desideri
is carnalibꝰ resolui. neqꝫ ꝯmissuꝫ
sibi talentuꝫ verbi sub ocio debet
lenti corpis abscondē Cū duas tu
nicas p̄hibet monet nos nō dupli
ci esse animo. aliud ore loq̄ntes ꝛ

aliud in corde gestãtes ꝫ beniuo
los ⁊ benignos nos esse ad om̃s
In alio euangelio scribit̃ dñm a
postolos vetuisse possidere auruz
vel argentũ neqꝫ pecuniã in zonis
non perã in via ⁊ cetera. Conseq̃n
ter hoc precipit euãgelisatorib⁹
veritatis quib⁹ ante dixerat: gra
tis accepistis gratis date. Si eniz
sic predicãt. vt preciũ non accipi
ant: supflua est auri ⁊ argenti nũ
morũqꝫ possessio. Nam si habuis
sent auruz ⁊ argentũ. viderent̃ nõ
causa salutis hominuz. sed causa
lucri predicare Es vero in sacculis
ideo amputauit. vt apostoli doc
tores vere religionis. qui institue
bãt oia ꝓuidentia gubernari seip
sos osñderent nihil cogitare de cra
stino Nõ peram inq̃t in via. Et ex
hoc p̃cepto arguit pħos q̃ vulgo
appellant̃ bactroperite. ꝙ ↄtemp
tores seculi ⁊ oia ꝓ nihilo ducen
tes cellariũ secũ vehant. Neqꝫ du
as tunicas In duab⁹ tunicis vide
tur mihi duplex osñdere vestimen
tum. nõ quo in locis scithie ⁊ gla
ciali niue rigẽtib⁹ vna q̃s tunica
debeat esse ↄtent⁹: ꝫ ꝙ in tunica ve
stimẽtuz intelligam⁹ ne alio vesti
ti aliud nobis futurorum timore re
seruem⁹. Neqꝫ calciamẽta. Et pla
to precipit duas corpis summita
tes n on esse velandas. nec assue
fieri debere mollicie capitis ⁊ pedũ
Cũ eñi hec habuerint firmitatẽ ce
tera robustiora sũt. Neqꝫ virgam
Auxiliuz hñtes a dño: baculi pre
sidia cur q̃neram⁹ Et ꝙ quodam
modo nudos ⁊ expeditos ad predi

candũz miserat apl'os. ⁊ dura vi
debat̃ esse ↄditio magistroꝝ. seue
ritatez precepti seq̃nti sñia tempa
uit dicens dignus ẽ operari⁹ cibo
suo Tantuz inq̃t accipite. q̃tum i
victu ⁊ vestitu vobis necessariuz ẽ
Vnde ⁊ apl's replicat. habẽtes vi
ctum ⁊ vestitũ hijs ↄtenti sim⁹ Cõ
municet aũt is q̃ cathecizat̃ verbo
ei q̃ se cathecizat i oĩ bono: vt quo
rum discipuli metũt spũalia ↄsor
tes eos faciãt carnaliuz suorũ nõ
in auaricia. ꝫ in necessitate. Hec
hystoice dixerim⁹ ceterũ ꝫm ago
nem nõ licet magistris aurũ ⁊ ar
gentum ⁊ pecuniã que i zonis est
possidẽ. Aurũ sepe legim⁹ ꝓ sensu
argentũ ꝓ sermõe. es ꝓ voce Hec
nobis nõ licet ab alijs accipe sed
data a dño possidere. neqꝫ hereti
corũ ⁊ pħoruz ꝑuerseqꝫ doctrine
suscipere disciplinas. nõ seculi põ
dere premi. neqꝫ duplici esse aĩo
neqꝫ pedes nostros mortiferis vin
culis alligari. ꝫ scãm terraz ingre
dientes esse nudos. neqꝫ habere
virgam que vertatur in colubruz
neqꝫ in aliquo presidio carnis in
niti. ꝙ istiusmodi virga et bacu
lus arundineus est. quẽ si paulu
lum presseris frangitur. ⁊ manuz
transforat incũbentis. Item neqꝫ
virgam .i. potestatis extranee iu
ra nõ indigere. habentes virgã de
radice yesse Nam quecũqꝫ alia fu
erit. non erit xp̃i. Solet aũt queri
quomodo mathe⁹ ⁊ lucas comme
morauerint dixisse dominuz disci
pulis. vt nec virgaz ferrent cũ di
cat marcus et precepit eis ne q̃d

tollerent ī via nisi virgam tantū
Quod ita soluitur vt intelligam⁹
sub alia significacōe dictā virgā
que ſm marcū ferenda est. ⁊ sub
alia illam que ſm matheū ⁊ lucā
non est ferenda: sicut sub alia sig
nificacōe intelligitur temptacō de
qua dictum ē deus neminē temp
tat. ⁊ sub alia de qua dictū ē. Tē
ptat vos dn̄s deus vester. vt sciat
si diligitis eum. Illa seduccionis ē
hec probationis Vtrumq̄ ergo
accipiendum est a dn̄o apostolis
dictum: vt nec virgam ferrent. et
vt non nisi virgam ferrent. Cum
enī ſm matheū diceret eis. Nolite
possidere aurū ⁊ argentū ⁊ cetera
continuo subiecit. dignus ē ope
rarius cibo suo. Vnde satis osten
dit. cur hec eos possidere ac ferre
noluerit. non q̄ necessaria nō sint
sustētationi huius vite: sed quia
sic eos mittebat. vt eis hec deberi
mōstraret ab eis quib⁹ euāgeliū
credentib⁹ annunciarent. Claret
aūt hec ita nō precepisse dominū
tanq̄ euangeliste viuere aliunde
non debeant. q̄ eis prebentib⁹ qui
bus annunciāt euangelium. ali
oquin contra hoc preceptū fecit apo
stolus. qui victum de manuū sua
rum laborib⁹ transigebat: ne cui
q̄ grauis esset. sz potestatē debis
se ī qua scirent sibi ista debere. Cū
enī a dn̄o aliquid imperatur. nisi
fiat inobediētie culpa est. Cū aūt
potestas datur. licet vnicuiq̄ nō
vti ⁊ tanq̄ de suo iure cedere Hoc
ergo ordinans dn̄s quod eum or
dinasse dicit apostolus hijs qui
euangelium annunciant de euā
gelio viuere. Illa apostolis loque
batur vt securi nō possiderent ne
q̄ portarent huī⁹ vite necessaria.
nec magna nec minima. Ideo po
suit nec virgā ostendēs a fidelib⁹
suis oīa deberi ministris suis nulla
suplua req̄rentib⁹. ac p hoc addē
do. dignus ē enī opariu⁹ cibo suo
prorsus apuit ⁊ illustrauit. vnde
hec oīa loq̄ret. Hanc ergo ptātē
virge noīe sig̃ficauit cū dicit. Ne
quid tollerent in via nisi virgam
tantū vt intelligat̄: q̄ p potestatē
a dn̄o acceptā que virge noīe sig
nificata ē. etiā que nō portant̄ nō
deerunt. Hoc ⁊ de duabus tunicis
intelligendum est. ne quisq̄ eorū
preter eam qua esset indut⁹ aliā
portandam putaret sollicitus ne
opus esset. cū ex illa potestate pos
set accipe Qz vero ſm marcū nō
portari. vel habere duas tunicas
sed expressius indui phibet dicēs
et ne induerentur duab⁹ tunicis:
quid eos monet nisi nō dupliciē
sed simpliciter ābulare. Sufficit
enī nobis semel xp̄s indut⁹ ne re
p prauitatē intelligēcie nostre al
tera deinceps vel heresis l' veste
legis induamur Aliter. In phibi
tione duarū tunicarū monemur
oīa suplua nrā indigentib⁹ ero
gare. Vnde ⁊ apl's nos āmonet
vt habētes victū ⁊ vestitū hijs cō
tenti simus: nō mūdi pompas q̄
ramus. nō diuicias seculi: sed the
saurizem⁹ nob' thesauros ī celo v
bi neq̄ erugo neq̄ tinea demolit̄
⁊ vbi fures n̄ effodiūt neq̄ furāt̄

Quia vbicunq; thesaurus noster
est ibi ⁊ necessario cor nostrū erit
ideo indigentibus dare oportet q̄
nob̄ supsunt: qm̄ manus paupe
ris gazophilacium xpristi ē. Nos
ergo fratres dispensatores dn̄i su
mus. Quapropter videamus ⁊ reco
gitem⁹: q̄ cū magna a nobis di
strictione exigetur. quod hic no
bis ad erogandum tribuit̄. Vnde
fideles nos esse dispensatores oꝫ.
Nam de substantia quā habem⁹.
nullus fidelior ē dispensator q̄ nos
ipsi Dum ergo licet ⁊ dum temp⁹
habemus sollicite tribuam⁹. Me
mores simus q̄ quidam sapiens
dixit. Munera que dat moriens:
hec munera nō sunt. Dic ergo nō
esse deo placabilia munera nostrā
data post mortē. vt ea que incolu
mitate huius vite donantur. Qd
ergo homo voluerit habere in pa
tria eterna. pparet sibi quisq; mo
ratur in hac presenti vita: q̄ que
hic recondit in manu pauperis:
illic inueniet in presentia diuine
maiestatis. Melius ē ergo vt q̄s
q; viuēs que habet deo offerat q̄
alius post mortē eius: quoniaꝫ q̄
semetipsū negligit post mortē nō
penitebit Vnde ⁊ dn̄s fideli suo di
spensatori in fine dicturus ē Euge
serue bone in modico fidelis intra
in gaudiū dn̄i tui. Sequit̄. Et quā
cunq; domū intraueritis. ibi mane
te ⁊ inde ne exeatis. Dat ꝯstantie
generale mandatū. vt hospitalis
necessitudinis iura custodiāt. ali
enuꝫ a predicatore regni celestis
astruēs cursitare p domos ⁊ inui
olabilis hospicij iura mutarē Nec
ociose sꝫ matheū dom⁹ quā ingre
dient̄ apl̄i eligēda decernitur vt
mutandi hospicij necessitudinisq;
violande causa non suppetat Sic
enim scriptum ē In quamcūq; ci
uitatem aut castelluꝫ intraueritis
interrogate q̄s in ea dignus sit. ⁊
ibi manete donec exeatis. Sup or
dinacōe episcopi ⁊ dyaconi apl̄s
loquit̄. Oportet aūt testimoniuꝫ
eos habere bonum ab hijs qui fo
ris sunt Apostoli nouam introeū
tes vrbem scire nō poterant quis
qualis esset. Ergo hospes fama ē
eligēdus populi. ⁊ iudicio vicino
rum ne predicacōis dignitas sus
cipientis infamia deturpetur. Cū
vniuersis debeāt predicarē hospes
vnus eligitur. non tribuēs bene
ficium ei qui apud se mansurus ē
sed accipiēs Hoc em̄ dicit̄. quis i
ea dign⁹ sit. vt magis se nouerit
accipe graciam q̄ dare. Et quicū
q; non receperit vos. exeuntes de
ciuitate illa etiā puluereꝫ pedū ve
strorūꝫ ⁊c̄. Puluis excutit̄ de pedi
bus in testimoniū laboris sui q̄ i
gressi sūt in ciuitateꝫ. ⁊ predicacō
apostolica ad illos vsq; puenerit
Siue excutitur puluis de pedibus
vt nihil ab eis accipiant. nec ad
victum quidē necessariuꝫ. qui eu
angelium spreuerint Allegorice
autem qui verbo humiliter inten
dunt. si quib⁹ vt homines terrene
leuitatis neuis obscurantur. p ea
mox q̄ recipiūt euāgelice predica
cōis vestigia purgant̄ Qui vo p̄su
bia vel negligētia vel etiā studio

contemnũt. Docũ vitanda cõio fu
gienda synagoga censet̃ Excutiẽ
dus ẽ pedum puluis ne gestis ma
nibus et pulueri cõparandis men
tis caste vestigiũ polluat̃. Aliter
Pedes discipulorũ ipsum opus.
incessũ iniq̃ predicacõis significãt
Puluis vero quo asperguntur terre
ne leuitas ẽ cogitacõis a qua etiã
ipsi summi doctores immunes esse
nequeũt cũ pro auditorib9 solli
citi salubrib9 curis incessanter in
tendũt. et quasi p itinera mũdi v
nois calcaneo terre puluerem le
gunt. Qui ergo receperint verbũ
ipsi afflictiones curasq̃ doctorũ
quas pro se tolerabãt. in argumẽ
tum sibi vertunt hũilitatis Qui ve
ro spreuerint doctrinã docentiũ si
bi labores et picula tediũq̃ sollici
tudinũ ad testimoniũ damnatio
nis inflectũt Et ipse ẽ puluis q̃ in
euãgelij cõtemptores alibi extre
gi mandat̃. et a quo p bonos audi
tores euãgelistarũ iubent̃ pedes
ablui. ymmo p ipsũ saluatorem
narrant̃ ablui. Egressi aũt circui
bant p castella euãgelisãtes et cu
rantes vbi q̃. Quid euãgelisarẽt
vel quõ curarent apl'i. marcus ex
ponit pleni9. Predicabãt inq̃t vt
pñiam agerent et vngebãt oleo
multos infirmos et sanabant̃ di
cit et iacob9. Infirmat̃ quis in vob
inducat presbiteros ecc'ie vt ora
rent sup eũ. vngẽtes eũ oleo i no
mine dñi. et alleuiabit eũ dñs: et
si in peccatis sit dimittent̃ ei Vnde
patet ab ipsis apl'is hunc sc̃e ec
clesie morem esse cõtraditũ. vt põ
tificali benedictiõe cõsecrato oleo
pungant̃ egroti. Predicabãt ãt
vt penitẽciã agerent et supra. mi
sit illos inq̃t euãgelisare regnũ
dei: q̃ videlicet vtrũq̃ iuxta iohã
nis baptiste vel ipsi9 dñi saluato
ris exemplũ predicabãt. Peniten
ciam agite. appropinq̃bit enĩ reg
num celorũ Regni enĩ celorũ ianu
is appropinq̃re ẽ. de hijs quemq̃
quib9 ab eo didicerat penitere

Feria sexta

Scdm lucam

Nillo tẽpe. Factum
est in vna dierũ et ihesus sedebat
docens. Et erant pharisei sedẽtes
et legisdoctores qui venerãt ex oĩ
castello galilee et iudee et iherusa
lem. et virtus erat dñi ad sanan
dum eos Et reliqua Omelia de ea
dem lectione

Aluator oĩm dñs salutari
oĩa lustrat incessu et nũc
in desertis. nunc in ciuita
tẽ. nunc ad mare doctrine celestis
et virtutũ dona turbis ministrat
Nunc in monte solus orat. nunc
laborantes in mari ne perire debe
ant adiuuat. Vbiq̃ munerã salu
tis impartit̃ vt oẽs grad9 ac cõdi
tiones ad suã grãm ptinere demõ
stret. Cõueniebant inq̃t euãgeli
sta turbe multe vt audirent ihm
et curarent̃ ab infirmitatib9 suis.
Ipse autẽ secedebat in desertum
et orabat. Iuxta misticum intelle
ctum post factũ in ciuitate miracu
lũ pfecta vtiq̃ leprosi curatione.
quem supra describit euangelic9

sermo dño tangente mundatũ se
cedit in desertuꝫ ibiqꝫ ꝯuenientes
ad se turbas benigna pietate suſ
cipit· vt ostendat se magis quie
tam ⁊ a seculi curis remotã dilige
re vitam· atqꝫ ob huiꝰ appetitũ sa
nandis curã adhibere corporibꝰ·
Et quidẽ more humano q̃si freq̃n
ciam se querentiũ declinans nole
bat manifeste ciuitatẽ introire· ſꝫ
allegorice docebat ꝙ tumultuoſ
carnaliuꝫ mentibꝰ aptam sui ma
nifestacõeꝫ veritas nõ exhibet· ſꝫ
quoſcũqꝫ ab illecebris rerũ tẽpali
um viderit esse discretos hijs suo
rum lucem donorũ largius infun
dit· Veruꝫ ꝙ nec carnales supna
pietas deserit quin etiã hijs grati
am sue visitacõis ꝑ quã ⁊ ipsi spi
rituales effici valeãt indulget· pꝰ
desertuꝫ vt marcus scribit dñs re
dit in ciuitatẽ· multisqꝫ ibidẽ ꝯue
nientibus loquiẗ verbuꝫ· ac sana
to paralitico pluribꝰ occasioneꝫ miẗ
ne sanacõnis que ẽ in fide tribuit
Aliter Qꝫ in vrbe dñs miracula fa
cit· in deserto vero vel vt infra legi
tur in mõte orando pnoctat: vtri
usqꝫ vite nobis ⁊ actiue videlicet ⁊
ꝯtemplatiue documenta premon
strat· vt nec ꝯtemplacõis studio
quis proximorũ curaꝫ negligat·
nec cura ꝓximorũ immoderatius
obligatus ꝯtemplacõis studia de
relinquat· quatenus nec amorem
dei ꝑpediat amor ꝓximi· nec amo
rem proximi abiciat amor dei· In
monte quippe orare est relictis in
fimarum cogitationũ curis· tota
mẽte quemlibet ad eterna supne

ꝯtemplationis gaudia festinare·
In desertum secedere et orare· ẽ ex
urgentem intrinsecus strepitum
terrenorũ desideriorum premere ⁊
quoddã sibi cũ dño intra se secre
tum querere· vbi cuꝫ illo cessante
exteriorẽ tumultu· per interna desi
deria silenter loquatur· Qꝫ vero le
gitur ſm marcuꝫ· quia docente do
mino i domo tam multi conuene
runt· vt nõ caperent neqꝫ ad ianu
am· nostraꝫ ꝓprie saluationẽ· qui
de gentibus ad fidem venimus de
signat: q̃a predicante in iudea do
mino· necduꝫ intrare ad audien
dum valuimus ad quos tamen ⁊
si foris positos verba sue doctrine
fecit peruenire: quia nos ipse ꝑ sã
ctorum ora predicatoruꝫ colligit
et q̃uis extra synagogaꝫ in qua
ipse predicabat inuentos· euãge
lij sui fecit esse participes· Consi
deratis que ab euangelista cõpen
dio sunt premissa Quod sequitur
de euangelio ⁊ hodie lectum ẽ con
sequenter ⁊ nos videamꝰ et quod
dñs donauerit hinc dicamus· Et
factum est in vna dierum ⁊ ihesus
sedebat docens· Et erant pharisei
sedentes ⁊ legiſ doctores qui vene
rant ex omni castello galilee ⁊ iu
dee ⁊ iherusalem ⁊ virtus erat do
mini ad sanandum eos· Vbi do
minꝰ sedens docuerit q̃n scribis et
phariseis ꝯsedentibus paraliticũ
curauit· lucas breuiandi causa ꝑ
terit· sed matheus et marcus qui
narrant questionẽ facere videtur
quoniã quideꝫ matheꝰ in ciuitate
sua· marcus in capharnaũ hoc eũ

fecisse testatur. Que difficilius sol
ueretur si mathe⁹ etiaꝫ nazareth
nominaret. Nunc vero vel ipsa ga
lilea in qua erat nazaret intelligē
da est dicta ciuitas christi ad di
stinctionē videlicet regionis trā⁀s
marine gerazenorū. de qua trans
fretando sicut matheus scribit ve
nerat galileam Vel certe ipsa ca
pharnaum ciuitas xpristi ē dicta
quā non nascendo: sed virtutib⁹
illustrando suā ipse fecerat. Et ec
ce viri portantes ī lectulo hominē
qui erat paliticus ⁊ querebāt eū
inferre ⁊ ponere ante ihesū. Obtu
lerunt aūt eum paraliticū iacentē
in lectulo: quia ipse ingredi non
valebat. Curatio paralitici hui⁹
anime post diuturnā illecebre car
nis inerciam ad xpūm suspirātis
indicat saluacōeꝫ. que primo om
niū ministris qui eā subleuent et
christo offerant ⁊ bonis doctori
bus qui spem sanationis opemq̄
intercessionis suggerant indiget
Qui bene marco narrāte quatuor
fuisse reperiūtur. siue q̄r quatuor
euangelij libris omnis predican
tiūꝫ virtus. omnisq̄ sermo firma
tur. Seu q̄r q̄tuor sunt virtutes. q̄
bus ad promerendam sospitatē
fiducia mentis erigitur. Has nā
q̄ vt alio loco didicim⁹. cardina
les videlicet non immerito intelli
gam⁹ Aliarum enī virtutum in or
dine iste precedentes. istis ille con
dependent q̄si in cardine. De q̄b⁹
in eterne sapiētie laude dī. sobrie
tatē enī ⁊ iusticiā docet ⁊ sapienti
am ⁊ virtutē quib⁹ vtilius nihil
est in vita hominib⁹. quas nōnul
li versis nominib⁹ prudentiā. forti
tudinē. tempantiā. ⁊ iusticiaꝫ ap
pellant. Et nō inuenientes q̄ parte
illū inferrent p̄ turba. ascenderūt
supra tectū p tegulas. Desiderant
paliticū xpō offerre. s̄ turba inter
posita ab oī parte reclududūtur: q̄a
sepe aīa post infirmi corpis desidi
am ad deū resipiscens. supneq̄ ḡ
tie remedio cupiēs renouari. pris
ce ↄsuetudinis obstaculo retarda
tur Sepe inter ipsas oracōes secre
te dulcedinis. ⁊ q̄si suaue cuꝫ dn̄o
colloquiū turba cogitationuꝫ int
uenien̄s aciē mentis ne xp̄s videat
interclubit. Et q̄d inter hec agēdū
n̄ō a salutis desiderio torpendum
n̄ō vtiq̄ in infimis exteri⁹ q̄ turbe
tumultuant remanendū. s̄ tectuꝫ
dom⁹ in q̄ xpūs docet ascēdendū ⁊
sacre scripture sublimitas ē appe
tenda. lexq̄ dnī cū psalmista. die
noctuq̄ meditanda In quo enim
corrigit iunior viam suaꝫ. in custo
diendo inquit sermones tuos. Et
sumpserūt illum cū lecto in medi
um ante ihesum. Patefacto tecto
eger ante ihesū submittit: q̄r reserā
tis scripturarū misterijs ad noti
ciam xpristi puenitur. hoc est ad
eius humilitatē fidei pietate descē
dit. Et bene dom⁹ ihesu tegulis ↄte
cta describitur. quia sub cōtemp
tibili litterarum velamine si assit
q̄ reseret diuina spūalis ḡtie vir
tus inuenit. Vnde iuxta alterius
euāgeliste narracōeꝫ nudauerūt
tectū vbi erat ihesus. Denudatio
etenī tegularꝫ ī domo ihu aptio

est in vtilitate littere spiritualis sē
sus et archanorum celestium. Q8
aūt cum lecto deponitur significat
ab homine i ista carne adhuc cō
stituto xpristum debere cognosci
Iuxta misticū vero sensum iam in
paralitico gentiū vniuersitas of
fertur medenda. Et curationis ip
sius domini verba sunt contuēda
Non dicit paralitico. saluus esto
Non dicit. surge et ambula. sed vt
matheus scribit tantū dicit. con
stans esto fili. remissa sūt tibi pec
cata In adam vno peccata vniuer
sis gentibus remittunt. hic itaq
angelis ministrantibus curandus
offertur. hic filius nuncupatur
quia primū dei opus est. Hinc re
mittunt anime peccata et indulgē
cia prime transgressionis exhibeti
a est. Hoc ē enim quod subsequit
Quorum fidem vt vidit dixit. Ho
mo remittuntur tibi peccata tua.
Hominē dn̄s a paralisi curaturus
primo peccatorum vincula dissol
uit vt ostenderet eū obnexus cul
parum artuū dissolutiōe damna
ri. nec nisi hijs relaxatis membro
rum posse recuperatione sanari
Sic et illi paralitico qui iuxta pro
baticam piscinā diu aque motū
frustra prestolabat sanato a do
mino dicitur Ecce sanus factus es
iam noli peccare. ne deterius aliqd
tibi cōtingat. Et bene is cui pecca
ta dimittebant homo vocatur. q
hoc ipso qd homo erat non posset
dicere non peccaui. simul etiā vt il
le qui homini errata dimittebat.
intelligeretur deus. In matheo et

marco ei dicit Cōfide fili remittū
tur tibi peccata tua O mira humi
litas. despectū et debilē totisq mē
brorum cōpaginibus dissolutū fili
um vocat. quē sacerdotes nō dig
nabant attingere. Aut certe ideo
filium vocat: quia dimittunt ei pccā
suā. Iuxta tropologiam interdū
anima iacens i corpore suo. totis
membrorū virtutibus dissolutis a
pfecto doctore curāda offertur do
mino Que si misericordia eius sa
nata fuerit. tantū roboris accipit
vt portet statim lectum suum. In
tuendum sane quanti ppria cuiusq fi
des apud deū valebat. vbi tanti
valuit aliena. vt totus homo re
pente. et exterius interiusq saluatus
iam exurgeret. aliorumq merito
alijs laxarentur errata. Et ceperūt
cogitare scribe et pharisei dicētes.
Quis est hic qui loquit blasphe
mias. Quis potest dimittere pec
cata nisi solus deus. Legimus i p
phetis dicente dn̄o. Ego sum q de
leo iniquitates tuas. Consequen
ter ergo scribe quia ipsum hoiem pu
tabant et verba dei intelligebant.
arguunt eum blasphemie. Verū
vtiq dicunt pharisei: quia nemo di
mittere peccata nisi deus potest. q
p eos quoq dimittit quibus dimit
tendi tribuit potestatē: et iō xpri
stus verus deus esse probat. quia di
mittere peccata vt deus potest Ve
rum deo testimoniū reddunt. sz p
sonam christi negantes fallunt
Errant itaq iudei. qui cū xpristū
et deum esse et peccata dimittē pos
se credant. ihesum tn̄ christū esse

non credūt: sed multo demētius
errāt arriani: qui cū ihesum xp̄m
esse ⁊ peccata posse dimittere euā
gelij verbis deuicti. negare nō au
deant. nichilominꝰ tamē deum ne
gare non timēt. Erroneū hoc neq̄
tī inducere presumūt ⁊ fidei xp̄i
ane verbis cōtraria proclamātes
nō erubescūt. Cum arrianis igit̄
hij ꝑfidi ab ecclesia cēsentur esse
catholica: qui nec dn̄m veruz dei fi
liū deuz esse: neqꝫ peccata posse di
mittere in mēte sua tenēt errronea
At ipse ꝑfidos saluarē desiderās ⁊
occultorū cognicōe ⁊ virtute ope
rum deū se manifestat. Respondēs
enī dixit ad illos Quid cogitatis
mala in cordibꝰ vestris. Eidez nā
qꝫ d̄s qui dicit. ego sum qui deleo
iniq̄tates tuas. sapiētissimꝰ ora
tor ait. Tu enī solus nosti corda
omniū filiorum hominū. Eadez er
go īquit maiestate ⁊ potētia qua
cogitationes vestras intueor. pos
sum ⁊ hominibꝰ delicta dimittere
Ex vobis intelligite quid paliticꝰ
cōsequatur. Quid est facilius di
cere dimittūtur tibi peccata. an di
cere surge ⁊ ambula. Inter dicere
⁊ facere multa distātia est. Vtrū
sint paralitico peccata dimissa. so
lus nouerat qui dimittebat. sur
ge autem ⁊ ambula. tam ille qui
surgebat. q̄m hij qui surgentē vi
debant approbarē poterāt. ffit igi
tur carnale signū. vt probetur spi
rituale ꝗꝗ eiusdem virtutis sit ⁊
corporis ⁊ anime vicia dimittere.
Et datur nobis intelligētia. prop
ter peccata plerasqꝫ euenire corpo
rum debilitates ⁊ idcirco forsitan
prius dimittūtur peccata. vt cau
sis debilitatis ablatis sanitas re
stituatur. Quinqꝫ siquidē sunt
differentie causarū. pro quibus
in hac vita molestijs corporalibꝰ
affligimur. Aut enim ad merita
augēda per patiētiam iusti corpo
ris infirmitate grauātur. vt beati
p̄res Iob ⁊ tobias ⁊ innumeri mr̄
tires in vtroqꝫ testamēto. aut ad
custodiam virtutū perceptaꝝ. ne
superbia temptātē dispereant. si
cut apostolo paulo. ne magnitu
dine reuelationū extolleretur: da
tus est illi stimulꝰ carnis sue an
gelus sathane. qui euz colaphi
saret. aūt ad intelligenda ⁊ corri
genda peccata nostra sicut maria
soror aaron in heremo ob verba
temeritatis ⁊ superbie. lepra ꝑcus
sa est ⁊ sicut paraliticꝰ de quo tra
ctamus: qui nō nisi primo dimis
sis peccatis potuit ab infirmitate
curari. aut ad gloriam dei saluan
tis. siue per seipsum. siue per fa
mulos suos. sicut cecus natus in
euāgelio. qui neqꝫ ipse peccauit.
neqꝫ parētes eius: sed vt manife
starētur opera dei in illo ⁊ sicut la
zarus cuius infirmitas nō est ad
mortē: sed pro gloria dei. vt glori
ficaret̄ filius dei per eam. Aut ad
inchoacōem damnacōnis eterne
q̄d reproboꝝ est propriū. sicut an
thiochꝰ ⁊ herodes qui vterqꝫ suo
tempore aduersus deū repugnan
tes quid tormētoruz in iehēna ꝑ
petuo passuri essent p̄sentiū affli
ctionū miseria cūctis ostendebat̄

Quib9 cõgruit illud q̄ꝑ hete. Et du
plici cõtritione contere eos Vnde
necesse est in õibus. que aduer
sa tempaliter patimur cũ humili
tate domino gratias agamus ⁊ in
firmitatis nostre cõsciĳ decollatis
nobis remedĳs gratulemur. Ne
cesse est. vt ad cõscientiã nostraȝ
reuersi. sollerter opa nostra siml
⁊ cogitacões exploremus ⁊ quic
q̄d nos peccasse dephendim9 dig
na castigatiõe purgem9. quicq̄d
de hĳs q̄ nos recte fecisse credeba
mus vicio nobis elacionis pisse
operim9 a hoc humili satisfactõe
castigem9 Hoc em̄ nobis sepius
fit causa flagellorũ. Ceteruȝ inno
centes ⁊ iustos ob augmēta p̄mi
orum flagellari pfecto ꝝ est donũ
speciale virorũ. verberib9 autem
tempalib9 ad eterna tormēta cõ
pelli. impenitētium est pena repro
boꝝ. Vt sciatis autē. quia fili9 ho
minis potestatē habet in terra di
mittere peccata. Si ⁊ de9 nobis est
iuxta psalmistã qui q̄ꝑtum distat
oriēs ab occasu. elongauit a nob
iniq̄tates nostras ⁊ iuxta memo
ratum ysaie testimoniũ qui delet
iniq̄tates nostras ⁊ filius homis
potestateȝ habet in terra dimittē
di peccata. ergo idem ipse ⁊ de9 et
filius homis est. vt ⁊ homo xp̄c p
diuinitatis sue potētiam. dimittere
iam peccata possit. ⁊ idem de9 xp̄c
p humanitatis sue fragilitatē ꝑ
peccatorib9 mori. Dixit paralitico
Surge tolle lectũ tuum ⁊ vade in
domũ tuam. Et anima nostra pa
ralitica si surrexerit. si robur pris
tinũ recuperauit. portat lectũ suum
in quo iacebat an̄ dissolita ⁊ por
tat illum in domũ virtutũ suarum
Spũaliter de lecto surgere est. ani
mã a carnalibus desiderĳs. vbi e
gra quiescebat extrahere. Lectuȝ
vero tollere est. ipam quoq̄ car
nem p cõtinētie frena correctã spe
celestiũ premiorũ delicĳs priuare
terrenis Ipse est em̄ lectus qui p
singulas noctes lauat a dauid.
idest prouni9 noxe maculis dig
no penitētie flumine castigat. Sb
lato aũt lecto domũ ire est ad pa
disũ redire Ipsa est em̄ vera dom9
que hoiem prima suscepit nõ iure
amissa sed fraude. tandēq̄ restitu
ta p euȝ qui fradulēto hosti nihil
debuit Aliter. Sanus qui langue
bat lectũ reportat domũ cum ani
ma peccatorũ remissione accepta
ad internã sui custodiã cum ipso
se corpcē refert. ne postremaȝ q̄d
vnde iterum iuste feriatur admit
tat. Per lectũ enim in quo carnis
est requies. ipa caro signatur per
domũ vero conscientia figuratur.
Et quia cũ mente mortui in vicĳs
iacemus in carnis delectacõe qui
escim9 infirmi portamur in lecto.
cum vero sanati mēte fuerimus.
vt iam vicĳs carnis pulsantib9
resistamus. necesse est vt tempta
cionum cõtumelias de nostra in
firmitate toleram9. Egro itaq̄ in
re ad salutē reducto p̄cipitur. tol
le lectũ tuũ. idest illud in quo por
tatus est. quia necesse est. vt por
tet quisq̄ cõtumeliam carnis in
qua pri9 iacebat egrot9 Quib est

ergo dicere. tolle lectū tuū ⁊ vade in domū tuam. nisi porta tēptationes in quibꝰ hactenus iacuisti ac reuertere ad cōscientiā vt videas que fecisti. Et confestim surgēs corā illis. tulit lectū in quo iacebat ⁊ abiit in domū suam magnificās deū. Et stupor apprehēdit omnes ⁊ magnificabāt deū. Mira dn̄e potentie virtꝰ. vbi nulla temporis interueniente morula iussu saluatoris salus festina comitat̃. Merito qui affuerāt damnatis blasphemie iacul̃. ad laudē tante maiestatis stupētia corda cōuertūt. Nā primo domini virtutē sue ꝑfidie fore vltricem turbe timēt. deinde cessante iam desperatōnis timore honore deo redditur. ꝙ tantā dedit hominibꝰ potestat̃. Hoc enim sequitur. Et repleti sunt timore dicētes quia vidimꝰ mirābilia hodie. Sed soli hoc xp̄o erat debitum. soli de cōmunione patne substātie hoc agere erat familiare. Nō ergo hoc venit in ammiratōnem qđ posset ista. Quid enim deus nō posse crederet. Alioquin laus de vno homine. nō de pluribus extitisset. Sed dilati deo honoris huic causa est. ꝙ potestas hominibus: ac via data sit p verbū eius ⁊ peccatorū remissionis ⁊ corporū resurrectōnis ⁊ reuersionis in celū. Tu autem domine:

Sabbato.

Scd̄m Lucam.

In illo tpe Surgēs ihs de synagoga. introiuit in domū symonis. Socrus autē symonis tenebat̃ magnis febribꝰ ⁊ rogauerūt illum pro ea. Et reliqua.

Omel̃ beati Ambrosij.

Acrilegia iudeorum. que multo ante dominus prenūciauerat p prophetā ⁊ psalmi versiculo declarauerat. que passurus erat in corpe cōstitutus dicens. Retribuebāt mihi mala pro bonis: quoniam sequebar bonitatem. Et in alio. Odio habuerūt me gratis. Nam odiū retribuebāt pro dilectione mea. Hec ōnia in euangelio docet esse cōpleta. Nam cū ipse p populos beneficia diffunderet: illi iniurias irrogabāt. Nec mirū si ꝑdiderūt salutē. qui eiecerūt de suis finibus saluatorē. Mortalis enim dominꝰ: ⁊ que docuerit exemplo sui apostolos suos omnibꝰ omnia fieri. nec volentes repudiat. nec inuitos alligat. nec reiicietibus reluctatur. nec rogātibꝰ deest. Sic gerasenos alibi cum virtutes eius sustinere non possent. quasi infirmos ⁊ ingratos reliqͥt. Simul intellige nō ex necessitate fuisse: sed voluntariam corporis passionem. nec captum a iudeis: sed a se oblatū. Etenim quādo vult capitur. quando vult labitur. quando vult suspenditur. quādo vult non tenetur. Et hic in supcilium mōtis precipitādus ascenderat: ⁊ ecce per mediū eorū mutata subito vel obstupefacta furentiū mente descendit. Nō dum enī venerat hora passionis quinetiā malebat adhuc iudeos

ſanare ꝙ ꝑdere. vt inefficaci furo
ris exitu deſinerēt velle q̄d imple
re non poſſent Vides igit̄ ⁊ hic di
uinitatis eſſe q̄d opatus eſt: et il
lic voluntatis eſſe ꝙ captus eſt.
Naz queādmodū a paucis tene
ri potuit. qui a populo nō tenet̄.
Sed noluit ſacrilegiū eſſe multo
rū vt in auctores culpe crucis inui
diā retorq̄ret. Atq̧ a paucis qui
dem affigit̄. ſ; pro toto orbe morit̄
Et in ſynagoga erat homo habēs
ſpiritū immūdum. Et infra. Sur
gens autē de ſynagoga intrauit
in domū ſymonis ⁊ ādree. Socrꝰ
autē ſymonis tenebat̄ magnis
febribꝰ. Vide clemētiam domini
ſaluatoris Nec indignatiōe cōmo
tus. nec ſcelere offenſus. nec iniu
ria violatus iudeā deſerit. quineti
am imemor iniurie. memor cleme
tie. nūc docendo. nūc liberādo. nūc
ſanādo i fide: plebis corda dimul
cet. Et bene ſanctꝰ lucas virū a ſpi
ritu nequitie liberatū ante p̄miſit
⁊ ſubſtituit femine ſanitatē Vtrū
q̧ enim ſexum dominꝰ curaturus
aduenerat: ⁊ prior ſanari debuit
qui prior creatꝰ eſt. nec p̄termitti
illa que mobilitate magis animi
ꝙ prauitate peccauerāt. Sabbato
medicine dominice opa cepta ſigni
ficat. vt inde noua creatura cepit
vbi vetꝰ creatura ante deſinit. nec
ſub lege eſſe filiū dei: ſed ſupra le
gem in ipō principio deſignaret.
nec ſolui legē: ſ; impleri. Neq̧ enī
p legem: ſ; verbo factꝰ eſt mūdus
ſicut legiꝰ. Verbo dn̄i celi firmati
ſunt. Nō ſoluitur ergo lex: ſed im

plet̄. vt fiat renouatio hominis iaz
labentis Vnde apoſtolꝰ ait. Spoli
antes vos veterem hominē. indui
te nouū qui ſcd̄m deum creatus
eſt. Et bene ſabbato cepit vt ipm̄
ſe oſtēderet creatorem. qui opera
opibꝰ intexeret ⁊ ꝓſequeret̄ opꝰ
q̄d ipſe iam ceperat. vt ſi domū fa
ber renouare diſponat nō a funda
mētis: ſ; a culminibꝰ incipiat ſol
uere vetuſtatē. Itaq̧ ibi pri ma
nū admouet vbi an̄ deſierat dein
de a minoribꝰ incipit vt ad maio
ra ꝑueniat. Liberare a demone ⁊
hoīes: ſ; in verbo dei poſſunt ēſurre
ctiōem mortuis impare. diuine ſo
lius eſt ptātis. Nec queq̄ꝙ moue
re debet ꝙ ihesu nazarem nomen
in hoc libro dyabolꝰ dixiſſe p̄mus
inducitur. Nec eniz ab eo xp̄c no
men accepit. q̄d de celo angelus
ad virginē detulit. Eſt huiꝰ impu
dentie vt inter hoīes aliq̄d primꝰ
vſurpet ⁊ ad homies quaſi nouū
deferat quo terrorē ſue poteſtatis
initiat. Deniq̧ ⁊ in geneſi primꝰ
deū homini nūcupauit Sic enī ha
bes. Et dixit mulieri Quid vtiq̧ di
xit deꝰ ne edatis de omni ligno V
terq̧ igitur a dyabolo deceptꝰ eſt
ſanatus a xp̄o. Seq̄re ceteras euā
gelice lectōnis diſce miſteria atq̧
in duoruz ſanitate publice ſacra
mentū ſalutis agnoſce. Sicut enī
in adam omnes moriūtur. ita et
in xp̄o omnes viuificabūtur Quis
eſt ille q̄ in ſynagoga ſpm̄ demo
nij habebat immūduz: niſi popu
lus iudeoruz. qui quaſi ſerpētinis
ſpiris deuinctꝰ ⁊ innodatꝰ diaboli

laqueis simulatā corpis mūdiciā
interioris mētis sordibꝰ inquina
bat Et bene in synagoga homo q̄
erat spiritū immūdum habebat.
quia spiritū sanctuz amiserat. In
troierāt enim dyabolus. vnde xp̄c
exierat. Simul ostēditur natura
dyaboli nō improba opa iniqua
Nam quē p supiorē naturā domi
num cōfitet͛ ope negat. Et in hoc
apparet eiꝰ nequicia improbitas
iudeorū. qđ ita populo vesano ceci
tatē mentis offudit. vt populꝰ ne
get quem demones cōfitentur. O
peior magistro discipulorꝝ heredi
tas Ille v͛bo dominū temptat hij
facto Ille dic̄ mitte te. isti adoriūt͛
vt mittāt. Si altiore cōsilio ista pē
damꝰ. animi debemꝰ intelligere ⁊
corporis sanitatē vt prius animꝰ
qui serpētinis laborabat insidijs
absolutꝰ sit. Anima enim a corpo
re nunq̄ vinceretur nisi p̄us a dy
bolo temptaretur. Nam cū anima
corpꝰ agat. viuificet ⁊ gubernet
quēadmođ in eiꝰ illecebras capti
ua raperetur. nisi ⁊ ipa superioris
alicuius potestatis vinculis strin
geretur. Denicꝫ nō prius eua esu
rijt. q̄ serpentis eam versutia tēp
tauit ⁊ ideo aduersus ipsuz aucto
rem peccati. priꝰ debuit medicina
operari. Fortassis etiam in typo
mulieris illiꝰ socrus scilicet symo
nis ⁊ andree. varijs criminū febri
bus caro nostra languebat. ⁊ di
uersarū cupiditatum immodicis
estuabat illecebris. Nec minorē
febrem amoris esse dixerim q̄ ca
loris Itacꝫ illa animū febris. hec

corpus inflāmat Febris enim no
stra auaricia est. febris nostra li
bido est. eo q̄ ignite sint cupidita
tis Vnde ⁊ apostolꝰ ait. Si non se
cōtinent nubāt. melius est enim
nubere q̄ vri. Febris nostra luxu
ria est. febris nostr̄ ambitio est.
febris nostra iracūdia est. Que li
cet corpis vicia sint. ignē tamē os
sibus implicāt. mentē animū sen
sumqꝫ ꝑtemptant. Hec prior dya
boli sollicitatur arte. Etenim ager
bonꝰ vestis monile suadela serpē
tis est. honorū gratia sublimitas
potestatū. epularū suauitas. For
ma meretricis lequeꝰ est dyaboli
⁊ quasi quedaz nequitia spirita
lis illecebrosus affatꝰ qui per car
nis illecebraz. que cito feminea q̄
daz leuitate mollitur animū quo
qꝫ de gradu deijcit. Neqꝫ enim for
mā mulieris animus priusq̄ cor
poris oculis concupiscit. Denicꝫ
qđ non videris nō amabis. Sz ni
si caro cōcupierit. cōpatiētis quo
qꝫ animi cōstantia deficit ⁊ mens
ꝯsortio amoris inflectit͛. Duo enī
in carne vna sūt. atqꝫ ita mors in
cipit sceleris effectu. temptāte dy
abolo carne suadēte. Vehemētior
tamē est animi q̄ corporis febris
⁊ ideo pro animi volūtate corpis
salus plerumqꝫ cōtemnitur. nec a
periculis abstinetur. Vnde nō ali
enum videtur repetere. quēadmo
dum theotimꝰ cuz graui oculorꝝ
incōmodo laboraret ⁊ amaret vx
orem interdictaz sibi a medico fa
cultatē coeūdi. cupiditatis impa
ciēs. atqꝫ impetu libidinis raptꝰ

moderari nequerit. Sciēs enī prudens ille q̄ esset oculos amissur⁹ priusq̄ cōueniret vxori in ipō estu feruētis cupiditatis ⁊ consuetudinis apparatu. vale inquit amicū lumē. Sic ī febre libido flagrātior est grauiusq̄ p̄cipitat et inflammat Sed vbi q̄s resipuerit a furore. tunc cōsciētie interioris visus apitur faciēq̄ succedit penitētia ⁊ pudēda sui vnusquisq̄ pro qualitate facinoris erubescit. Tūc deus timet̄ ⁊ peccator cupit se celare: s̄ nō potest Tūc caro arguitur diabol⁹ accusatur. hec quasi plena viciorū. ille quasi auctor erroris Patescit deformitas. nudū est enim deo ōmino secretū. nec vllius ficus folijs. hoc est tegmīe corpali. vel iactātia seculari flagitiorū secreta velantur ⁊ vnusquisq̄ diuinū peccati cōscia formidat mēte iudiciū dicēs Vtinā sup me mōtes cadāt In quib⁹ me abscōdā fissuris petraꝝ. cum venerit cōfringere terram. Tūc tribulos ⁊ spinas animo caro. hoc est curaꝝ morsus sollicitudīeq̄ geneāt. estusq̄ quos sibi p cōcupiscentiam carnis. animus ipse circūdedit. Etenim quasi clauis quibusdā suffigitur anima corporeis voluptatib⁹ ⁊. cum semel adheserit cupiditatibus dimersa terrenis difficile in altū potest vnde descēdit sine dei fauore reuolare. Actuū enim suoꝝ vincta laqueis et deliciarū secularium illecebris obnoxia iam tenet̄ Hūc ergo adam. hāc euam domin⁹ liberaturus aduenit. quoꝝ alter

ad ymaginē dei fact⁹. alter virtutem accipiens sui viri q̄ diu fuit subdita fortiori. vnam gerebāt in vno spiritu deo placitā volūtatē ⁊ in padiso positi dei: vite celestis opabātur alimoniā. Postea vero q̄ caro suadere diuersuma legē propriam cepit nō tenere. paradisi exules facti. in hūc inferiorem demersumq̄ locum. peccati merito ceciderūt. Nec quisq̄ putet incongruū esse. si adam atq̄ eua in typo anime ⁊ corporis estimentur. cum in typo ecclesie estimētur et cristi. Nam cum duos esse in vna carne apostol⁹ diceret adiecit Sacramentū hoc magnū est ego autē dico in xp̄o ⁊ in ecclesia In quo ergo supm̄ dei: in eo multo magis anime nostri potest esse misteriū Sed heret. suffixus est captus est ⁊ corporeis febrib⁹ succēsus compassiōe carnis egrescit. querēd⁹ est medicus. Sed quis iste tant⁹ est. qui saucie mētis medeatur vlceribus. Quis tantus est homo: qui possit alijs subuenire cū sibi ipsi nō possit succurrere. Quis aliis possit vitā reddere: cū ipse mortem nō possit euadere. Omēs enī in adam moriūtur. quia p vnum hominē in hunc mūdum peccatū intrauit. ⁊ per peccatū mors ita in omēs homies ptrāsijt. in quo omnes peccauerūt. Illi⁹ igitur culpa mors omniū est. Deniq̄ missi sūt sancti. missi sunt ⁊ pphete qui oracula diuina loquerent̄. nec quicq̄ p mouere potuerūt Quesiu⁹ ē aliquē de āgelis aut archāgelis medicū

Sed queadmodū mihi possunt p
sidiū ferre ne peccem. cum ipse ar
chāgelus a peccato non potuerit
abstinere. Queadmodū ad padi
suz angel' reuocare me poterit. cū
ipē sathanas & āgeli sui se de quā
acceperāt suare nō potuerint. Tu

Itē de eodē. Scdm Lucam

n illo tpe Surgēs

ihesus de synagoga itroiuit in do
mū symonis. Socrus autē symo
nis tenebat magnis febrib' & ro
gauerūt illū p ea. Et reliq. Omel
de eadē lectione.

N isto sancti euāgelij capitulo si
idem ab euāgelistis seruat' est or
do. Hoc deniq factū marcus & lu
cas anteq de leproso. qui dño des
cendēte de mōte mūdatus est. qd
dicerent narrāt. mathe' v. ro post
terminatū in monte sermōem. le
prosi pmissa mūdatione pueriq
cēturionis curatiōe subiūgit de re
stitucōne socr' symonis petri. Sz
nihil obstat narrādi diuersitas.
vbi eadez res nūciatur. Et notan
dū. q leprosus ille apud matheū
prim' specialit curatus sit. secūdo
puer cēturionis. tercio socrus pe
tri. febriens in capharnaū. qrto
in loco q oblati sūt ei demonio ve
xati. quorū spūs verbo eijciebat.
qñdo & omis male habentes cura
uit. Qm inuidia dyaboli mors intrā
uit in orbē terraz. ideo cōtra ipsum
mortis auctorē primo debuit me
dicina salutis opari. pmo lingua
serpētina ne vltra vir' spargeret
obcludi ac deinde femina que pma

seducta ē a carnalis cōcupiscētie
febre curari. tercio vir q male sua
dētis dicta cōiugis audiuit ab er
roris sui lepra castigari. vt ipē a
pud lucā euangelistā essz ordo re
stauracōis q fuerat & casus. Pau
lo supius eniz refert. quia in syna
goga erat homo habēs demoniū
immūdum. Cui' integra restituti
one sanitatis descpta. subdit hoc
qd ex lectōne audiuim' hodierna
Surgēs autē de synagoga ihesus
itroiuit in domū symonis. Socr'
aūt symonis tenebat magnis fe
brib'. Sed & hui' reuelationis a
domino collate explicata narratiōe
nōnullis intpositis. vir qui erat
plen' lepra subinfert mūdatiōez
Bene aūt vbi leprosus mūdatur
certus nō exprimit locus vt ostē
datur nō vnum populū specialis
alicui' ciuitatis: sed oim populos
fuisse sanatos. Hec p excessuz ne
cessario pmisim' vt misticuz ordi
nem ab euāgelista seruatū mon
straremus vt dictū est restauratio
nis in dño. q erat & casus in ptho
plastis Intendam' nūc mentis ob
tutū. ad hoc euāgelij capitulū. qd
nobis exponēdū hac lectōne pro
positū est. Si viz a demonio libera
tū moraliter animū ab immūda
cogitatiōe purgatuz dixerim' sig
nificare. cōseqnter femina febrib'
tenta: sed ad imperiū dni sanata
carnē ostendit a cōcupiscētie sue
feruore. p cōtinentie pcepta frena
tam. Oīs eñi amaritudo & ira & in
dignatio clamor & blasphemie spi
rit' immūdi furor est. Fornicacōez

vero imūdiciā libidinē ↄcupiscen
tiā malā ⁊ auariciā que est simu
lacroꝝ seruitꝰ. febrem illecebrose
carnis intellige. Et rogauerunt il
lū pro ea. Et stās sup illam impa
uit febri ⁊ dimisit illam In euāge
lio mathei scp̄tuz est ⁊ tetigit ma
nū eius ⁊ dimisit eā febris Modo
ei saluator rogatus. mō vltro cu
rat egrotos. ostēdens se cōn pecca
toꝝ quoqꝫ passiōes ⁊ p̄cibus sp
ānuere fideliū ⁊ ea que ipsi mīme
in se intelligūt. vel intelligēda da
re vel pie petētibus etiā non intel
lecta dimittē. iuxta hoc qđ psalmi
sta postulat. delicta q̄s itelligit. ⁊
Ab occultis meis mūda me dn̄e.
Tāgit vero manꝰ mulieris ⁊ sana
tis opibꝰ eius. pctōꝝ infirmitas
fugit Et ↄtinuo surgēs mīstrabat
illis Naturale est febricitātibꝰ in
cipiēte sanitate lassescere et egro
tacōis sentire molestiā. Veꝝ sani
tas q̄ domini ↄfertur impio simul
tota redit. nec solū ipsa redit: ꝫ ⁊
tanto robore comitāt. vt eis cōti
nuo q̄ se adiuuerāt ministrarē suf
ficiat ⁊ iuxta leges tropologie. mē
bra que seruierāt immūdicie ad
iniquitatē vt fructificarēt morti s
uiāt iusticie in vitam eternā. Sz ⁊
sm misticos intellectꝰ saluato cē
turionis puero ac fide gentiū in cē
turione laudata ↄsequēter socrꝰ
petri. hoc ē synagoga iudaica ab
natus sit Seriem generacōnis ig
noro. sȝ auctoritatē generacōnis
agnosco. Non interfuimus cum ex
patre filius dei nasceretur: sȝ interfu
imus. cum a patre dei filius diceretur
Si deo nō credimus. cui credemus.
Omnia eniȝ que credimus. vel visu
credimus vel auditu Visus sepe fal
litur. auditus in fide est An asserē
tis psona discutitur. Si viri boni
dicerent. nefas putaremus nō cre
dere. Deus asserit. probat filius. re
fugiens sol fatetur. tremēs terra
testatur In hoc altū disputacōnis
ecclesia a petro ducitur. vt videat
hinc resurgētem filiuȝ dei. inde spi
ritum sanctum profluētem. Que
sunt autem apostolorū. que laxa
re iubetur retia. nisi verborū com
plexiones. a quasi quidam orati
onis sinus. a disputacōnum reces
sus. q̄ eos quos ceperint nō amit
tant. Et bene apostolica instrumē
ta. piscādi retia sunt. que nō cap
tos perimūt: sed reseruant. a de p
fundo ad lumen extrahūt fluctu
antes. de infernis ad supna trās
ducunt. Est a aliud apostolicum
piscādi genus. quo genere soluȝ
petrū piscari dominus iubet dicens
Mitte hamū a eum pisceȝ qui pri
mus ascenderit tolle. Magnū qui
dem est a spiritale documētum. q̄
xp̄iani veri sublimioribus potesta
tibus docētur debere esse subiecti.
ne quis cōstitucōem regis eterni
putet esse soluēdam. Si enim cen
suȝ dei filius soluit. quis tu tantus
es. qui nō putes esse soluēduȝ. Et
ille censum soluit. qui nichil possi
debat. tu autē qui seculi sequeris
lucrū. cur seculi obsequiū non re
cognoscas. Cur te supra seculū q̄
dam animi arrogātia feras. cū se
culo sis miserā cupiditate subiectus.
Penditur igitur didragma. quod
erat precium nostre redempcōnis
a corporis. in lege promissum. in
euāgelio persolutum non ociose
in ore piscis inuētum. Ex ore eniȝ
tuo iustificaberis. Etenī precium
immortalitatis. est nobis nostra
confessio. quia sicut scriptū est. ore
confessio fit ad salutē. Et fortasse
primus hic piscis. primus est martir
in ore habens didragma. hoc est
preciū census. didragma nostrū
cristus est. Habebat ergo primus il
le martir stephanus scilicet in ore
thesauruȝ. cum christo in passio
ne loqueretur. Sed reuertamur
ad propositū locum a discamus
apostolicā humilitatē Preceptor

inquit p totam noctē laborantes nihil cepimꝰ: sed in verbo tuo laxabo retia. Et ego domine scio. quia nox mihi est. quādo non impas Nemo adhuc dedit nomē suum. adhuc noctē habeo. Nisi iaculū vocis p epiphaniā ⁊ adhuc nil cepi. nisi p diē expecto vt iubeas. in verbo tuo laxabo retia. O vacua psumptio. o hūilitas fructuosa. Qui nihil ante ceperāt. magnam in verbo dei cōcludūt piscium multitudinem. Nō hoc humane facūdie opus: sed superne vocatōnis est munus. Cedūt disputatōnes hominū. fide plebs sua credit. Rūputur retia. nec labit piscis. Vocantur ad adiumētum socij. qui erant in alia naui. Que ē illa alia nauis. nisi forte iudea. Ex quo iohānes ⁊ iacobus eligūtur. facta est iudea sāctificatio eius. Hij igitur de synagoga ad nauim petri. hoc est ad ecclesiam cōuenerūt. vt implerent ambas nauiculas. Omnes enim in nomine ihesu genu flectūt. siue iudeus siue grecus. et omnia ⁊ in omnibꝰ cristus. Sed mihi cui nulꝰ iste suspectus est. ne plenitudine sui naues pene mergātur. Oportet enim ⁊ hereses esse. vt probentur boni. Possumus tamen ⁊ aliam ecclesiam intelligere nauim alteriꝰ Ab vna enim plures ecclesie deriuātur. Ecce alia sollicitudo petri. cui sua iā preda suspecta est. Sed nouit perfectꝰ quēadmodū seruare possit recōditos qui scit quēadmoduz possit capere dispersos. quos in verbo capit. Verbo credidit. negat suam predam. negat suū munꝰ. Exi inquit a me domine. quia homo peccator sum Admirabatur enim dona diuina ⁊ quo plꝰ meruerat. hoc presumebat minus. Dic ⁊ tu exi a me domine quia peccator sum vt respōdeat tibi dominus. Noli timere indulgēti domino peccatum fateri. noli etiam timere que tua sunt domino deferre. quia que sua sunt nobis ille cōcessit. Nescit inuidere nescit eripere. nescit auferre. Vides φ bonus dominꝰ qui tantum tribuit hominibus vt viuificādi habeāt potestatē.

Dominica sexta.
Lectio sancti euāgelij.
Scdm Matheum

In illo tēpore Dixit

ihesus discipulis suis Amen dico vobis. quia nisi abūdauerit iusticia vestra plusφ scribarum vel phariseorū. non intrabitis in regnū celorum. Et reliqua. Omel beati Augustini epi.

Postea φ dominꝰ cohortatꝰ est audiētes vt se prepararent ad ōnia sustinēda p veritate atqꝫ iusticia ⁊ vt nō absconderēt bonū qd accepturi erāt. sed ea beniuolētia discerent. vt ceteros docerent nō ad laudem suā: sed ad gloriā dei bona opa sua referentes. incipit eos iā informarē ⁊ docere qd doceāt. tamφ si quererent dicētes Ecce volumꝰ ⁊ ōnia sustinere p tuo noīe ⁊ doctrinā tuaz nō abscōdere: ſ quid est hoc ipm

quōd vetas abscōdi ⁊ pro quo iu
bes omnia tolerari. Nūquid alia
dicturus es cōtra ea que in lege
scripta sunt. Non inquit. Nolite
enim putare quoniā veni soluere
legem aut prophetas Nō veni sol
uere: ſ adimplere In hac sentētia
duplex sensus est. Scđm vtrumq̄
tractandū est. Nam qui dicit. nō
veni soluere legē: sed implere aut
addēdo dicit q̄d mi̇̄n⁹ hȝ aut faciē
do q̄d habet. Illud ergo prius cō
sideremus q̄d primuȝ posuimus.
Naȝ qui addit q̄d minus habet.
nō vtiq̄ soluit quod inuenit. sed
magis pficiendo cōfirmat. Et ideo
sequitur ⁊ dicit. Amē dico vobis
donec transeat celum ⁊ terrā: iota
vnum. aut vnus apex nō preteri
bit a lege donec ōmia fiant. Dum
enim fiunt etiam illa que addun
tur ad perfectōem. multo magis
fiūt illa que premissa sunt ad in
choacōnem. Q̄d autem ait iota v
num. aut vnus apex nō transiet
a lege. nihil aliud potest intelligi
nisi vehemēs expressio perfectio
nis q̄ndo per litteras singulas de
mōstrata est inter quas litteras
iota min⁹ est ceteris quia vno du
ctu fit. apex autem est ipsius ali
qua in summo pticula. Quibus
verbis ostēdit in lege ad effectuȝ
etiam minima queq̄ pduci. Deī
de subiecit Qui enī soluerit vnum
de mādatis istis minimis ⁊ docue
rit sic homīes. minim⁹ vocabitur
in regno celorum. Mādata ergo
mi nima significātur per vnum io
ta ⁊ vnum apicem. Qui ergo sol

uerit ⁊ docuerit sic. idest scđm id
q̄d soluit. non scđm id q̄d inuenit
et legit. minim⁹ vocabitur in reg
no celoruȝ ⁊ fortasse nō erit in reg
no celorum. vbi nisi magni esse
non possunt. Qui autem fecerit ⁊
docuerit sic Qui autem fecerit. hoc
est. Qui autem non soluerit ⁊ do
cuerit sic. scđm id ē quod nō soluit
Quo vero mḡnus vocabitur in reg
no celoꝝ. sequitur ⁊ etiā sit in reg
no celorum quo magni admittā
tur. Ad hoc enim pertinet q̄d se
quitur. Dico enim vobis. quia ni
si abūdauerit iusticia vestra pl⁹
q̄ꝑ scribarum et phariseorū. non
intrabitis in regnū celoruȝ. idest
nisi nō solum illa minima legis
precepta impleueritis que incho
ant homines: sed etiam ista que
a me addūtur. qui non veni sol
uere legem: sed implere. nō intra
bitis in regnum celorum. Sed di
cis michi. Si de illis mādatis mi
nimis cum superius loqueretur.
dixit minimū vocari in regno celo
rum. quisquis vnū eorū soluerit.
⁊ scđm suam solucōem docuerit.
magnū autem vocari. quisquis ea
fecerit ⁊ sic docuerit. et ex eo iam
in regno celorum futurū esse quia
magnus est. quid opus est ad
di preceptis legis minimis. si in
regno celorū potest esse quia mḡ
nus est. quisquis ea fecerit ⁊ sic do
cuerit. Quapropter sic est acci
pienda illa sententia. Qui autem
fecerit et docuerit sic. magnus vo
cabitur in regno celorum. id est
non scđm illa minima: sed scđm

ea que dictur⁹ sum. Que sunt aūt
ista. Vt abūdet autē iusticia ve
stra sup scribarū ꝛ phariseorum.
quia nisi abūdauerit: nō intrabi
tis in regnū celorum. Ergo qui sol
uerit illa minima ꝛ sic docuerit. mi
nimus vocabitur. Qui autem fecerit
illa minima ꝛ sic docuerit. nō iam
magn⁹ habendus est ꝛ ydoneus
regno celorum: sed tamē nō tam
minimus. ꝙ ille qui soluit Vt au
tem sit magn⁹ atqꝫ illo regno ap
tus. facere debet ꝛ docere. sicut cri
stus nūc docet. idest vt abūdet iu
sticia eius super scribarū ꝛ phari
seoruꝫ. Justicia phariseorū est vt
nō occidāt. iusticia eorum qui in
traturi sunt in regnum dei. vt non
irascantur sine causa. Minimū est
ergo nō occidere. ꝛ qui illud solue
rit. minim⁹ vocabitur in regno ce
lorum. Qui autē illud impleuerit
vt nō occidat. non cōtinuo mag
nus erit ꝛ ydoneus in regno celo
rum: sed tamē ascendit aliquem
gradum. perficietur autem si nec
irascatur sine causa. Qđ si perfece
rit. multo remotior erit ab homici
dio. Quapropter qui docet vt nō
irascamur. nō soluit legem ne oc
cidam⁹: sed implet pocius. vt et
foris dum nō occidimus. ꝛ in cor
de dum nō irascamur. innocētiam
custodiam⁹. Audistis ergo inquit
quia dictum est antiquis. nō oc
cides. qui autem occiderit. re⁹ erit
in iudicio. Ego autem dico vobis.
quia omnis qui irascitur fratri
suo sine causa. reus erit iudicio.
Qui autē dixerit fratri suo racha

reus erit cōcilio. Qui autem dixe
rit fatue. reus erit iehenne ignis
Quid interest. inter reū iudicio. ꝛ
reum cōcilio. ꝛ reum iehēne ignis.
Nam hoc postremuꝫ qđ grauissi
mum sonat. āmonet grad⁹ quos
dam factos a leuiorib⁹ ad graui
ora. donec ad iehennā ignis veni
retur. Et ideo si leui⁹ est esse reum
iudicio. quā esse reum cōcilio. ita
leuius esse reum concilio. quā esse
reum iehēne ignis. et leuius esse
intelligat irasci sine causa fratri.
ꝙ dicere racha. ꝛ rursum leui⁹ es
se dicere racha. ꝙ dicere fatue. Nō
enim reatus ipse haberet grad⁹.
nisi gradatim etiaꝫ peccata cōme
morarentur. Vnum autē hic ver
bum obscurū positū est. quia nec
grecum est nec latinū racha. cete
ra vero in sermone nostro vsitata
sunt. Nōnulli autem de greco tra
here voluerūt interpretacōem hu
ius vocis. putantes pānosum di
cere racha. quoniā grece pānus
rachos dicit. A quib⁹ tamen cum
querit quid dicatur. grece pāno
sus. nō respondent racha. Deinde possꝫ
latin⁹ interpres vbi posuit racha
pānosum ponere. nec vti verbo qđ
in latina lingua nullū sit. ꝛ in gre
ca inusitatū. probabili⁹ ergo est
qđ audiui a quodā hebreo cū id
interrogassem. Dixit enī esse vocē
non significantē aliquid: sꝫ indig
nātis animi motum exprimentē
Has interiectōes gramatici vocāt
oracōis particulas. significātes cō
moti animi affectū. velut cū dicit
a dolente heu vel ab irascēte hem

Que voces quarūcūqꝫ linguarū
sunt proprie. nec in aliam linguā
facile transferūtur. Que causa vti
qꝫ coegit tam grecū interp̄tem ꝙ̄
latinū vocem ipsam ponere cum
quo modo eam interp̄taretur nō
inueniēt. Gradus itaqꝫ sunt in is
tis peccatis. vt primo quisqꝫ iras
catur et eum motum retineat corde
cōceptum. Jam si extorserit vocem
indignātis: sed cōmotio non sig
nificantē aliquid sed illum animi
motum. ipsa erupcōne testātem
qua feriat̄ ille cui irascimur plus
est vtiqꝫ ꝙ̄ si surgens ira silencio
p̄meretur. Si vero non solum vox
indignātis auditur. sed etiaz ver
bum qd iam certam vituperatio
nem in quē profertur designet et
notet. quis dubitet amplius hoc
esse. ꝙ̄ si solus indignacōnis so
nus ederetur. Jtaqꝫ in primo vnū
est. idest ira sola in secūdo duo et
ira et vox que irā significat. in t'cio
et in voce ipsa certa vituperacōnis
expressio. Vide nūc etiam tres re
atus iudicij cōcilij et iehēne ignis
Naz in iudicio adhuc defensioni
datur locus. in concilio autem ꝙ̄
ꝙ̄ et iudicium esse soleat. tamen
quia interesse aliquid hoc loco fa
teri cogit ipsa distinctio videtur
ad cōcilium p̄tinere sentētie pro
latio. quādo nō iam cum ipso reo
agitur vtrum damnādus sit: sed
inter se conferunt. quo supplicio
damnari oporteat quem cōstat
esse damnādum. iehenna vero ig
nis nec damnacōnem habet du
biam sicuti iudiciū nec damnati

penam sicut cōcilium. Jn iehēna
quippe certa est et damnatio et pe
na damnati. Videtur ergo aliqui
gradus in peccatis et in reatu: sed
quib9 modis inuisibiliter exhibe
antur meritis animaruz quis po
test dicere. Audiēduz est itaqꝫ ꝙ̄
tum iter sit. inter iusticiā pharise
orum et istam iusticiā maiorē que
in regnū celoruz introducit. quia
cum sit grauius occidere. ꝙ̄ verbo
irrogare cōuiciuz ibi occisio facit
reum iudicio. hic autē ira facit re
um iudicio. qd trium illorum pec
catoꝝ leuissimū est. quia illi que
stionē homicidij inter homīes agi
tabāt. hic autez omnia diuino iu
dicio cōmittuntur. vbi finis dam
natorū est in iehenna ignis. Quis
quis autem dixerit. ꝙ grauiore
supplicio in maiore iusticia puni
tur homicidiū. si iehēna ignis pu
nitur cōuiciuz. cogit intelligi esse
differētias iehennarū. Sane in tri
bus istis sentēcijs subaudicio ver
borum intuēda est. Habet enī pri
ma sentētia omnia verba necessa
ria. vt nihil subaudiatur. Qui ira
scitur inquit fratri suo sine causa
re9 erit iudicio. Jn secūda vero ait
qui autē dixerit fratri suo racha:
subaudit̄ sine causa et ita iūgitur
reus erit cōcilio. Jam in tercia ve
ro ait qui autē dixerit fatue. duo
sbaudiūtur et fratri suo et sine cau
sa. Hoc est vn̄ defenditur ꝙ apo
stolus galathas vocat stultos.
quos etiā fratres nominat. Non
eniz id facit sine causa. Ideo autē
hic frater subaudiēdus est. quia

de inimico postea dicit. quomodo etiã tractãdo⁹ sit maiore iusticia deinde hic sequit. Si ergo obtuleris mun⁹ tuũ in altare ⁊ illic recordatus fueis. q2 frater tuus hȝ aliquid aduersũ te. relinque ibi munus tuũ ante altare. ⁊ vade prius recõciliari fratri tuo. et tunc veniens offeres munus tuũ. Hinc vtiq3 apparet de fratre dictũ esse superius: qm̃ sentencia que sequit. ea cõiunctione connectit. vt superiori attestet. Nõ enĩ ait. Si aũt obtuleris munus tuum ad altare. sed ait. Si ergo obtuleris mun⁹ tuuȝ in altare. Nam si irasci nõ est fas fratri sine causa. aut dicere racha aut dicere fatue: multo minus est fas animo tenere aliquid. vt in odium indignatio conuertat. Quo ptinet etiaȝ quod alio loco dicit Non occidat sol sup iracundiam vestram. Jubemur ergo illaturi munus in altare. si recordati fuerim⁹ habere nos aliquid aduersuȝ fratrem: munus ante altare relinquere et pgere ac reconciliari fratri. deinde venire ⁊ munus offerre. Q8 si accipiat ad litterã. fortassis aliquis credat ita fieri oportere si presens sit frater. Non enĩ diuci⁹ differri potest. cuȝ mun⁹ tuũ relinquere ante altare iubearis. Si ergo de absẽte ⁊ q8 fieri potest. etiã transmare cõstituto aliquid tale veniat in menteȝ. absurdum ẽ credere. ante altaẽ munus relinquenduȝ. q̃ p⁹ tot terras ⁊ maria pag̃ta offeras deo. Et idcirco prorsus intro ad spũalia refugẽ cogimur vt hoc quod dictuȝ est sine absurditate possit intelligi. Altare itaq3 spũaliter ĩ interiore dei templo ipsam fidem accipere possum⁹. cui⁹ signuȝ est altare visibile. Quodlibet eniȝ munus offerim⁹ deo. siue prophetiã siue doctrinã. siue orationeȝ siue ymnũ. siue psalmum et si quid tale aliud spiritualium donorũ animo ocurrerit. acceptũ esse deo non potest. nisi fidei sinceritate fulciat. ⁊ ei fixe atq3 immobili tanq̃ altari imponat: vt possit integrũ atq3 illibatum esse q8 offertur Nam multi heretici non habentes altare .i. veram fidẽ blasphemias p fidei laude dixerũt. terrenis viȝ opinionib⁹ aggrauati. votum suum tanq̃ in terrã pcicientes. Sed debet esse sana etiaȝ offerentis intentio. ⁊ ppterea cũ tale aliquid oblaturi sum⁹ in corde nostro .i. in interiori dei templo. templuȝ enĩ dei sanctũ est inq̃t. quod estis vos. ⁊ in interiori hoĩe habitare xpristuȝ p fidem in cordibus nostris. si in mentẽ venerit quod aliquid habeat aduersus nos noster frater .i. si nos eũ in aliquo lesimus. tunc enĩ ipse habet aduersum nos. Nam nos habemus aduersus illũ si ille nos lesit. vbi nos non opus est pgere ad reconciliationeȝ. Non enĩ postulabis ab eo qui tibi fecit iniuriã. sed tantuȝ dimittis. sicut tibi a dño dimitti cupis quod ipse cõmiseris. Pergendum est ergo ad reconciliationem cũ in mentem venerit. q̃ nos forte fratreȝ in aliquo lesim⁹ Pergẽdũ

aũt non pedibꝰ corporis ſʒ motibꝰ
animi. vt te humili affectu ꝓſter
nas fratri. ad quẽ cara cogitacõe
cucurreris in ↄſpectu eiꝰ cui munꝰ
oblaturus es. Ita enĩ etiaʒ ſi pre
ſenſ ſit poteris eũ nõ ſimulato ani
mo lenire. atqꝫ in graciã reuocaẽ
veniã poſtulando: ſi hoc prius co
ram deo feceris. ꝑgens ad euʒ nõ
pigro motu corporis. ſʒ celerrimo
dilectionis affectu: atqꝫ inde veni
ens ↄ intencõeʒ reuocãs ad id qđ
agere ceperas offeres munꝰ tuuʒ
Quis aũt hoc facit vt fratri ſuo ł
nõ iraſcatur ſine cauſa. vel racha
non dicat ſine cauſa. vel eũ fatuũ
nõ appellet ſiue cauſa. quod totũ
ſupbiſſime admittit̃ vel ſi forte in
horuʒ aliquo lapſus fuerit. quod
vnum ẽ remediũ ſupplici aĩo veni
am deprecet̃. niſi quiſquis inanis
iactancie ſpũ inflatur. Beati ẽgo
paupes ſpũ: qm̃ ipſorum eſt reg
num celorũ. Tu autẽ .xix.

Dominica .vij
Scđm marcu.

In illo tempe Cum
multa turba eſſet cũ iheſu nec ha
berent quod mãducarent. ↄuoca
tis diſcipulis ait illis Miſereor ſu
per turbam: q ecce iam triduo ſu
ſtinent me nec hñt quod mandu
cent. Et reliq. Omel. btĩ auguſti.

Altitudinẽ diuinitatis ſue et
miſericordiaʒ hũanitatis
multis et varijs modis in
ſcripturiſ ſanctis dñs noſter ihs
xpũs oſtẽdit. queadmodũ ſoleti
miſterijs et ſacramẽtis: vt et petẽ
tes accipiant. et querentes inueni
ant: et pulſantibꝰ aperiat̃ Oĩa enĩ
que in hoc mundo ſub fragilitate
noſtra exhibuit miracula. nobis
proficiũt. Non vtiqꝫ ſine cauſa fa
ciebat ea dñs vel quaſi fruſtra et
inaniter. Verbũ dei eſt xpũs qui
nõ ſolũ ſonis: ſed et factis loquit̃
hoibus. Hoc enĩ etiã quod hodie
de ſancto euangelio lectũ eſt q̃rit
intellectorẽ. et cũ fuerit intellectuʒ
ſpũale facit gaudiũ. Et in hac lec
tione ſimul ↄſiderãda ẽ. in vno eo
demqꝫ redẽptore noſtro diſiuncta
opatio diuinitatis et hũanitatis. at
qꝫ õmmodis deteſtandꝰ error euti
cetis. q̃ vnã tantũ in xpõ dogmati
zare preſumit opacõem. In alter
utra enĩ parte. vel qui ſolũ hoieʒ
fuiſſe dixerit. gloriã negabit ↄdi
toris. vel qui ſolum deũ. negabit
miſericordiã redemptoriſ Nempe
q ſup turbam miſeret̃ dñs. ne vł
media vel longioris vie deficiat la
bore. nouerimꝰ affectum eſſe atqꝫ
ↄpaſſionẽ hũane fragilitatis. q
aũt de ſeptem panibꝰ et pauciſ pi
ſcibus ſaciauit quatuor milia ho
minu. credimus diuine opus eſſe
virtutis Attendat ẽgo ſanctitas
veſtra. quia hoc nobis ꝓpoſituʒ ẽ
quod cũ veſtra caritate tractemꝰ.
quid ſibi velit huius rei tantũ mi
ſteriũ. q eo modo ſe deũ diſcipulꝭ
demõſtraſſe ſancta teſtat̃ ſcriptu
ra quomõ euangeliũ narrat. Ait
enĩ euangeliſta in hodierna lecti
one. Cũ multa turba eſſet cuʒ ihe
ſu. nec haberent qđ mãducarent

conuocatis discipulis ait illis Mi
sereor turbe huic. Sed requiram⁹
quod ait superius. in illis dieb⁹
cū turba multa esset Sup̄ius em̄
accesserūt iudei ad saluatorē accu
santes discipulos ei⁹ eo ꝙ non lo
tis manib⁹ manducarent. Quos
dn̄s redarguit: qꝛ ea que de corde
mala procedūt ea poti⁹ hominem
coīq̄narent. Et relictis illis venit
in finib⁹ gentium vbi mulier cha
nanea que ē mater gentiliū ꝓ fili
a sua. i. ecclesia dn̄m deprecatͬ Que
tam diu postulauit donec accipe
ret quod petebat. Post hec iterū
curauit mutū ⁊ surdū Ergo i hijs
dieb⁹ cū multitudo populi ꝯcurris
set. nec haberet quod mād̄ucarēt
Turbas em̄ hic oēs gentis signi
ficare creaturas intelligim⁹ pro q̄
bus ipse dn̄s misericordia moue
tur. ꝙ nō haberent quod mandu
carent Hic sp̄ualiter debem⁹ intel
ligere ꝙ ideo nō habebāt qđ mā
ducarent: qꝛ gentes legem nō ha
bebant. i. quinqꝫ libros moysi nō
prophetas. nō predicacōem sācti
iohannis. qꝛ gentes nō ꝑ legē. ſꝫ
ꝑ fidem venerūt ad saluatorē. Ideo
triduo ꝑseuerāt hoc ē in natiuita
te. in passione. in resurrectiōe dm̄
siue in patre in filio ⁊ sp̄usancto.
Perseuerare em̄ ꝑmanere ē in cō
fessione: sicut ipse dn̄s ait Qui āt
ꝑseuerauerit vsqꝫ in finē. hic sal
uus erit. Dicit ergo dn̄s. Nō hn̄t
quod manducēt: qꝛ legem nō ha
bent Et dimictere eos ieiunos no
lo. ne deficiant in via. vt q̄ ꝑ fidē
xpristi crediderūt. ꝑ fidem xpristi

pascerentͬ. Quidam aūt ex hijs de
longe venerunt. Longe em̄ erant
gentes a deo errando ꝑ ydola. et
modo omnis q̄ peccat. longe est a
deo Dicunt discipuli ei⁹ Vn̄ istos
quis poterit saturare panibus in
solitudine. Adhuc apostolos te
nebat incredulitas donec misteri
a reuelarentͬ. nec recordabantur
quod fecerat de quinqꝫ panib⁹ et
duobus piscib⁹. Et interrogauit
eos ihus quot panes haberent.
Qui dixerūt. Septem. Et precepit
turbe vt discūberent sup terram.
Et accipiens panes gracias egit
⁊ dedit discipulis vt apponerent
Et pisces similiter benedixit et po
suit ante illos. Et manducauerūt
⁊ saturati sunt. ⁊ sustulerūt sptē
sportas plenas Erant aūt q̄ man
ducauerunt quasi q̄tuor milia ex
tra mulieres ⁊ infantes. Et virtu
tes quidem dm̄ manifestissime cre
dimus esse factas in presenti: sed
quid latet in misterio ipsius gra
cia donante requiram⁹. In superi
ori em̄ lectione. de quinqꝫ panib⁹
et duobus piscib⁹. quinqꝫ milia
hominū saciauit: hic septem pa
nibus saturauit quatuor milia ho
minum. Ibi discipuli suggerunt
domino dicentes. Locus desert⁹
est. ⁊ hora pterijt dimitte turbas
vt euntes in castella emant sibi
escas Hic penitus tacent discipu
li. sed ipse dn̄s pro eis sollicitus
est Videamus quare tacent Quia
necdū missi fuerant predicare gē
tibus. sed potius ad oues ꝑditas
domus israhel. Prior ergo illa

parabola ptinet ad iudeos: ista ve
ro ad gētes. Ibi quinq panes fu
erunt. hoc ē quinq libri moysi. Hic
vero septem panes. qui sunt septi
formis spiritus dona: sicut ait sā
ctus ysayas pphta. Spiritus sa
pientie et intellectus. spiritus cō
silij et fortitudinis. spiritus sciētie
et pietatis: et replebit eū spiritus
timoris dñi. Ibi duodecim cophi
ni pleni. qui sūt duodecim aposto
li pleni spūsancto Hic sepē ecce
sie. siue septem candelabra aurea
Ibi duo pisces qui sūt duo testa
menta. siue vnus liber omniū p
phetarū. vel sancti iohānis predi
catio. Hic indefinitus numerus po
nitur que sūt dona graciarū. sicut
ait apostolus. Alij p spiritum da
tur sermo sapiētie. alij sermo sci
entie. alij pphecia. alij genera lin
guarū. alij interpretacō sermonū
omnia vero hec operatur vnus atq
idem spiritus Ibi sup fenum recū
bunt: et hic sup terram Vtrimq
vna cōuersatio. vna gracia. vna
virtus. vna deitas. Ibi sup fenū
discunbunt. hoc ē mortificata ope
ra carnis: qr omnis caro fenū ait
propheta. hic sup terram discum
bunt. i. opera terrena conculcant
Ibi quinq milia refecti: qui nume
rus ptinet ad iudeos: nā post ascē
sionem dñi. loquēte sancto petro.
quinq milia sūt baptisati: hic āt
quatuor milia. hoc ē de tota terra
omnes gentes a quatuor cardini
bus celi. de septiformis sancti spi
ritus gracia esse repletas in vitā
eternam. Et ideo dilectissimi nos

qui nō p legem sed p fidem credi
mus in dño nostro ihesu xpristo.
qui nō ex operib9. sed ipsius gra
cia sum9 redempti: qui non ex qn
q panib9. i. ex quinq libris moy
si. sed ex septiformi gracia spiritus
sancti sumus repleti. sicut beatus
ysayas pphetauerat dicens. Spi
ritus sapientie et intellect9. spiri
tus ɔsilij et fortitudinis. spirit9 sci
entie et pietatis: et replebit illū spi
rit9 timoris dñi. In hac ergo sep
tiformi spiritussancti grā manea
m9 in qua vocati sumus repleti do
no spiritussancti. p dominū nrm
ihesū xpristū. qui viuit et regnat
in vnitate eiusdem spiritussancti
p oia secula seculorum. Amen

Dominica octaua
Scdm matheum

In illo tēpore Dixit ihesus discipulis suis. Attendite
a falsis pphetis qui veniūt ad vos
in vestimētis ouiū. intrinsecus āt
sunt lupi rapaces. Et reliq. Omeli
a beati augustini episcopi.

E inuestiganda ac possi
denda sapientia dñs iam
incipit loqui. quod ē lig
num vite. cuius vtiq inuestigāde
ac possidende. i. contemplande. ta
lis oculus p omnia supiora pdu
ctus est. quo videri iam possit ar
ta via. et angusta porta. Quod er
go deinceps dicit. intrate p angu
stam portam: qr lata porta et spaci
osa via est que ducit ad pdicōe;

et multi sunt qui intrant p eaz. q̄
angusta est porta ꝛ arta via que
ducit ad vitam et pauci sunt qui
inueniunt eam Non ideo dicit. q
iugum domini asperum ē. et sarci
na grauis. sed q labores finire pau
ci volunt. minus credentes clamā
ti. Venite ad me om̄s qui labora
tis ꝛ onerati estis et ego reficiam
vos. tollite iugum meū sup vos ꝛ
discite a me q mitis sum ꝛ humi
lis corde. iugum em̄ meum suaue
est ꝛ sarcina mea leuis est. Hinc
aūt iste sermo sumpsit exordiuz.
de humilib9 ꝛ mitib9 corde. quod
iugū suaue ꝛ leuem sarcinam mł
ti respuunt pauci subeunt eoq3 fit
arta via que ducit ad vitam ꝛ an
gusta porta qua intratur in eam.
Hic ēgo illi qui promittunt sapi
entiā cogniciōemq3 veritatis quā
non habēt precipue cauendi sūt
sicut sunt hētici. qui plerumq3 se
paucitate ꝯmendant Et ideo cum
dixisset paucos esse qui inueniūt
angustam portam ꝛ artam viam
ne se illi supponāt. nomine pauci
tatis stati subiecit Cauete a pseu
doꝓphetis qui veniūt ad vos in ve
stimentis ouiū. intrinsecus autē
sunt lupi rapaces. Sed isti nō fal
lunt oculum simplicē. qui arborez
dinoscere ex fructibus nouit. Ait
em̄ A fructibus eorū cognoscetis
eos. Deinde similitudines adiun
git. Nunquid colligunt de spinis
vuas. aut de tribulis ficus Sic oīs
arbor bona bonos fruct9 facit: ma
la aūt arbor malos fructus facit.
Nō potest arbor bona fructus ma
los facere: neq3 arbor mala fruct9
bonos facere. Omnis arbor q̄ non
facit fructum bonū excidetur et in
ignem mittetur. Igitur a fructib9
eoruz cognoscetis eos. Quo loco
illorum maximus error cauend9
est. qui de hijs ipsis duab9 arbori
bus duas naturas opinantᵣ esse
quaruz vna sit dei. altera vero nec
dei nec ex deo. de quo errore in ali
is libris disputatum ē vberius: ꝛ
si adhuc parum est disputabitur
Nunc aūt nō eos adiuuare istas
duas arbores docenduz ē. Primo
q de hominib9 eum dicere tam cla
rum ē. vt quisquis precedentes ꝛ
consequētes legerit mireṫ eorū ce
citatem. Deinde attendūt quod di
ctum ē Non potest arbor bona ma
los fruct9 facere. neq3 arbor mala
fruct9 bonos facere. ꝛ ideo putant
neq3 animā malam fieri posse. vt
in melius ꝯmuteṫ neq3 bonā in de
terius quasi dictū sit. nō potest ar
bor bōa mala fieri. neq3 arbor ma
la bona fieri. sed dictum ē Nō po
test arbor bona fruct9 malos facē
neq3 arbor mala fruct9 bonos fa
cere Arbor ē ipsa aīa v ipse homo
fructus vero opa hoīs Non ergo
potest malus homo bona operari
neq3 bonus mala. Malus ergo si
vult bona operari. bon9 prius fiat
Sic alio loco euidentius ipse dn̄s
ait. Facite ergo arborem bonaz
ꝛ fructus eius bonos Q3 si duas
naturas istorum hijs duabus ar
borib9 figuraret. non diceret faci
te. Quis em̄ hominū potest facere
naturā. Deinde etiā ibi cū ipsarū

duarum arborũ mẽtionẽ fecisset subiecit. Ipocrite quõ potestis bona loqui cũ sitis mali. Quõdiu ergo quisq3 malus est nõ potest facere fructus bonos. Si enĩ fruct9 bonos fecerit iam malus nõ erit. Sic verissime dici potuit Non põt esse nix calida. Cum enĩ calida esse ceperit: non iam eã niuem sed aquã vocamus Potest ergo fieri vt que nix fuit non sit: nõ potest aũt fieri vt nix calida sit. Sic põt fieri. vt qui malus fuit nõ sit malus: non tñ potest fieri vt malus bene faciat Quia etiã si aliqñ vtile est nõ hoc ipse facit sed fit de illo diuina pcurante prouidẽtia: sicut de phariseis dictum ẽ. Que dicũt facite: que aũt faciunt facere nolite. Hoc ipsũ q bona dicebant et ea q̃ dicebant vtiliter audiebãtur et fallebant non erat illorum In cathedra enĩ inq̃t moysi sedẽt Per diuinã ergo puidentiã legẽ dei predicantes possunt esse audientibus vtiles cũ sibi non essent De talibus alio loco p pphetã dictum ẽ Seminastis triticũ. et spinas metetis: quia bona pcipiunt et mala faciunt. Non ergo q̃ eos audiebant et faciebãt que ab eis dicebant de spinis legebãt vuas sed per spinas de vite legebant vuas. tanq̃ si manum aliquis p sepem mittat: aut certe de vite que sepi fuerit inuoluta vuam legat: nõ spinarũ est fructus ille sed vitis. Rectissime sane querit quos fruct9 nos attendere voluerit. q̃b9 cognoscere arborem possim9. Multi enĩ quedam in fructibus deputant que ad vestitum ouium ptinent. et hoc modo a lupis decipiũtur. sicut sunt vel ieiunia vel orationes vel elemosine. que omnia nisi fieri etiam ab ypocritis possint. non superi9 diceret. Cauete iusticiam vestrã facere coram hominibus. vt videamini ab eis. Qua sententia pposita. ipsa tria exequit. elemosinam. oracõnem. ieiunium Multi enĩ multa pauperib9. non misericordia sed ambitione largiuntur: et multi orant vel potius videntur orare. non intuentes deũ sed hominibus placere conantes Et multi ieiunant et mirabilẽ abstinentiã pretendunt eis. quib9 ista difficilia videntur et honore digna existimant. et huiuscemodi dolis eos capiunt. dum aliud ostentant ad decipiendũ. aliud exerunt ad depredandũ. vel interficiendo eos qui sub isto vestitu ouino lupos videre nõ possunt. Hij ergo non sunt fructus de quibus cognosci arborẽ monet. Ista enĩ cũ bono animo in veritate fiunt ppria sunt ouibus vestes: cum aũt malo in errore nõ aliud q̃ lupos contegunt. Sed non ideo debent oues odisse vestimentũ suũ. q plerumq3 illo se occultant lupi. Qui sunt ergo fructus quibus inuentis cognoscamus arborem malã dicit ergo aplus Manifesta aũt sunt opera carnis. que sunt fornicatio. immundicia. luxuria. ydolorum seruitus. veneficia. inimicitie contentiones. emulationes. ire.

rixe. dissensiones. hereses. secte. i
uidie. homicidia. ebrietates. cō
messationes. et hijs similia. que
predico vobis sicut predixi: qm̄ q̄
talia agūt. regnū dei nō ɔsequent
neqꝫ gaudiū virtutis sicut volun
tas. Et hec potius ad sanctos pti
nent ad peccatores vero gestꝰ ma
gnus ⁊ cupiditas deputanda sūt
Et qui sunt fructus p quos cogno
scamꝰ arborez bonam. Idem autē
ɔsequenter dicit. Fructus aūt spi
ritus est caritas. gaudiū. pax. lō
ganimitas. bonitas. benignitas
fides. mansuetudo. modestia. con
tinentia. Sane sciendū est. ꝫ gau
dium ꝓprie positū. Mali enī hoīes
non gaudere. ꝫ gestire ꝓprie dicū
tur sicut supius diximꝰ voluntatē
proprie positam quā non habent
mali. vbi dictū est. Oīa quecunqꝫ
vultis vt faciāt vobis hoīes. ⁊ vos
facite illis. Et ista ꝓprietate verbi
quo gaudiuz non dicit nisi in bo
nis. etiā p ꝓphetam loquit dicens
Non ē gaudere impijs dicit dn̄s.
Itaqꝫ posita est fides. non quecū
qꝫ vtiqꝫ. sed vera fides ⁊ cetera que
hic posita sunt. Habent quasdam
ymagines suas mali hoīes ⁊ de
ceptores vt omnino fallāt. nisi qs
qꝫ iam mundū oculum ⁊ simplicē
habuerit quo ista cognoscat Op
timo itaqꝫ ordine primo actuz est
de oculo mūdando. et deinde dicta
sunt que caverent. Sed qm̄ q̄uis
quisqꝫ oculo mundo sit. ⁊ sincero ⁊
simplici corde viuat. nō potest tn̄
cor alterius intueri. quecunqꝫ in fac
tis vel in dictis apparē nō potuerin

temptationibꝰ aperiunt. Tempta
tio aūt duplex est. aut in spe adi
piscendi aliquod ɔmodum tpale
aut in terrore amittendi. Et maxi
me cauendum ē ne tendentes ad
sapiētiā que in solo xpristo inue
niri potest. in quo sūt oēs thesau
ri sapientie ⁊ scientie absconditi
Cauendū ēgo est ne ipso xpristi
nomine ab hereticis vel quibusli
bet male intelligētibꝰ et seculi hu
ius amatoribꝰ decipiamur Nam
ideo sequit ⁊ monet Non oīs qui
dicit mihi dn̄e dn̄e. intrabit in re
gnum celoruz. sed q̄ facit volunta
tem patris mei q̄ in celis est. intra
bit in regnuz celorū ne putemus
ad illos fructus iaz ptinere. si q̄s
dn̄o nostro dicat dn̄e dn̄e. ⁊ ex eo
nobis arbor bona videatur. sed illi
sunt fructus facere voluntatez pa
tris qui in celis est. cuius faciēde
seipsū exempluz prebere dignatꝰ
est. Sz merito potest mouere quō
huic sententie ɔueniat illud apl'i
vbi ait Nemo in spiritu dei loq̄ns
dicit anathema ihesū. ⁊ nemo p̄t
dicere dn̄s ihesus nisi i spū sancto
quia neqꝫ aliquos habentes spiri
tum scūm possumꝰ dicere nō intra
turos in regnuz celorū si pseuera
uerint vsqꝫ in finem: neqꝫ illos q̄
dicunt dn̄e dn̄e ⁊ tamen nō intrāt
in regnuz celorū possumus dicere
habere spiritum sanctuz. Quomo
do ergo nemo dicit dn̄s ihesus ni
si in spiritu sācto. nisi qr ꝓprie apo
stolus posuit verbuz quod est di
cit. vt significet voluntatem atqꝫ
intellectuz dicentis. Dominꝰ vero

generaliter posuit verbum qd ait Non ois qui dicit mihi dñe dñe itrabit in regnũ celorũ. Videtur eni; dicere etiã ille. qui nec vult nec intelligit quod dicit. Sz ille ꝓprie dicit q̃ voluntatẽ ac mentem suaz sono vocis enũciat: sicut paulo ante quod dictuz ẽ. gaudiũ in fructibus spirit⁹ ꝓprie dictum ẽ. non eo modo quo alibi dicit apl'us Nõ gaudet super iniq̃tatẽ quasi quisq̃ possit sup iniquitate gaudere: qꝛ illa elatio est animi tumide gestiẽtis nõ gaudiũ. nam hoc soli boni habent. Ergo dicere videnť etiã illi q̃ non hoc qd sonãt. a intellectu cernunt. a voluntate agũt: sed tantũ voce sonant. ſm quẽ moduz dñs ait Non ois qui dicit mihi dñe domine intrabit in regnũ celoruz. ſꝫ qui facit voluntatẽ; patris mei q̃ in celis est ipse intrabit in regnũ celorũ Vere aũt ac ꝓprie illi dicũt a quorũ voluntate atq̃ mente nõ abhorret platio sermonis sui ſm quã significacõem dixit apl's Nemo potest dicere dñs ihs nisi i spiritusancto Tu aũt

dominica. ix.
Scdm lucam.

n illo tẽpore Dixit

ihesus discipulis suis parabolã hãc Homo quidaz erat diues qui habebat villicũ. a hic diffamat⁹ est apud illũ quasi dissipasset bona ipsius Et reliqua Omelia de eadẽ lectione.

Vis est hõ diues nisi xp̃s diues in celo. diues in terra: diues vbiq̃. diues plenus gracie a veritatis. Et nos oẽs de plenitudine ei⁹ accepim⁹ diues apud quẽ absconditi sũt oẽs thesauri sapiẽtie a sciẽ. diues in oib⁹ et in oẽs qui inuocant illũ. Villicus aũt est vnusquisq̃ xp̃ianus qui in baptismate villicacõez sui accepit a proximi. Christian⁹ enim vnusquisq̃. non tantũ sui causa viuit sed a proximi: et nõ tantum redditurus ẽ racõez p aĩa sua. ſꝫ a pro eius cũ quo viuit in hac vita exercens se corpe a animo a adiuuans proximũ documẽtis a exemplo: nec tantum querens que sua sũt sed a que aliorũ Hec est xp̃ianorum cura nobilis a sancta villicatio. hinc ẽ iudiciu; xp̃isti tremendũ a futuã exactio Et hic diffamatus ẽ apud illum quasi dissipasset bona ipsius. Cotidie diffamamur apud deum. qꝛ angeli nostri semp vidẽt faciez patris a nũciãt ei omnia opera nostra. Quid ergo faciem⁹. Vbi abscõdemur Illi nos diffamant qui nostra interiora vidẽt. Illi nos infamant q̃ omni hora nos intuenť a deũ. Intuentur oia nostra a deũ: qꝛ nostrũ intuendo nunciãt deo Non est obstaculum. nõ sunt tenebre quib⁹ impediant videre omnia nostra: quia diuinũ lumen quo illuminãtur penetrat omnia Quia lux in tenebris lucet: et nox sicut dies illuminabitur. Et hic diffamatus est apud illum quasi dissipasset bo

na illius Quis omnia sibi tradita
bona bene dispēsat in omnibus?
Quis non aliquando dormitat?
Quandoqꝫ bonꝰ dormitat homerꝰ.
Et in multis offendimus omnes
Et si dixerimus quia peccatū non
habemus. nos ipsos seducimꝰ. et
veritas in nobis non est. Et voca
uit illum ⁊ ait illi Quid hoc audio
de te? Quotidie nos vocat dominꝰ
Venite filij audite me. Venite ad
me omnes q̄ laboratis et onerati
estis. Et o viri ad vos clamito. et
vox mea ad filios hominuꝫ. Quo
tidie loquitur nobis. loquitur ꝑ
prophetas. loquitur ꝑ apostolos
loquitur ꝑ seipsum in euangelio.
loquitur ꝑ doctores. loquitur in
consciētia. Quid hoc audio de te?
Increpat male cogitantes. incre
pat male loquētes. increpat pra
ue agentes: increpat male viuen
tes. Quid hoc audio de te? Redde
rationē villicationis tue. Quia de
omni verbo ocioso quod locuti fu
erint hoies. reddent rationem in
die iudicij. Redde rationeꝫ villica
tionis tue. Quid agas apd te. q̄d
apud proximum. quid cogites in
corde. quale proferas verbuꝫ. q̄d
auditu delectet. et cui infigas ocu
lum. redde rationoneꝫ villicatōis
tue. Bōa mea dissipas. bonis me
is male vteris: bona mea das ex
traneis Voco ⁊ nō respondes: por
rigo manū ⁊ non respicis. Redde
ratōem villicatōis tue: iam enī nō
poteris villicare. Ad fineꝫ ꝑuenī
sti. tempꝰ est iudicij et ratōis red
dende. Iam nō poteris villicare. Ci
to hinc abiturꝰ. cito moriturꝰ es
iam nō poteris villicarē Post hāc
enī vitam non ē villicatio Hic vil
licando seruimꝰ: ibi requiescendo
mercedē rapimꝰ Hic acquirimus
quod ibi possideamus. Hic labor
ibi premiū Ait aūt villicꝰ intra se
Quid faciam qꝛ dn̄s meꝰ aufert a
me villicatōeꝫ? Felix q̄ de fine co
gitat. felix q̄ cotidie cogitat se mor
turū: qꝛ melior est finis oratōis q̄
principiū. Et sancti dū finiunt̄ in
seculo fiunt in celesti sede ꝑpetui.
quibꝰ finis vite viuendi iniciū cō
fert. Quid faciā? Quomodo de ma
le dispensata villicatōne euadā?
Fodere non valeo. Post q̄ deficit
huius vite villicatio non relinq̄
tur actio post hanc vitam. ꝑ qua
mereamur eternam vitam. Ibi iā
non valeo fodere. quia ibi nō est
pauperes recreare. infirmos visi
tare. vigilijs sanctis ⁊ oratōibus
insistere. Quid est enī aliud fodē.
nisi sanctarum exercicijs actionū
terraꝫ mentis ⁊ corporis excolē?
Terram fodimus. cuꝫ a nobis ex
tirpamus vicia. ⁊ virtutes inseri
mus. Quod fieri non potest post
hanc vitam. quia tempus illud n̄
est penitentie aptum. sed retribu
tionis bonorū siue malorum ope
rum. Mendicarē erubesco. ne mihi
dicat̄ quod fatuis virginibus est
dictum. Ne forte non sufficiat no
bis ⁊ vobis. ite potius ad vendētes
et emite vobis. Est mendicatio bo
na. est mendicatio mala. Mendi
catio bona hic. Hic enim bene mē
dicamus a doctoribus sapientiā

et doctrinã a sanctis mendicam⁹
in letanijs. vt orent ꝑ nobis In a
lia vita mendicatio erubescenda.
Quis enĩ nõ erubescat dicere. Da
te nob de oleo vestro. q lãpades
nostre extĩguunt. Ideo mẽdicaẽ
erubesco Vere mendicatio erube
scenda vbi nihil recuperat. ⁊ ege
stas omniũ bonorũ ꝑpetua comi
tatur Ideo mẽdicaẽ erubesco Ibi
non prodest alieni boni mẽdicacõ
vbi deficit omne bonũ suũ nec pt
ab alio quisq̃ expectare quod ip
se non meruerit cũ vix cuiq vix su
a sufficiant. ⁊ iustus vix saluabi
tur Ideo mẽdicare erubesco Scio
quid faciam. vt cũ amotus fuero
a villicaõe recipiãt me in domos
suas Salubre ↄsiliũ repperit ad fi
nem qui male dispensauit villica
tionẽ. scilicet vt daret pauca rece
pturus plura. et reciperetur in do
mos aliorũ cui ꝓpria deficiebant.
Conuocatis itaq singulis debito
ribus dñi sui dicebat primo. Quã
tum debes dño meo. At ille dixit
Centum cados olei. Communem
dñm habem⁹ qui vnuz deum coli
mus. cui oẽs debem⁹ quicq̃d boni
possumus Sed q oẽs villici sum⁹
de iure villicationis nostre debito
rum dñi pars ad nos refertur. vt
non soluz inueniamur debitores
dei. sed etiã inuicem nostri. Non ei
solũ iubemur diligere deũ: sed et
proximuz. Debitores ergo sum⁹
dei. debitores sum⁹ ⁊ proximi: deo
tñ totuz debem⁹. etiã id quod ad
proximũ referim⁹. vt quicquid de
bem⁹ deo debeam⁹ Habemus ãt

spũalia bona habem⁹ ⁊ corꝑalia
Spũalia vt fidem. iusticiaz. cari
tatem ⁊ cetera. que deo debem⁹ et
proximo. Corporalia vt auruz ar
gentũ triticũ vinũ ⁊ cetera. vnde
deo seruim⁹ ⁊ proximũ adiuuam⁹
Quid melius ꝑ oleum possum⁹ in
telligere q̃ spiritualia. q̃ꝺ rarius
est et leuius triticea soliditate et
lumen fouet. et cultus virtutuz il
luminat mentẽ ad intuendam ve
ritatẽ ⁊ prestat oĩbus liquidis vt
spũalia corporalib⁹ Quid ꝑ triti
cum nisi corꝑalia. Siquidẽ ꝑ speci
em sepe genus intelligit. Villic⁹
aũt primum debitori loquit olei
q priora sũt spũalia corporalib⁹
Qui debet centuz cados olei: q dẽt
deo quicquid spũalis h; boni Sic
enĩ sunt olei cadi plures sic spũa
lis boni multe species. Vas enĩ o
lei cẽtenariũ species designat oẽs
spũalium bonorũ. Nã ⁊ centenari
us plenitudinez sepe sigñficat. et fi
nitus sepe ponit ꝑ infinito. Debet
ergo centũ cados olei: q̃ dẽt deo ꝑ
fectionẽ spũalis boni. Sz multũ ꝑ
tinet ꝓprimo de hoc quod debet de
o. Multũ enĩ offendimus. nisi fidẽ
iusticiam ⁊ caritatez proximo red
damus. Cũ igit de centum cadis
olei villicus quinquaginta scribi
iubet quod debet deo ↄfirmatur
scripto: q̃a nõ dimittit quod sibi
debet. nõ iubet scribi q dimittit
dimittit quod suũ est. relinq̃t q̃ꝺ
dei ẽ. De hoc quod sibi debet venia
facit securuz: de hoc q̃ꝺ debet deo
scripto facit sollicituz. Vnde seq
tur. Dixitq illi Accipe cautionem

tuam ꝛ sede cito ꝛ scribe quinqua
ginta. Ac si diceret. Quod mihi de
bes dimitto tibi: quod debes deo
cautelam assume. Et qui supbus
stas sede cito ꝛ humiliaꝛ. ꝛ quod
puipendebas vel obliuione ꝓ ni
hilo ducebas scribe in tabulis cor
dis ꝛ memoria tene. vt frequēter
peniteas ꝛ expies donec ꝛ ipsuꝫ di
mittatur tibi. Sede cito. vne diffe
ras de die i diem Scribe quinqua
ginta Numerus penitēcie ꝛ remis
sionis Vnde ꝛ annus quinquage
simus remissionis. ꝛ psalmꝰ quin
quagesimꝰ penitencialis. Quinq̄
ginta ergo scribunt: ꝛ quinq̄ginta
ta dimittuntur Similis numerus
similem significat offensioneꝫ in
deum ꝛ hominem Vnde dn̄s dicit
in euangelio. Diliges dominuꝫ de
um tuum ex toto corde tuo ꝛ ex to
ta anima tua ꝛ ex tota mente tua.
hoc est primū ꝛ magnum manda
tum Secundum aūt simile ē huic
Diliges proximū tuum sicut teip
sum. Nam quoꝝ similis ē dilectio
similis ē ꝛ offensio. Sequit. Deīn
de alio dixit. Tu vero q̄ptum debes
Qui ait Centum choros tritici Ca
dus liquorū mensura est. ꝛ chorꝰ
seminum. Valde timendum ē no
bis qui plenitudinē corpaliuꝫ bo
norū debemꝰ proximis. debemus ꝛ
tamen nō soluimꝰ. debemꝰ totum
ꝛ vix parum soluimꝰ. Quid ergo
faciemus? Si nō possumus soluē
totuꝫ quod debemꝰ alijs: dimitta
mus saltem quod debetur nobis.
Vnde sequitur. Ait illi. Accipe lit
teras tuas. ꝛ scribe octoginta Qui

enī de centuꝫ scribit octoginta q̄n
tam partem dimittit. Quia de cor
poralibus hoc debetur ꝓximo q̄d
quinq̄ sensus corporis exigūt hoc
scripto cōmendatur quod diuine
gratie ꝑ octonariuꝫ relinquitur.
Rapuisti meum. abstulisti presti
tum. negasti cōmendatum. Si di
mitto tibi quod mea refert. scribe
octoginta. ꝛ cōmēda memorie q̄d
adhuc eges venia diuine gracie.
Si quidem euangelij gracia signi
ficatur ꝑ octonarium. sicut auste
ritas legis ꝑ septenarium. Sꝫ me
retur octonarij graciam. qui pre
cepta custodit que significātur ꝑ
decem. vt ꝑ octonarium iun ctū q̄
denario graciā intelligamus acni
sitaꝫ precepto. vt qui scribit octo
ginta ꝑ decalogi custodiaꝫ pueni
at ad octonarij graciā. Et lauda
uit dn̄s villicum iniq̄tatis. q̄ pru
denter fecisset. Mirares. Malus ē
villicus ꝛ laudatur. male dispēsa
uit ꝛ parcitur Nō emendauit q̄d
fecit: ꝛ indulgetur Vere prudēter
egit: q̄ dimisit pauca. vt recipēt
plura. dimisit tꝑalia vt eterna ꝑ
ciperet. Audierat eī. Dimittite. et
dimittet vobis. et dimitte nobis
debita nostra sicut ꝛ nos dimitti
mꝰ debitoribꝰ nostris. Vere pru
denter egit. qui deū molit facere de
bitorem suū vt exigat ab eo debi
tam remissioneꝫ q̄ remisit Prudē
ter egit. q̄ cui erat obnoxiꝰ. ipsuꝫ
sibi facit obnoxiuꝫ: et quem habe
bat duꝝ exactorē. nunc piū hꝫ de
bitorē vt fiducialit dicat dimitte
q̄ dimisi. redde quā dēs veniā q̄ ego

dedi veniam. Quia filij hui⁹ seculi
prudentiores filijs lucis in genera
tione sua sūt. Filij lucis laborant
⁊ vix merent̄ preciū. currūt ⁊ vix
ad brauiū pueniūt. p turiūt ⁊ vix
euadūt Filij seculi post fraudes ⁊
illecebras ac illicitos mores solū
modo dimittūt. ⁊ deū debitorez te
nent. parcūt ⁊ parcit̄ eis. cōdonāt
⁊ donant̄. Ideo prudētiores sunt fi
lij seculi filijs lucis in generacōne
sua .i. q̄ regenerantur deo. ⁊ reno
uant̄ spūali vita. Et ego dico vobꝭ
Facite vobis amicos de mammo
na iniquitatis. Mammona idest
diuicie. que iniquitatis dicuntur
q̄ꝛ sine iniq̄tate non captant̄ Et q̄ꝛ
iniquum ē eas reuocare in ꝓprios
vsus. quas creauit cōēs dn̄s Vn̄
scriptum ē. Pro iniq̄tate vidi ten
toria ethiopie .i. ꝓ diuicijs captā
dis vidi hōies factos tabernacula
ingredimis .i. viciorū ⁊ demonum
vt q̄ poterāt esse tabernacula vir
tutū sectando paupⁱtatē facti sunt
viciorū tentoria ꝓ iniquitate con
greganda. Quis non videat mu l
tos periuria incurrere. homicidia
facere. dolos machinari ꝯtra ꝓxi
mos. rerum domesticarū ⁊ dn̄orū
proditores eē propter diuicias.
Hij sūt ꝓ iniq̄tate tentoria ethio
pie. Sed cū villicus fecerit superi
us ⁊ de spūalibus ⁊ de corꝑalibꝰ
cur dn̄s finez ꝯcludit pabole sue
de sol' corꝑalib⁹. Citi⁹ dimittim⁹
iniuriā factā. q̄ꝫ prestitaz pecuniā
Facili⁹ damus fidē: q̄ꝫ possessiōe;
Promiores sumus dimittere odia
q̄ꝫ expendere nostra. Ideo dn̄s pa

rabolice nobis ad misericordiaz
instructis in ea parte misericordie
ꝯcludit sermonez. quā nouit esse
apud hōies difficiliorē. ⁊ ad eam
nos eximi⁹ hortat̄ in fine. ad quaz
vidit nos difficili⁹ inclinari: q̄ꝛ me
lior ē finis oracōis q̄ꝫ principium
Faciamus ergo de diuicijs iniq̄ta
tis amicos. pauperib⁹ eas distri
buēdo ⁊ debitorib⁹ atꝫ hijs q̄ eas
abstulerint dimittēdo. Sꝫ q̄ꝛ iniq̄
tatis diuicie. alie paterna possidē
tur successione. alie iusto ꝯq̄runt̄
labore. alie vsurpant̄ ex scelere l'
impietate. de hijs certe amici non
fiunt q̄ de scelere vel impietate ve
niūt. nec putet quis q̄ꝫ ex hijs ad
iutores q̄rere salutis. q̄s ex mer
cimonio corrosit iniq̄tatis. Scrip
tum ē eīm. Hostie impiorū abho
minabiles. q̄ꝛ offerunt̄ ex scelere.
Et immolātis ex iniquo. oblatio ē
maculata. ⁊ q̄ offert sacrificium ex
substantia paupis q̄si q̄ victimat
filiū in conspectu patris. Cum er
go precipit̄ fieri amicos de mam
mona iniquitatis discernenduz ē
vt eas itelligam⁹ que de successi
one vel iusto labore pueniūt Que
tamen ⁊ ipse iniquitatis dicunt̄.
quasi inequalitatis. q̄ꝛ cuꝫ eas in
proprietate tenem⁹ equalitatem
cū alijs hominib⁹ non seruamus
Sūt ergo ille de quib⁹ amicos fa
cere p̄cipimur diuitie ⁊ iniq̄tatis
⁊ iustitie. Iniq̄tatis quidez q̄ꝫ tum
ad deū qui oīa cōibus creat vsibꝰ
iustitie vero q̄ꝫ tuꝫ ad seculū: q̄ꝛ iu
stitia seculari possident̄ ab hōib⁹
Diuitie ergo que iuste possidētur

in terra ꝗ iniuste sunt ꝙtum ad di
uinaꝫ iusticiam ꝗ iuste ꝙtum ad
terrenam· Diuina iusticia cuiusli
bet ꝓprietas alicuiꝰ possessionem
defendit Per terrenaꝫ iusticiā ho
mines ꝓpria colligunt· ꝑ diuinam
iusticiā sua coīa faciūt· Diuicie ve
ro que sūt ex scelere omnino sunt
iniuste· nec illa iusticia diuina cō
probat· quas etiaꝫ terrena ꝯdem
nat· Et iste nullo modo sūt deo of
ferende. que de scelere sunt acq̄site
Et cito tn̄ reddende sūt ymo ꝓiciē
de· ne malefactor inueniatur i ma
lo cepto pseuerare· Vt cū defeceri
tis recipiant vos in eterna tabna
cula. Exponit hic quod dixerat re
cipiāt vos in domos suas· Mansi
ones em̄ eterne domꝰ sunt eorum
quibuꝰ impendit̄ misericordia· do
mus inꝙ eorū non possessione ſꝫ
causa· non possessione ꝙ eas pos
sideant· quas forsitan non posside
bunt· sed causa ꝙ. s. causa sūt suis
benefactoribꝰ possidendi· In suas
ergo domos nos recipiūt qn̄ in e
ternas mansiones nos esse faciūt
Suas em̄ reputamꝰ quas nō nisi
ꝑ eos accipimꝰ Quas nobis qua
si retribuūt ꝓpter beneficia q̄ rece
perūt ꝗ ꝓpter misericordias quas
acceperūt temporaliū eternorū re
tributores existūt ꝑ eū qui ꝓ ipſ
reddit· qđ debuerunt· dominū no
strum ihesū xp̄istum· qui viuit ꝗ
regnat ꝑ omnia secula seculoruꝫ

Dominica· x.

Scđm lucam

In illo tempꝛe Cum
appropinquasset ihesus ierusā
lem videns ciuitatē fleuit sup illā
dicens. Quia si cognouisses et tu
Et reliqua. Omelia beati gregoriȷ
pape

Lectionē breuem sancti eu
angeliȷ breui si possuꝫ vo
lo sermone percurrere· vt
illis in ea ꝓlixior detur intentio· q̄
sciunt ex paucis multa cogitare·
Qꝛ flente dn̄o illa ierosolimoruꝫ
subuersio describat̄· que a vespa
siano ꝗ tito romanis principibꝰ
facta est· nullus qui hystoriaꝫ e
uersionis eiusdem legit ignorat·
Romani eniꝫ principes denunciā
tur cū dicit̄· Quia venient dies i te
ꝗ circundabūt te· ꝗ circundabūt
te inimici tui vallo· ꝗ circūdabūt
te ꝗ coangustabunt te vndiqꝫ· et
ad terram ꝓsternent te ꝗ filios tu
os qui in te sūt· Hoc quoqꝫ quod
additur· et non relinquēt in te la
pidem sup lapidem· etiā ipsa iam
eiusdem ciuitatis transmigratio
testatur: quia dum nunc in eo lo
co constructa est· vbi extra portā
fuerat dominꝰ crucifixus· prior il
la ierusalem vt dicitur funditꝰ
est euersa Cui ex qua culpa euer
sionis sue pena fuerit illa subiun
gitur· Eo ꝙ non cognoueris tem
pus visitationis tue· Creator q̄p
pe omnium per incarnationis sue
misteriuꝫ hanc visitare dignatꝰ
est· sed ipsa timoris et amoris il
lius recordata non est· Vnde eti
am per prophetam· in increpati
one cordis humani aues celi ad

testimonium deducitur. cū dici
tur. Miluus in celo cognouit tem
pus suum. turtur ⁊ hirundo ⁊ cico
nia custodierunt tempus aduen
tus sui. populus autē meus nō cog
nouit iudicium domini. Sed que
rendum prius ē quid sit quod di
citur Videns ciuitatē fleuit super
illā dicens: quia si cognouisses
et tu. Fleuit enī pius redemptor
ruinā pfide ciuitatis quā ipsa sibi
ciuitas non cognoscebat esse ven
turam Cui a flente dño recte dici
tur: quia si cognouisses ⁊ tu. sub
audis fleres. que modo quia nescis
quod imminet exultas Vnde ⁊
subdit̄ Et quidē in hac die tua q̄
ad pacē tibi Cum enī carnis se vo
luptatib9 daret. ventura mala nō
pspiceret. in die sua que ad pacē
ei esse poterant habebat. Cur vō
bona presentia ad pacem habue
rit manifestatur cū subdit̄. Nunc
autē abscondita sunt ab oculis tu
is Si enī a cordis eius oculis ma
la que imminebat abscōdita nō
essent leta in presentib9 pspera
non fuisset. Cuius mox etiam pe
na que de romanis sic predixi pri
cipib9 imminebat adiuncta est.
Qua descripta quid dñs fecerit sb
ditur: quia ingressus templum ce
pit eiicē vendētes de illo ⁊ emētes
dicens illis Scriptū est: quia domus
mea domus orationis ē. vos autē
fecistis illam speluncā latronum
Qui enī narrauit mala ventura ⁊
protin9 templū ingressus est. vt
de illo vendētes ⁊ ementes eiceret
profecto innotuit: quia ruina po

puli maxime ex culpa sacerdotum
fuit. Euersionē quippe describens
sed vendētes in templo ⁊ emētes
feriens. in ipso effectu sui operis
ostēdit. vnde radix pdiit pdicōis
Sicut autē euāgelista alio teste di
dicimus in templo columbe ven
debant. Et quid p columbas. nisi
spūssancti donū accipitur. Sed ven
dentes ⁊ emētes e tēplo eliminat
quia vel eos qui pro munē impo
sitionem manuū tribuūt. vel eos
qui donū spiritus emere nituntur
damnat. De quo templo mox sb
ditur. Dom9 mea dom9 oracōis ē.
vos autē fecistis illam speluncā la
tronū Qui enī ad accipienda mu
nera in templo residebant. profe
cto quia quibusdā nō dantib9 lesio
nes exquirerent dubiū non erat.
Dom9 ergo oracōis spelūca latro
num facta fuerat. quia ad hoc in tē
plo assistē nouerant. ut aut non
dantes munera studerent corpo
raliter psequi. aut dantes spirita
liter necare. Quia vero redemptor
noster predicacōis verba nec in
dignis ⁊ ingratis subtrahit. post
quā discipline vigorem eiciendo p
uersos tenuit. donū gracie mox
ostendit. Nam subdit̄. Et erat do
cens quotidie in templo. Hec iux
hystoriā breuiter tractando trās
currimus. Sed quia euersam iam ihe
rusalē nouim9. atque euersione su
a in melius cōmutatam. quia expul
sos latrones e templo. atque ipsū
iam templum erutū scimus debe
mus ex reb9 exteriorib9 introrsus
aliquā similitudinē trahere atque

ex euersis edificijs parietum mo
rum ruinam timere. Videns enim
ciuitatem fleuit sup illam dicens
Quia si cognouisses et tu. Hoc se
mel egit cum perituram ciuitatem es
se nunciauit. hoc quotidie redem
ptor noster p electos suos agere
nullatenus cessat. cum quosdam ex
bona vita ad mores reprobos pue
nisse considerat. Plangit enim eos
rū voces collaudare. eiq3 gratias
agere nō desistit. De quo adhuc

recte subditur. quia cecidit in faci
em suam gratias agens. Casus
iste proprie electorum est. Repro
borū autem retrorsum semp est
cadere. iuxta q8 de domini persecu
toribus scriptū est. quia dicente
domino ego sum abierūt z ceci
derūt retrorsum. Et de sequacib9 an
tixpi. sub figura dan iacob dicit.
Fiat dan coluber in via cerastes i
semita. mordens vngulas equi vt
cadat ascensor eius retro. Qui eīn
retro cadit. ibi cadit. vbi quid ei
li lateat nescit. qui vero in faciem
cadit. ibi vtiq3 cadit. vbi cuncta
que fuerint aspicit. Reprobi ei re
tro cadunt. quia dum mala pētri
ta modo ante mētis oculos duce
re negligūt. postmodū vero retro
hoc est ad supplicia etna que pre
uidere noluerīt infeliciter deuolui
tur In faciē vero cadere est. de hijs
que per ignorātiam seu per negli
gentiam cōmissa sunt erubescere.
Taliter namq3 in faciē cadentib9
paulus apl's loquitur. Quē ergo
fructū habuistis tūc. i quib9 nūc
erubescitis. Q3 vero sāct9 euāgeli
sta de suo tam studiose inposuit
dicēs Et hic erat samaritan9. non
ex supfluo aut ociose auditū repe
rimus. si nominis misteriū consi
deremus. Samaritan9 enim inter
p̄tatur custos Quo nomie aptissi
me declaratur is. qui pcepte dona
sospitatis. humilis z gratus ma
luit custodire. qm̄ tumēs z ingra
tus amittere. Ideo q3 veri illius sa
maritani. qui saucij vulnera cura
uit cognoie beatificari meruit. Et

hic erat samaritanꝰ·idest alieni
gena· Sepe legimus in euāgelio·
quia gētiles venientes ad dominū
vt eum audirent· ⁊ sanarētur ab
eo sanitate pcepta·gratias deo re
ferre studuerūt· iudei vero iugiter
eius miracula vidētes ⁊ ab eo mū
dationem pcipiētes·semp ingra
ti pstiterūt. Spiritualiter samari
tanus qui interp̄tatur custos·sig
nificat vniuersitatē populi genti
lis· p fidem ad deum cōuersi·qui
custodiam habet ad humilitatē
conseruādam. Dum enī gentilis
populꝰ ad deum cōuersus·omne
bonuꝫ qđ habet ei tribuit· a quo
accepit p fecto beneficia diuinitꝰ
sibi collata vigilāter custodit·de
cantans cum psalmista· Fortitu
dinem meam ad te custodiam.
quia tu deus susceptor meus es.
Respondēs autē ihesus dixit· No
ne decem mūdati sunt·⁊ nouē vbi
sunt. Merito saluator eos qui in
grati perstiterunt quasi ignotos
requirit. cum dicit· nouem vbi
sunt. Sicut enim eos quos elegit
scire cōprobatur· ita ⁊ eos quos
reprobat. nō incōgrue nescire di
citur. Vnde ⁊ quibusdā in fine di
cturus est·nescio vos vnde sitis.
discedite a me omēs operarij ini
quitatis·nō quo deum aliquid la
teat: sed quia impiorū vias quo
rum figuraꝫ isti pretendūt lepro
si·quasi ignotas reprobat. Sic ⁊
mentiri nescire vir verax dicitur.
qui loqui mēdatium dedignatur
non quo si mentiri velit nesciat:
sed quia falsa loqui veritatis amo
re cōtemnat. Loquens ergo domi
nus dicit. None decē mūdati sūt
⁊ nouem vbi sunt. Nouenariꝰ nu
merus·si vnum in augmētum sui
percipiat·quādam formaꝫ vnita
tis explet· ⁊ i denariū surgit. Quo
numero·id est denario tanta fit cō
plexio·vt vltra illum aliꝰ nume
rus non excrescat· nisi hic idem
denariꝰ repetatur a capite·hoc est
ab vnitate Vnum ēgo ad vnitatē
suam custodiēdam non indiget
nouē·nouem vero indigēt vno vt
quedam effigies vnitatis cōplea
tur·idest denariꝰ Similiter ⁊ illi q̄
intra vnitateꝫ sancte ecclesie sunt
collocati·qui designātur p vnum
nō indigent auxilio eoruꝫ·qui ex
tra sunt positi·p infidelitatē·illi ve
ro qui foris sunt indigēt adiuto
rio electorū·vt p eorum ministeri
um ac intercessiōem mereātur sā
cte ecclesie incorporāri·quoniā ali
ter saluari non possunt· Adhuc
ergo de illis qui ingrati remanserāt
subditur. Non est inuētus qui re
diret ⁊ daret gloriā deo nisi hic ali
enigena. Supra decē mūdatos as
seruit nūc autem neminē dicit in
uentū qui rediret ⁊ daēt gloriam
deo·nisi illuꝫ alienigenā Iuxta lit
teram facile est hominē videri cor
pore sanatuꝫ·⁊ tamen p sistere in
gratum. Spiritualiter autem mirū
est. cur istos dicat esse sanatos.
qui gratia dei de infidelitate ad fi
dem cōuertuntur ⁊ tamen perma
nere ingratos. Si enim perfecte
mundus est aliquis per fidem ⁊
baptismū quomodo est deo ingra

tus cuiꝰ miſericordia ab īfidelitate
adductꝰ eſt ad fidē. Et ſi ingratꝰ
q̄uo mūdus. Sed ſciendū quia
ſunt quidā in congregatiōe fide
liū. qui mūdantur quidem p̄ fidē
& baptiſmū. ingrati vero p̄ſiſtunt
p̄ bonam op̄atiōem. De quibꝰ di
cit apoſtolꝰ paulus. Qui cum co
gnouiſſent deum nō ſicut deū glo
rificauerūt aut gratias egerunt.
Cum enī dicit eos dn̄m nouiſſe
oſtendit mūdatos eſſe a lepra in
fidelitatis p̄ baptiſmū: cum vero
addit non glorificaſſe eos dn̄m.
nec illi gratias egiſſe. accuſant in
grati. Nō eſt inuētus qui rediret
& daret gloriā deo. Qua ſentētia &
duriciā iudeorū dam p̄cutit & gē
tium ad credēdū facilitatē collau
dat. Pene enim in omnibꝰ ſancti
euāgelij locis & iudeos ad fidem
tardos: & gentiles ad fidem impi
gros. immo paratiſſimos fuiſſe
inuenimus. Hoc in illo beato cen
turione de quo dictū eſt. nō inue
ni tantā fidem in iſrahel. hoc & in
gentibꝰ que circa paſſiōem xp̄m
videre deſiderabāt conſiderari ap
tiſſime poteſt. Ait ergo. Nō eſt in
uentus qui rediret & daret gloriā
deo. niſi hic alienigena. Tamq̄ di
ceret. ciues oderūt. alienigene am
plectūtur. Iudei perſequūtur. gen
tes ambiūt & venerantur. Hij la
borant. vt poſt tot beneficia peri
mā t: illi certant vt de perceptis gra
tias agētes maioribus digni exi
ſtant. Et ait illi iheſus. Surge va
de. quia fides tua te ſaluum fecit.
Surge videlicet a vicijs peccatorū

& vade ad operacōnem virtutū. Ia
centē & ſuppliciter ſe adorantē lau
dat dominꝰ eumq̄ vt ſurgat diui
ni oris affatu animat: & q̄d p̄fecte
credens. p̄fecte ſaluari meruit ap
probat. Nichilominꝰ et quid illi
qui redire vt gratias agerēt detra
ctarūt meruerint indicat. quia ſi
iſtū fides ſua ſaluauit. illos profe
cto infidelitas damnauit. Sed & il
lis qui iam de p̄petratis peccatis
erubeſcere ceperūt ſurgendum pri
mo deinde indicitur ambulandū.
Prius enim quaſi ſurgimꝰ cum a
peccatis reſipiſcimꝰ cum male in
te cōſuetudini reſiſtimꝰ cum nob
ipſis q̄d tales fuimꝰ diſplicemus.
Ambulamꝰ vero cum in via mā
datorū dei boni operis greſſum po
nimꝰ cum virtutū ſtudijs deſuetu
iam & quaſi ignauū animū exer
cemus. Spiritualiter quoq̄ poſſu
mus intelligere. quoniā ſi illos q̄
intra ſanctā eccleſiam cōſiſtunt.
fides ipſorum ſaluos facit procul
dubio eos qui extra manēt infide
litas eorum damnat. Illud etiam
in iſto qui iacēs ante pedes domi
ni. ſurgere iubetur innuitur. quia
qui fidē rectam cū humilitatis ob
ſeruatiōe tenent. ac creatori ſuo ſe
humiliter ſubdūt. quorū figurā
iſte p̄tendit. qui mūdatus ad grā
tias deo agēdas redijt p̄ diuini ver
bi cōſolacōem a peccatis reſurge
re & ad opera virtutū exercendo iu
bentur accedere donec creſcentibꝰ
quotidie virtutū incremētis ad il
lam p̄fectōnē ſublimātur in qua
deum deorum in ſyon p̄petuo con

templari mereātur. Tu

Dominica. xv.
Secūdū Matheum

In illo tēpore Dixit

ihesus discipulis suis. Nemo pōt duob⁹ dominis seruire Aut enim vnum odio habebit ⁊ alterū diliget. aut vnū sustinebit ⁊ alterū cōtemnet. Et reliqua. Omel' beati Ambrosij epi.

Hec verba diligēter cōsiderāda sunt. Nam qui sint duo domini dēinceps ostēdit cum dicit. Nō potestis deo seruire ⁊ māmone. Māmona apud hebreos diuitie appellari dicitur Cōgruit ⁊ punicū nomen. Nam lucruz punice māmon dicitur. Sz qui seruit māmone illi vtiqz fuit. qui reb⁹ istis terrenis merito sue puersitatis p̄positus magistrat⁹ hui⁹ seculi a domino dicit Aut ergo hūc odio habebit homo. ⁊ alterū diliget. id est deū. aut alteruz patietur ⁊ alterū cōtemnet. Patietur enim durū ⁊ pniciosum dñm quisquis seruit māmone. sua enī cupiditate implicat⁹. subditur diabolo. ⁊ nō eum diligit. Quis enī est qui diligit dyabolum. Sed tamē patietur. sicut ī aliqua domo maiore. qui ancille aliene cōiunctus est. propter cupiditatē suam duram patitur seruitutē. etiam si nō diligat eum. cuius ancillaz diligit. Alterū autem contemnet dixit. nō odio habebit. Nullius enī fere cōscientia deum potest odisse cōtemnit autem. idest non timet. cūm quasi de eius bonitate secur⁹ est. Ab hac negligētia. ⁊ pernitiosa securitate. reuocat spūssanct⁹ cum p prophetaz dicit. fili ne adiicias peccatū. ⁊ dicas Miseātio dei magna est. ignorās. quia patiētia dei ad penitētiam te adducit. Cui⁹ enim tanta misericordia credi potest. qūi eius qui ōnia donat peccata cōuersis. ⁊ oleastrū facit pticipem pinguedinis oliue. Et cuius tanta seueritas. q̄ eius qui naturalib⁹ ramis non pepcit: sed propt̄ infidelitatē fregit illos. Sz si quis vult diligere deū. ⁊ cauere ne offendat. nō se arbitretur duobus dominis seruire. ⁊ intentionez cordis sui rectā ab omni duplicitate explicet Ita enī sentiet de domino in bonitate. ⁊ ī simplicitate cordis queret illū. Ideo inquit dico vobis. nō habere sollicitudinem in anima vestrā quid edatis. neqz corpi q̄d induatis. ne forte q̄uis iam supflua non querātur. propter ipsa necessaria cor duplicet̄. ⁊ ad ista cōquirenda nostra detorqueatur intētio. cum quasi misericorditer aliq̄d opamur. idest vt cum cōsulere alicui videri volum⁹ nostrum emolumētum ibi poci⁹ q̄ illius vtilitatem attēdamus. ⁊ ideo nobis nō videamur peccare. quia nō superflua: sed necessaria sunt. que cōsequi volum⁹. Domin⁹ autem āmonet. vt meminerim⁹ multo amplius nobis deū dedisse q̄ nos fecit. et cōposuit ex anima ⁊ corpore. qūi est alimētum atqz tegumētum. quorū curam nobis

duplicare cor non vult. Nōne anima inquit plus est q̄m esca vt intelligas eū qui dedit animā. multo facilius escam esse daturum. et corpus q̄ꝫ vestimētū. i. plꝰ vt similiter itelligas eum qui corpus dedit. multo facilius daturū esse vestimētum. Quo loco queri solet. vtrum ad animaꝫ cibus iste pertineat. cum anima incorporea sit. iste autem cibus corporeus. Sed animā hoc loco pro ista vita positam nouerimꝰ. cuius retinaculum est alimentum istud corporeum. Scd̄m hanc significationem dictum est etiam illud. Qui amat animā suam perdet illam. Qd̄ nisi de hac vita acceperimꝰ. quam oportet pro regno dei perdere. qd̄ potuisse martires claruit. cōtrariuꝫ hoc preceptum erit illi sententie qua dictum est. quid prodest homini. si totum mundum lucretur. anime autem sue detrimētum faciat. ¶ Respicite inquit volatilia celi. quoniam nō serunt. neqꝫ metunt. neqꝫ congregant in horrea. et pater vester celestis pascit ea. Nōne vos pluris estis illis. ¶ Id est carius vos valetis quia vtiqꝫ racōnale animal sicuti est homo. sublimius ordinatū est in rerum natura. q̄m irracionabilia sicuti sūt aues. Quis autem vestrum inquit curās potest adicere ad staturam suam cubitum vnum. ¶ Et de vestimēto quid solliciti estis. ¶ Id est cuiꝰ potestate atqꝫ dominatu factum est vt ad hanc staturā corpus vestrū pduceret. eius prouidētia etiā vestiri potest

Non autem vestra cura factum esse vt ad hāc staturam veniret corpus vestrū ex hoc intelligi potest qd̄ si curetis et velitis adicere vnū cubitum huic stature nō potestis. Illi ergo etiam tegēdi corporis curam relinquite cuius videtis cura factum esse vt tante stature corpꝰ habetis. Dandū etiam erat documētum propter vestimentū. sicut datum est propter alimētum. Ita qꝫ sequitur et dicit. Cōsiderate lilia agri quomodo crescuit non laborant neqꝫ nent. Dico autem vobis quoniā nec salomon in omni gloria sua sic vestitus est sicut vnum ex istis. Si āt fenū agri qd̄ hodie est et cras in clibanum mittitur. deus sic vestit: q̄ꝫ to magis vos modice fidei. Sed ista documēta non sic allegorice discutienda sunt. vt queramus quid significent aues celi. aut lilia agri. Posita sunt enim vt de rebus minoribꝰ maiora persuaderētur. sicut est illud de iudice. qui nec deuꝫ timebat nec hominem reuerebatur. et tamen sepe interpellāte vidua accessit vt eius causam cōsideraret. non propter pietateꝫ aut humanitatē: sed ne tedium pateretur. Nō enim vllo modo ille iniustꝰ iudex personam dei allegorice sustinet: sed tamen q̄ꝫtum deus qui bonus et iustꝰ est curet de p̄ecātes se. hinc coniici deus voluit q̄ꝫ nec iniustus homo eos qui illū assiduis precibus tūdunt. vel propter tedium deuitandum potest ɔtemnere. Nolite ergo in q̄t solliciti esse dicentes qd̄ edemꝰ

aut quid bibemꝰ aut quo vestie
mur. Hec eñ omnia gẽtes inqui
rũt. Scit eñ pater vester. quia ho
rum omniũ indigetis. Querite pri
mũ regnũ dei ⁊ iusticiaꝫ eius ⁊ hec
omnia apponẽtur vobis. Hic ma
nifestissime ostẽdit. non hec esse
appetẽda tamꝙ̃ talia nostrã bona
vt ꝓpter ipsa debeamꝰ bene facere
si quid faciamꝰ: ꝟ tamẽ esse neces
saria. Quid eñ interfit inter bonũ
qđ appetẽdum est ⁊ necessarium
qđ sumendũ est: hac sententia de
clarauit cũ ait. querite primũ reg
num dei ⁊ iusticiã eius ⁊ hec õmia
apponẽtur vobis. Regnuꝫ ergo ⁊
iusticia dei bonuꝫ nostꝝ est ⁊ hoc
appetendũ ⁊ ibi finis ꝯstituẽdus
propter qđ omnia faciamꝰ que
cũqꝫ facimus. Sed quia in hac vi
ta militamꝰ vt ad illud regnũ per
uenire possimꝰ que vita sine hijs
necessarijs agi nõ potest. apponẽ
tur hec vobis ĩquit: sed vos regnũ
dei ⁊ iusticiã primũ querite. Cum
eñ dixit illud primũ significauit
quia hoc posteriꝰ querẽdum est.
non tempe ꝟ dignitate. Illud tam
ꝙ̃ bonum nostrũ hoc tamꝙ̃ neces
sariũ nostrum. necessariũ autem
propter illud bonũ. Neqꝫ eniꝫ ver
bi gratia. ideo debemꝰ euãgelisare
vt mãducemus: ꝟ ideo mãducare
vt euãgelisemus. Nam si ꝓpte
rea euãgelisemus vt mãducemꝰ
vilius habemꝰ euangelium ꝙ̃ ci
bum ⁊ erit iam bonum nostrũ in
manducãdo. necessariũ autem in
euãgelisãdo. Qđ etiam apostolꝰ
prohibet cũ dicit licere sibi quideꝫ

⁊ ꝑmissum esse a dño. vt qui euã
geliũ annũciant de euangelio vi
uant. idest de euãgelio habeant
ea que huic vite sũt necessaria: ꝟ
tamẽ se non esse abusum hac po
testate. Erãt enim multi qui occa
siõem habere cupiebãt acquiren
di ⁊ viuẽdi ꝺm euãgeliũ quibꝰ eã
volens apl's amputare manibus
suis victũ suum tolerauit. De hijs
eñ alio loco dicit. vt amputẽ oc
casiõem hijs qui querũt occasio
nem ꝙ̃ꝙ̃ etiaꝫ sicut ceteri aposto
li ꝑmissu dñi de euãgelio viueret
⁊ nõ in victu fineꝫ cõstitueret euã
gelisandi: ꝟ magis ipsius victus
sui finem in euãgelio collocaret.
idest vt superiꝰ dixi. non ideo euã
gelisãret vt ꝑueniret ad cibũ ⁊ si
qua sunt talia necessaria: ꝟ ideo is
ta sumẽt vt illud impleret. ne nõ
volens: ꝟ necessitate euãgelisaẽt
Hoc eñ improbat cum dicit. Ne
scitis quoniã qui in templo oꝑan
tur que de templo sunt edũt ⁊ qui
altario deseruiũt altario cõparti
cipantur. Sic ⁊ dominꝰ ordinauit
hijs. qui euãgelium annũciant.
de euãgelio viuere: ego auteꝫ nul
lius horum vsus sum. Hinc osten
dit ꝑmissum esse nõ iussum. alio
quin cõtra preceptũ domini fecis
se tenebitur. Deinde sequitᷣ ⁊ dicit
Nõ autem scripsi hec. vt ita fiant
in me. Bonũ est mihi magis mo
ri. ꝙ̃ vt gloriam meam quisꝙ̃ ina
nem faciat. Hoc dixit. quia iam
statuerat propter quosdã occasi
onem querẽtes manibus suis vi
ctũ trãsigere. Si eĩ euãgelisauero

inquit. nō est michi gloria. idest
si euāgelisauero vt ita faciant in
me. idest si propterea euangelisā
uero. vt ad illa perueniam. ⁊ finez
euāgelij in cibo ⁊ potu ⁊ vestitu col
locauero. Sed quare nō est ei glo
ria? Necessitas enī mihi inquit in
cumbit. idest vt ideo euāgelisem.
quia vnde viuam non habeo. aut
vt acquirā temporalem fructum de
pdicatione eternorū. Sic enī iam
necessitas erit in euāgelio. non vo
lūtas. Ve enim mihi erit inquit.
si non euangelisauero. Sed quo
modo debet euāgelisaē? Scilicz vt
in ipō euāgelio. ⁊ in regno dei po
nat mercedē. Ita enim potest non
coactus euāgelisare: sed volens.
Si enī volens iquit hoc facio mer
cedem habeo. si autem inuitus. di
spēsatio mihi credita est. idest si
coactus inopia earuz rerum que
temp ali vite sunt necessaia predi
co euāgelium. alij p me habebūt
mercedem euāgelij. qui euāgeliū
ipsum me predicante diligūt: ego
autem nō habeo. quia nō ipsum
euāgelium diligo: sed eius preci
um in illis temporalibus cōstitutū
qd nefas est fieri vt non tamq̄ fi
lius ministret quisq̧ euāgelium.
sed tamq̄ seruus. cui dispensatio
credita est. vt tamq̄ alienum ero
get. nichil inde ipse capiat preter
cibaria. que nō de participatiōe
regni: sed ad sustentaculū misere
seruitutis dātur extrinsecus. q̄q̄
⁊ alio loco dispēsatorem se dicat
Potest enim ⁊ seruus in filioruz nu
merū adoptatus. eam rem in qua

coheredis sortē meruit. fideliter di
spensare participibus suis. Sz nūc
vbi ait. si autē inuitus dispēsatio
michi credita est. talem dispensa
torem intelligi voluit. qui alienū
dispensat vnde ipē nihil accipiat
Ergo quecūq̧ res propt aliud ali
quid queritur. sine dubio inferior
est. q̄ id propter qd queritur. et
ideo illud primuz est propter qd
istaz rem queris. nō ista res quā
propter illud queris. Qua prop
ter si euāgelium ⁊ regnū dei prop
ter cibum querimus. priorem faci
mus cibum. ⁊ posterius regnuz dei
ita vt si non desit cibus. nō quera
mus regnū dei. Hoc est ergo pri
mū querere cibuz. ⁊ deinde regnū
dei. idest hoc priori loco ponere. il
lud posteriori Si autez ideo quera
mus cibum. vt habeamus regnuz
dei faciamus qd dictum est. Que
rite primū regnum dei ⁊ iusticiaz
eius. ⁊ hec omnia apponentur vo
bis. Querētibus enim primū reg
num ⁊ iusticiam dei. idest hoc pre
ponētibus ceteris rebus vt prop
ter hoc cetera queramus. non debet
subesse sollicitudo. ne illa desint.
que huic vite propter regnum dei
sunt necessaria. Dixit enim superi
us. Scit emz pater vester. quia ho
rum omniū indigetis. Et ideo cuz
dixissz. querite primū regnū dei ⁊
iusticiam dei. nō dixit deinde ergo
ista querite q̄uis sint necessaria:
sed ait. Hec omnia apponētur vo
bis. idest consequētur. si illa que
ratis. sine vllo vestro impedimēto
ne cum ista queritis. illinc auerta

mini. aut ne duos fines cōstitua
tis. vt a regnū dei propter se appe
tatis. a ista necessaria: sed hec po
tius propter illud vobis non dee
runt. quia nō potestis duobꝰ do
minis seruire. Duobꝰ autem domi
nis seruire conatur. qui a regnum
dei pro magno bono appetit a hec
temporalia. Nō potest autē simpli
cem habere oculū a vni domino de
seruire. nisi quecūqꝫ cetera si sunt
necessaria propter hoc vnū assu
mat. idest propter regnū dei. Si
cut autē militantes accipiūt an
nonam a stipēdium. sic oms euā
gelisantes accipiūt victū a tegu
mentū. Sed non oms propter sa
lutē rei publice militāt: sed prop
ter illa que accipiūt. sic non oms
propter salutē ecclesie ministrāt
deo: sꝫ propter hec tempoalia que
tamq̄ annonam a stipendia cōse
quuntur. aut a propter hoc a ꝓp
ter illud. Sed supra iam dictū est
non potestis duobꝰ dominis se r
uire Ergo simplici corde tantūmo
do propter rēgnū dei debemus ope
rari bonum ad omes. non autem
in hac operacōne. vel solam. vel
cum regno dei mercedē temporali
um cogitare. Quorum omniū tem
poraliū nomine crastinū posuit
dicēs. Nolite ergo solliciti esse de
crastino. Nō enī dicitur crastinꝰ
dies nisi in tempoē. vbi preterito
succedit futurū. Ergo cū aliquid
boni opamur nō temporalia: sed
eterna cogitemꝰ Tūc erit illud bo
num a pfectū opus Tu

Item Scdm Matheum

In illo tēpore Dixit

ihesus discipulis suis. Nemo pōt
duobꝰ dominis seruire. Et reliqua
Omel' Herici.

Dominus ad hoc homo fa
ctus est. vt nos de potesta
te tenebrarū eriperet. at
qꝫ regnum deo patri nos faceret
Ait enim ipse in quodam euāge
lij loco parabolice loquens q̄ ho
mo quidā nobilis abijt in regio
onē longinquā accipere sibi reg
num. Quibꝰ verbis nullū alium
q̄ seipsum intelligi voluit. qui ad
hoc de celestibus i hanc erūnarū
ac mortis regionem venire digna
tus est. vt imperiū dyaboli. qd fe
dere quodā peccati. mortisqꝫ eter
ne pacto psuaserat dissiparet et
regnū suū iusticie ac mansuetudi
nis legibus exaltaret. Cum ergo
iam multi a regno dyaboli defice
rent et edictis celestibꝰ parentes
fidei prompta deuocōne subirent
hac oracōne eos rex ille victoriosis
simꝰ alloquitur. Nemo potest du
obus domīs seruire Ac si alijs ver
bis ad spiritalis milicie discipli
nam exhortās dicat. Si perfecte
mei imperij ius eligitis optet vt
p omnia prioris domini seruitiū
abnuatis. Neqꝫ enī simul vtrisqꝫ
obtemperari potest cum cōtraria
sibi sint que ego a que ille p̄cipi
mus. Ego deniqꝫ que sanctitatis
a que honestatis sūt iubeo imple
ri. ille turpia omnia atqꝫ hones
tati repugnātia precipit exerceri.

Ego virtutū armis meū militē mi
pro māsuetudīe humilitateq̧ ser
uāda alacriter excipere. ille cogit
suos pro sup bia mortē insontibꝫ
irrogaē. Quomō ergo potest am
bobꝰ par exhibei famulatus quo
rū dispar est dñatꝰ. Hec verba re
demptois nostri ad curas istiꝰ se
culi euitandas nos īstruūt ⁊ vt
contēnere tempalia ⁊ celestia stu
deamꝰ semp appetere exhortantur
Nemo inquit potest duobꝰ domi
nis seruire. Que sentētia iuxta lit
teram aptissime etiam nō exposi
ta claret. quia nemo scilicet duo
bus dominis carnalibꝰ ita potest
seruire. vt ambobꝰ equaliter pla
ceat. vtrisq̧ equaliter obsequat̄.
Vnde sequitur. Aut enim vnum
odio habebit ⁊ alterꝝ diliget. aut
vnū sustinebit ⁊ alterꝝ cōtemnꝫ
Spirituali vero intellectu qui sint
isti duo domini subsequēter ostē
dit cum subdit. Non potestis deo
seruirē ⁊ māmone. idest christo ⁊
dyabolo. Que enim participatio
christo ⁊ dyabolo. aūt luci ad te
nebras. Adhuc vero de duobꝫ do
minis sequitur. Aut enim vnum
odio habebit ⁊ alterum diliget.
aut vnum sustiebit. ⁊ alterū con
temnet. Vnum odio habebit sci
licet dyabolū. qui odio habēdus
est. nō per hoc q̄d substantia: sed
per hoc q̄d malus est odelt ⁊ alte
rum diliget. idest xp̄m qui velut
māsuetus dominꝰ solummodo se
diligi. solummodo ex affectu pre
cipit amai. diliges inquiēs domi
num deū tuum. ex toto corde tuo.
⁊ ex tota anima tua. ⁊ ex tota vir
tute tua. Aut vnum sustinebit. id
est dyabolum. tamq̄ durum ⁊ im
mitem dominū. Ipse enim durissi
mis impiis amatores seculi qua
tit. ⁊ postq̄ semel hominꝫ domi
nari potuerit. etiam nolētem inui
tumq̧ ad male agēdum compel
lit. nec sine grauissimis laboribꝰ
imperata peragūt. Frequēter enꝫ
exilia. naufragia. vel rei familia
ris damna. ipsam postremo mor
tem horum gratia perferūt. De ta
libus scp̄tura dicit. Vt male age
rent laborauerūt. Hūc ergo talēꝫ
dominꝫ sustinēt potius inuiti. q̄
seruiūt sb̄diti. quia postq̄ semel
eiꝰ sup se dominiū sponte suscepe
rint. nunq̄ de cetero suis viribꝰ. ni
si sola dei validissima manu eri
pi possunt. Et alterum inquit cō
temnet. hoc est deum. Et notanda
proprietas verborū domini. Cum
enim p̄misisset dicens. Aut vnū
odio habebit. ⁊ alterum diliget.
non est subsecutus ecōtra vt dice
ret. aut vnū diliget. id est dyabo
lum. ⁊ alterū odio habebit. idest
deum. quia nullius cōscientia q̄n
tumvis puersissiā ad hoc potest
erūpere vt dicat se deum odio ha
bere. aut dyabolū diligere Cōtem
net vero. idest nō timebit. Cōtem
nitur enim deus ab illis qui peccā
tes de impunitate scelerum blan
diūtur. putantes aut nescire sua
scelera deum. aut visa statim in
dulgere. qui nesciunt q̄d dissimu
lando eos diuina bonitas ad peni
tentiā prouocet. dicēte apostolo.

An nescis q̄uia patiētia dei ad pe
nitētiaȝ te adducit. Tu autē ſm
duriciā tuam ⁊ cor impenitēs. the
ſaurizas tibi iram in die ire. ⁊ reue
lacōnis iuſti iudicij dei Aliter. Cō
uenientr autem addidit. aut vnū
ſuſtinēdum. hoc eſt dyabolum.
aut alterum cōtemnendum. vide
licet deum. Cōtemnit enim deum.
ſed tamen nō odit quiſquis pre
cepta illius ɔtradicendo deſpicit:
ſuſtinet vero dyabolum. tanq̄ ſi
quis durum ⁊ crudelem habeat
dominum: ſed tamen non diligit.
quicūqȝ per cupiditatem diuitia
rum illi ſe ſubdit. qui princeps
huius mūdi habetur. domino di
cente Venit princeps mundi hu
ius. ⁊ in me non inuenit quicq̄.
Sȝ licet illum ſuſtineat tanq̄ cru
delem dominū. non tamen diligit
Verbi gratia. Si quis in maiori
aliqua domo. ācille cuiuſlibet ho
minis potentis copulatur. etiam
ſi non diligat eum cuius ancillā
diligit. propter vim tamē ſue cu
pidinis. duram ſuſtinet ſeruitu
tem. ſubiciendo ſe illi. cuius ancil
lam ſibi coniūctam diligit: ſic et
homo diligens diuitias. ſeruꝰ dy
aboli eſt. qui caput ⁊ pn̄ceps eſt
amatorum mūdi. Diuitias enim
poſſidere indifferens opꝰ eſt. Naȝ
nec diuiti obſunt opes ſi eis bene
vtatur. nec pauperem egeſtas cō
mendabiliorem facit. ſi inter ſor
des ⁊ inopiam peccata nō caueat
Non poteſtis deo ſeruire ⁊ māmo
ne. Māmona apud hebreos vel
ſirios diuitie interpretantur lati

ne. punicē autem māmon lucrū
dicitur. vtrumqȝ autem ad vnum
finem reſpicit. Et recte auariciam
ſpecialiter poſuit. vt oſtēderet ma
niſeſte. diuitiarū ſeruos. dyaboli
quoqȝ ſeruos exiſtere. Nam ⁊ apo
ſtolus auariciam ydolorū ſerui
tutem vocare nō dubitauit dicēs
Et auariciam que eſt ydolorum
ſeruitꝰ. Quo loco ſollerter notan
dum quia nō dicitur. nō poteſtis
deo ſeruiē ⁊ diuitias poſſidere: ſed
non poteſtis deo ſeruire ⁊ māmo
ne. id eſt diuicijs. Multos enī ſan
ctorum patrū legimus temporali
ter ⁊ diuitias habuiſſe: ⁊ nihilo
minꝰ deo deſeruiſſe. Abrahā nam
qȝ ditiſſimꝰ fuit. qui cum trecētis
decem ⁊ octo vernaculis. reges qn̄
qȝ bellica expedicōne ſuperauit: et
loth fratrē ſuum a captiuitate ex
emit. Job quoqȝ ille maximum
exemplum paciētie inter omnes
orientales: diuicijs affluxiſſe ſcrip
ture teſtimonio declarat. Quid de
ſanctiſſimo dauid dicemꝰ: cui ⁊ di
uitiarū copia ⁊ imperij magnificen
tia ſuppeditabat eiqȝ a ſubiectis
per circuitum nacōnibus mune
ra deferebātur. Sed iſti q̄uis ha
buerint diuitias. nō ſeruierūt di
uicijs: ſed deo. quia nequaq̄ ſpem
ſuā diuicijs ɔmiſerunt. nec cuſto
dierūt eas vt ſerui: ſed īgenue di
ſpenſauerunt vt domini tenentes
eas in vſu nō in deſiderio ⁊ tanq̄
ex latere ſibi datas vtiliter diſpo
nentes. Hinc beatus dauid quā
do in ſolio regni conſtitutus q̄ ni
chil in diuicijs fallacibus fideret

ostēdebat dicēs. Egenꝰ sum ⁊ pau
per sicut omnes patres mei. Diui
tes etiam vel qui erāt vel qui esse
poterant alloquēs dicebat. Diui
tie si affluāt: nolite cor apponere.
Quisquis ergo custodit diuitias
vt seruus ⁊ nō distribuerit vt do
minꝰ. seruus est diuitiarū ⁊ serui
endo diuicijs seruire cōpellitur di
abolo. quia cupiditati diuitiaruꝫ
implicatꝰ dyabolo se subdit. qui
merito sue prauitatis terrenis re
bus ꝓpositus est ⁊ a domino prin
ceps huiꝰ seculi appellatur. Qua
propter audiāt ista diuites et eli
gant magis xp̄i esse serui q̄ man
cipia diuitiaꝝ discant nō innitēn
dum p̄sentibus: ſ; spem om̄em in
ferendam perennibus. solūq; ad
hoc velle habere diuitias. vt sit vn
de pauperū indigentia expleri. vn
de sua possint peccata redimi. Ideo
dico vobis ne solliciti sitis anime
vestre quid mādu cetis neq; corpi
vestro q̄d induamini. Tamq̄ di
cat. Quia deo simul ⁊ cupiditatibꝰ
mūdi seruire nō potestis. quia in
incerto diuitiarū confidere non de
betis. ideo dico vobis: ne solliciti
sitis in aggregādis diuicijs. qui
bus mēs implicita alienetur ab
amore sui creatoris Queri vero po
test. vtrum cibus iste corporeꝰ ad
animā an ad corpus ꝑtineat. cū
constat animā incorporeā: cibuꝫ
vero esse corporeū Sed anime no
mine i scriptura sacra vita p̄sens
signari solet iuxta q̄d dominꝰ ali
bi ait. Qui amat animā suaꝫ. hoc
est vitam suam ꝑdet eam. Et apo
stolꝰ paulus Nō facio inquit ani
mā meam p̄ciosoreꝫ q̄ me. Ergo
⁊ hic anima hoc sensu accipiēda
est. vt per animā presens vita in
telligatur que alimētis retinet̄ ⁊
vestibus. Cuius vinculi atq; cō
ciliatio quedam est cibꝰ iste cor
poreꝰ in cuius causa labor exercen
dus est ad eam sustentādam. sol
licitudo aūt tollenda. vt habētes
victum ⁊ vestitum hijs cōtenti si
mus. Siue anima pro ipō corpē
quo cōtinetur est posita. a parte
videlicꝫ totū. sicut legimus iacob
descendisse in egiptū in animabꝰ
septuagita. cum animas nō abs
q; corpibꝰ descendisse manifestuꝫ
sit. Ceteruꝫ: de spirituali cibo ac ve
stimēto valde nos op̄tet esse sol
licitos. Adhuc tamen ipsa verba
domini pōderatius ꝑpendenda sūt
Nō eniꝫ ait. ne queratis quid mā
ducetis. aut quo induamini: sed
ne solliciti sitis ac propterea non
labor sed sollicitudo prohibita ē.
Sed cum primo homini dictū sit.
in sudore vultꝰ tui vesceris pane
tuo. quid est q̄d nunc discipulis
immo cunctis fidelibus p̄cipit ne
solliciti sint. quid māducare vel bi
bere vel induere debeant. Nūquid
prohibet hominē laborare: qui pri
us iussit in sudore vultus panem
comedere. Nequaq̄. Cui etiaꝫ ad
hoc exercēdi ruris ⁊ proscindēdi a
gri peritia data est. vt labore pro
prio aleretur ⁊ vestiretur. Sed in
hijs preceptis dominicis illa dif
ferentia attendēda est. vt ea que
ad cibum vel indumentū corpis

sunt necessaria. vnusquisqꝫ studeat procurare deficientibꝰ hijs que
naturalis fragilitas expetit. vt po
te sine quibꝰ non valet subsistere
etiam ipsa vita gemio adiutorio
priuata deficiat. Sollicitudinē autem in hijs adhibere vetat qđ intelligitur cura supflua. Vnde pulchre hanc veteres ita diffinierūt.
vt dicerent. sollicitudinē esse egritudinē animi. cum immoderata cogitacōne. Ergo sollicitudo quasi
res superflua. ⁊ plus iusto anxia
tollitur. labor vero quasi res necessaria exerceri pmittitur. In tantū
deniqꝫ laboris vsus minime ꝓhibetur. vt psalmista beatū dicat. qui
suis laboribꝰ pascitur. ⁊ apostolꝰ
laborādum manibus. qđ bonum
est dicit. vt quis habeat vnde tribuat necessitatem pacientibus.
Qua propter labor exercēdus est
vt necessitas eluctetur. sollicitudo
tollenda qua non necessitati: sed
cupiditati cōsulitur. Nōne anima
plus est ꝙ̃ esca. ⁊ corpus plusqꝫ
vestimentū. Ex hijs duabus substancijs constat homo. anima videlicet ⁊ corpore. Omē quod appetimus. aut propter se. aut propter aliud appetimus. Propter se
enim sapiētia que deus est appetenda est. ꝓpt aliud vero si qs
verbi gratia emplastra habere cupiat. nō vt emplastra possideat:
sed vt eo sanitas corpori prouideatur. Nemo vero dubitat maius esse illud quod propter se. ꝙ̃ illud
qđ propter aliud queritur. Datur
ergo hic intelligi animā plus esse quā escam. quia ad hoc esca requiritur. vt vita presens illa sustentetur Corpus quoqꝫ plusqꝫ vestimentum. qđ idcirco queritur. vt nuditas illo tegatur. Ammonet ergo
nos dominūs hac sententia vt meminerimus nos multo amplius
nobis deum dedisse in eo ꝙ nos cū
nō essemus composuit ex anima
⁊ corpore. ꝙ̃ sit alimētum ⁊ tegumētum. vt sit sensus. qui maiora
nobis prestitit. idest corpꝰ ⁊ animam. prestabit vtiqꝫ minora. victum videlicet ⁊ vestitū. Quare ergo de minoribꝰ solliciti sumꝰ. qui
maiora percepimus. Respicite volatilia celi. quoniam non serūt neqꝫ metūt. neqꝫ congregant in horrea. ⁊ pater vester celestis pascit
illa. Volatilia celi. aues per hūc
aerem discursantes appellat Quicquid celo vicinꝰ est. celum in scripturis nūcupari consueuit. Ducit
nos dominꝰ ad considerāda maiora opera quatenꝰ ex rebus minoribus. maiora nobis facilius
persuaderi possunt. Nulli enim dubium est. ꝙ homo maius sit. quā
aliquod volatile. Homo ad dei ymaginem ⁊ similitudinem factus
est. volatile vero creatura quidem
est: sed tamen irracōnalis ⁊ cum
moritur. corpore ⁊ anima moritur
homo vero ꝙ̃uis moriatur corpore
anima tamen viuit deo. Ait ergo
Respicite. idest considerate volatilia celi. quoniā non serunt id est
non semināt neqꝫ metunt. hoc est
non colligunt. neqꝫ congregant
in horrea videlicet in granaria.

⁊ pater vester celestis pascit illa idest nutu dei alitur. Si ergo volatilia quorũ mortalis est anima p̃uidẽtia dei creatoris alitur. multo magis homĩes quibꝰ eternitas repromittitᷣ. illiꝰ munificentia gubernãtur. Quidam plus appetentes sapere q̃m oportet. voluerunt hũc locũ allegorica interpretatione discutere. dicẽtes per volatilia celi angelos designari. qui absq; vlla cura viuẽtes. ꝑpetua securitate ⁊ quiete potiũtur. non attendẽtes quod sequitur. Nõne vos magis pluris estis illis. Si ẽgo hijs volatilibꝰ. quibus nulla colendi terras industria. nullus de segetum fecũditate prouentus est. indeficiẽtem diuina prouidẽtia suggerit alimoniam. turpe est homines causa sollicitudinis fatigari: quibus ⁊ elemẽtorum temperies ⁊ terre fecũditas famulatᷣ. Et merito taliũ imprudẽtia exemplo irracionabiliũ auium coercetur. q2 aues nil sibi speciale vendicãt. nesciunt alijs inuidere. hij vero propria defendũt qui cõmunia amiserũt Ad suam proinde intuendã dignitatẽ. ad ↄsiderandã originẽ reuocantur cum subditur. Nõne vos magis pluris estis illis. Nõ dicit pluẽs estis. quia plures ad numerũ pertinet: ȝ pluris ad dignitatẽ respiciẽs. idest carioris precij estis vos ⁊ plusq̃ illa valetis: Illa enim irracõnabilia sunt nullo se intellectu regentia que cum moriũtur corpore intereunt ⁊ anima; vos aũt ad ymaginẽ dei conditi ⁊ ad eternitatẽ predestiati ac sublimiꝰ in rerum natura cõpositi estis. debetis ẽgo quid sitis recolere. ne dum nimis terrenis dediti estis. i terrena ⁊ infima decidatis Quis autẽ vestrũ cogitans potest adijcere ad staturã suam cubituȝ vnuȝ. Vt facilius ꝑsuaderet nobis possibilia sine sollicitudie. dedit etiã de impossibilibꝰ exemplũ Quis inquiẽs vestrum cogitãs potest adijcere ad staturã suaȝ cubitum vnum. Quasi dicat. Si est aliquis vestrũ. qui ad staturã suam vnũ adijcere cubitũ possit. vt vel longior vel latior videatᷣ. cogitet ⁊ elaboret q̃ eiusmodi est. qualiter illud vestiat ⁊ pascat qđ ipse sibi adiecit. Ceteꝝ qđ deus creauit etiam sine vestra sollicitudine vestiẽ ac pascere procurabit. Nũc ergo quia neq; qđ deo minimũ est implere potestis. illius prouidẽtie curam tegendi ⁊ alendi corpis relinquite. qui fecit vt ad staturam vestrũ corpꝰ ꝑduceretur. Sed quia de alimẽtis datuȝ fuerat documẽtum ex compacõne volatilium celi. dãdum etiam erat ⁊ de vestimẽtis exemplum collacõne liliorum agri. Vnde ⁊ sequitur. Et de vestimentis quid solliciti estis. Considerate lilia agri quomõ crescũt. Non laborant in crescendo. neq; nent. id est nõ filant. vt suo labore operiãtur Quo modali precepto suademur. quia si etiã ea que sũt sensu ⁊ racõne carentia. sic dei prouidẽtia vestiũtur. vt nullo vsu vel ad gratiam egeãt. vel ad ornatũ

multo magis credas racōnabilez hominem si omēm sui spem in deo colloceȝ nunq̄ꝑ posse egere eo ꝗ ꝑ sumpserit de fauore diuino. Notā duȝ vero ꝗ lilia agri pro omnibꝰ herbis agri dominꝰ posuit. que nō laborāt in crescēdo. neqȝ nent. id est fila non cōtorquēt. vt pulcra sibi indumenta coaptent. De qui bus seq̄tur. Dico autē vobis quo niam nec salomō in omni gloria sua coopertus est. sicut vnū ex istis Speciali nota pro generali vsus est. qd in sequētibus aperitur. vbi fenum agri euidētissime ponitur Nec illud omittēdum qd quidaȝ doctorum asserūt nos hic angelo rum exemplo esse ꝑmonitos. Di cunt enim nō ociose accipiēdum qd flos homini vel certe plusq̄ ho mini in salomone cōfertur. qui ꝑ sui excellentia plus aliq̄d fuit quā homo adeo vt templū deo cōderet et verum salomōem hoc est chris tum misterio figuraret. Ergo per lilia: angelorū celestium expres sa est gloria quorū et claritate or namur et odore sanctitatis delecta mur. Hec ergo lilia. angelica. sci licet illa agmina nulla sollicitudi ne prepediūtur nullo laboris vsu exercentur: sed diuine libertatis gratiam et celestis seruāt dona na ture. Addēdum etiam ꝗ lilia nul lum requirunt cultum. nec erga generacōnem huius floris. sicut erga prouētum fructuum cetero rum. redeat actus in ordem sollici tus labor agricolis et liceȝ demisso flore. id quod extrinsecus est vi

deatur arescere. interius tamen ra dicis virtute alitur et mox verni temporis prouocata blandicijs: floris sui honore vestitur. Sic et an gelice dignitates ex ea quā adep te sunt originis sue sorte. vt sint semper accipiunt. Hijs ergo flori bus salomon q̄ꝗ magno decore circumdatus cōponi non potest. quia licet infirmitatem natuē cor poree. virtute quadam mentis et operum gloria exornaret: nullatē nus angelice potuit cōparari cel situdini. q̄ humane fragilitatis ex pers. incorrupte bonitatis ornatū seruaret. Hāc immortelitatis pul chritudinem. hunc incorruptibi lem habitum. in resurrectione se dominus electis daturum repro mittit dicens. Erunt sicut angeli dei in celo. Dico autem vobis. quo niam nec salomō in omni gloria sua coopertus est sicut vnum ex istis. Inter omēs reges israhelita rum. salomonem ditissimū fuisse regum narrat hystoria. Qui inter reliquas dignitatū diuitias. pre cipue decore vestium ac diuersita te cum preciositate pollebat adeo vt singula ministrātium officia. cum omnibus sibi subiectis pro prijs ac singularibus vterentur indumentis. Vnde et de regina sa ba. que a finibꝰ terre venerat au dire sapiētiam eius legitur. quia videns ordinem ministrorū. et ve stes quibus in ministerio vteban tur. non habebat vltra spiritum Sed q̄uis tanto honore ac splen dore vestium fuerit decoratus. nō

est tamē tanta pulchritudine co o
pertus sicut vnū ex istis subaudi
tur lilijs. Et reuera q̄ textura aut
pictura texētium mulierū valet
florum pulchritudini coequari.
Quid enī sic rubet vt rosa. Quid
ita candet vt liliū. Jam vero viole
colorem pulcherrimū. nulla pur
pura superaē. nulla valet tinctura
sup̄gredi. Qd autem ait. nec salo
mon in ōi gloria sua coopertus
est. sicut vnū ex istis. in omni glo
ria dicit. idest in mḡnitudine reg
ni. in deliciarū pulchritudine vel
vt diximus in distinctōne ⁊ vari
etate vestium. Cur autem hāc de
delicijs similitudinem premiserit.
subdēdo manifestat. Si autem fe
num agri qd hodie est. ⁊ cras in
clibanū ignis mittitur. deus sic ve
stit. quāto magis vos minime fi
dei. Fenum agri idem appellat. qd
⁊ superius lilia agri. omēs scilicet
herbas pulchris coloribus deco
ratas. Hoc autem aduerbiū qd
est cras. nō semper pro succedenti
die. sed aliquādo etiam pro futu
ro tempore ī scripturis poni solet
iuxta illud quod samuel a phito
nissa excitatus sauli ait. Cras tu
⁊ filij tui mecum eritis. Et iacob.
exaudiet inquit me cras iusticia
mea. Sic ergo ⁊ hic quod dicitur
cras in clibanū mittitur. de futu
ro tēpore intelligi debet. Et est sen
sus. Si deus ea que cito decidūt ⁊
marcescūt fenum videlicet qd ho
die est in sua viriditate. ⁊ cras in
ignem mittitur tanto decore circū
dat. quāto impensiore diligentia

ea q̄ue vobis necessaria sunt pro
uidebit. qui ad eternam heredita
tem preparati estis. Qd quia nō
vt oportet creditis: sed adhuc am
bigitis. idcirco minime fidei estis
Minimos autē fide appellat apo
stolos. qui necdū fidei perfecte cul
men subierāt. Vnde a domino di
cebāt. Auge nobis fidem. Nolite
ergo solliciti esse dicentes. quid
manducabim⁹ aut quid bibem⁹
aut quo operiemur. Notandū q̄
non ait. nolite querere. vel sollici
ti esse de cibo aut potu: sed quid in
quit mādu cetis aut bibatis Vbi
illi proprie notātur. qui in cōgre
gacōnib⁹ constituti. spreta cōmu
nione aliorū. qui sub vno prepo
sito generaliter aluntur aut vestiū
tur. lauciora vel austeriora pre ce
teris cum quib⁹ habitant alimē
ta siue indumēta requirūt. vt per
hoc vel potentiores ceteris vel fortio
res estimētur Vtrumq̄ sane rep̄
hēsibile. vtrumq̄ notabile. quia
⁊ de nimis superbo ambitu. elatio
gignitur. ⁊ de nimis abiecto atq̄
inculto vestitu. quasi ex religiosā
specie. laus ⁊ appetēdi fauoris ma
teries ministrat̄. Inter vtrūq̄ pro
inde regia via gradiēdum. vt ne
vestis preciosa designet altum.
ne vilis notet plus iusto religio
sum. Quibus vero cibi ⁊ vestitus
sollicitudo cōueniat. intimatur cū
subinfertur. Hec enim omnia gē
tes inquirūt. Exceptis paucis iu
deis qui legem habētes deum celi
venerabātur. relique p̄ vniuersū
orbem nacōnes ydolis seruientes

gentes appellabãtur. De quibus
hic loquẽs domin⁹ dicit. Hec om
nia gẽtes inquirũt. illi scilicet qui
deum ignorãt. qui nesciũt alia co
gitare ꝙ terrena quorum est pro
prie mũdanis angi curis. quib⁹
nulla futurorũ spes est nullus la
borum respect⁹: sed tantũ presenti
bus delectãtur. Comparati enim
sunt iumẽtis insipientibus ⁊ simi
les facti sunt illis Vos autẽ aliter
instituti ⁊ ad celestem compositi
dignitatẽ de spiritualibus ⁊ ppe
tuis cogitare. Nec timẽdum quia
ista agentibus temporaliũ desit
vsus bonorum. nec de dei potentia
diffidendũ. quia ⁊ melius ꝙ nos ip
si nouit quid indigeam⁹ ⁊ multo
salubri⁹ nobis prospicit q̃m nos
ipsi prouidere sciam⁹ Vnde ⁊ sub
ditur. Scit enĩ pater vester. quia
hiis omnib⁹ indigetis. Hinc qui
dam supflue dogmatizãtes obi
ciũt. Si deus aiũt anteꝙ petam⁹
scit quibus indigemus. quid ne
cesse est. vt eũ pro nostris neces
sitatib⁹ exorem⁹. Ergo frustra sci
enti loquimur. Quibus respõden
dum est. quia nõ sumus narrato
res; sed poti⁹ rogatores Aliud est
enim nesciẽti narrare. aliud scien
tem humiliter exorare. Vult ẽgo
se peti a nobis. qui etiaʒ nouit ea
que petere debem⁹. vt nostra peti
tio premium cõsequatur Quid ve
ro nobis precipuo mentis appeti
tu sũmoq; studio sit requirẽdum.
subiecta sentẽtia pdocemur. Que
rite autem primũ regnum dei ⁊ iu
sticiam eius Primũ non ponitur
hoc loco pro numero: sʒ poci⁹ pro
ꝗtitate. Primũ. idest ante õnia ⁊
sup omnia querite regnũ dei. Reg
num autẽ dei in sanctis scripturis
quatuor modis accipit᷑ Aliquãdo
enĩ significat presentẽ ecclesiaʒ vt
illud Omnis scriba doct⁹ in regno
celorũ. hoc est in p̃senti ecclesia si
milis est homĩ patrifamilias. qui
profert de thesauro suo noua ⁊ ve
tera. Aliquãdo sanctaʒ scripturã.
vt illud. Auferetur a vobis regnũ
dei. idest intelligentia diuinarum
scripturaꝝ Aliquãdo celestem pa
triam. vt iohãnes dicit. Penitẽti
am agite appropinquabit ei reg
num celorũ. Aliquãdo vero signifi
cat ipsum dñm ihesum xp̃m sicut
ipse loquit᷑ ad iudeos. regnuʒ dei
intra vos est. idest xp̃c p humani
tatẽ inter hoĩes habitat ⁊ sicut in
p̃senti lectõe dicit. querite primũ
regnũ dei ⁊ iusticiã eius Sine reg
num supne illi⁹ ciuitatis gaudia
nũcupat. vbi summa pax veraq;
trãquillitas. vbi fructus certami
num ⁊ laboruʒ premia sãctis debẽ
tur. Hoc regnũ dei vite nostre sti
pendijs queram⁹ ad illud conti
nue suspirem⁹ et pro eius pcepti
one quelibet dura ⁊ aspera liben
tissime perferamus Queram⁹ ⁊ iu
sticiaʒ eius. Justicia enĩ regni dei
impletio est mandatorũ dei Justi
cia regni dei est. õnia caduca ⁊ trã
sitoria spernere iacturã reruʒ pre
sentiũ lucra sequẽtium reputare.
Jlle nimiruʒ iusticiam dei querit
qui bona opera exercẽs dictis ⁊ p̃
ceptis illi⁹ in omnib⁹ obtẽperat.

Ita ergo nobis regnū dei ⁊ iusticiam eius requirētibus. illa quidē summa ⁊ vera bona dabūtur. hec vero quasi minima adiciētur. Que licet in presenti bona videātur media sunt ⁊ ad illa vera bona si cōparentur. iam nec bona dicēda sunt. Dantur ergo sanctis in p̄senti adhuc peregrinacōne desudantibus. vt hijs quasi quodam viatico releuati: ad ea que in patria sunt perpetui bona perueniāt. Debet enim in vsu haberi temporalitas. in voto eternitas. nec si assint bona p̄sencia hijs est animus occupādus ne nimis ingesta onerent. ⁊ quasi ne ad patriā perueniatur. quodam pōdere mentem grauēt. Sic ergo parce et honeste bonis p̄sentibus vti debemus. quatenus excursis longeui hui⁹ exilij spacijs sempiternis p̄frui valeamus. Aliter. Et hec omnia adiciētur vobis. Quia adhuc i hac vita manētes. absq; alimētis ⁊ indumētis illam transire nō possumus. cum premisisset. primū querite regnum dei ⁊ iusticiam eius. statim addit. Et hec omnia subaudiēdum bona temporalia adiciētur vobis. Vbi notandum q̄ ideo iubentur maiora queri. idest regnum dei ⁊ iusticia eius. vt minora possint cō sequi. idest bona vite presentis. De quibus non dixit dabūtur: sed adicientur. tanq̄ videlicet necessaria q̄bus nō fruamur: s; quasi in itinere positi vtamur.

Dominica. xvi.

Scd̄m lucam

In illo tēpore. Ibat ihesus in ciuitatem que vocatur naym. ⁊ ibant cum illo discipuli eius ⁊ turba copiosa. Et reliqua

Omel' beati Ambrosij

Hic locus vtrimq; redūdat ad gratiam. vt cito flecti diuinā misericordiam matris vidue lamentacōe credam⁹ eius p̄cipue que vnici filij. vel labore vel morte frangatur. cui tamē vidue grauitatis meritū exequiarum turba cōciliet. ⁊ hanc viduā populorū turba septam plus viderī esse q̄ feminam. que resurrectōnem vnici adolescētis filij. suis lacrimis meruerit impetrare. eo q̄ sancta ecclesia populū iuniorem a pompa funeris atq; a supremis sepulchri. fuarū reuocet ad vitam cōtemplacōne lacrimarū. Que flere prohibetur eum. cui resurrectō debebatur. qui quidē mortu⁹ in loculo materialibus quatuor ad sepulchrū ferebatur elementis: s; spem resurgēdi habebat. quia ferebatur in ligno. Qd si nobis ante nō prodeāt. tamen postea q̄ ihesus id tetigit proficere cepit ad vitam. vt esset indicio salutē populo p crucis patibulū refundēdam Audito igitur dei verbo. steterunt acerbi illi⁹ funeris portitorēs. qui corpus humanū letali fluxu nature materialis vrgebant. Quid enī aliud. nisi in quodam feretro hoc est supremi funeris instrumēto iacem⁹ examines. cum vel ignis immodice cupiditatis exestuat.

vel frigidꝰ humor exundat. vel pi
gra quadaꝫ corporis habitudine
vigor hebetat̃ animoruꝫ. vel ꝯcre
ta noster spiritus labe pure lucis
vacuꝰ alit mentē. Hij sunt nostri
funeris portitores Sꝫ q̃uis supre
ma mortis spem vite om̄is aboleue
rint. et tumulo ꝓxima corpora ia
ceant defunctorū verbo tn̄ dei. non
iam moritura resurgūt cadauera
Vox redit. redditur̃ filiꝰ matri. reuo
cat̃ a tumulo. eripit̃ a sepulchro.
Quis iste ē tumulus tuꝰ nisi mali
mores. Tumulus tuꝰ ꝑfidia ē. se
pulchrū tuū guttur ē Sepulchꝝ
em̄ patens ē guttur eoruꝫ. vn̄ ver
ba mortua ꝑferunt̃ Ab hoc sepul
chro te liberāt xp̄us. ab hoc tumu
lo resurges. si audias dei verbuꝫ
Et si graue ē peccatū quod penitē
cie tue lacrimis ipse lauare nō pos
sis. fleat ꝓ te mater ecclesia. que
pro singulis tanq̃ ꝓ vnicis filijs
vidua mater interuenit. Compa
titur em̄ quodam spiritali dolore
nature. cū suos liberos letalibꝰ vi
cijs ad mortē cernit vrgeri Visce
ra sumꝰ de visceribꝰ eius Sunt em̄
et spiritalia viscera que hꝫ paulꝰ
dicens. Ita frater ego te fruar in
dn̄o. refice viscera mea in xpristo
Nos ergo viscera ecclesie sumus.
qm̄ membra sumꝰ corporis eius.
de carne eius ⁊ de ossibꝰ eius. Do
let ēgo pia mater Assistat turba
non solū turba. sed etiā multa cō
paciatur bone parenti. Iam resur
ges in funere. iam liberaberis a se
pulcro. Stabunt illi ministri tui
funeris. incipies talia loqui time
bunt oēs. Vnius em̄ exēplo plu
rimi corrigunt̃. laudabūt etiā deū
qui tanta nobis vitande mortis in
dulserit.

Idem de eodem. Scd̄m lucaꝫ

In illo tēpore Ibat
ihesus in ciuitateꝫ q̄ vocat̃ naym
et ibat cuꝫ ea ⁊c̄. Et reliqua Ome
lia de eadem lectione

Sermo euāgelicus qui p̄ce
dit narrat q̄liter dn̄s cen
turionis pueꝝ ob tētu eiꝰ
magne fidei sanauerit. ⁊ quō ipsi
us centurionis ymmo in eū om̄
gentiū extulerit fideꝫ. Illo igit̃ di
gesto miācu lo sequit̃ euāgelista
ꝙ post hec ibat in ciuitatē que vo
catur naym. De miraculo ꝓ erat̃
ad miraculū. ⁊ quodā ꝓfectu vir
tutis de sanacōe paralitici venit̃ ad
resuscitacōeꝫ defuncti. Beato nāqꝫ
iheronimo dicente didicimꝰ ꝙ na
ym ciuitas est galile ꝓuincie iude
orum. duobꝰ miliaribꝰ distans a
monte thabar. in quo mōte dn̄s
docuit octo beatitudines. ⁊ oīa pe
ne mādata noui testamēti. Inter
pretat̃ vero naym fluctꝰ vel ꝯmo
tio. Cuius porte appropinquans
dn̄s obuiū habuit corpus defun
cti quod ad tumulanduꝫ extra ci
uitatem efferebat̃. In qua ciuita
te ferunt cronographi esse ecclesi
am que quondam fuerat domus
vidue cuiꝰ dn̄s legitur hic filiuꝫ
suscitasse Ibat ergo dn̄s virtutis
euentu copiam prebiturꝰ. ibant
cuꝫ illo discipuli illi videlicet fidis
simi comites itinerū ꝯparticipes

laborũ cuius presentia pascebantur· predicatione instruebantur· miraculis firmabant̃ Naym aũt ciuitas q̄ vt diximꝰ in nostra lingua dicitur fluctus siue cõmotio hunc spiritaliter significat mundum· qui tranq̃llitate amissa semper est in fluctuacõibus ⁊ cõmotionibꝰ nunq̃ȝ in eodem statu ꝑmanens· Vnde ⁊ ꝑ psalmistã dictuȝ est· Commouisti dñe terrã ⁊ ɔturbasti eaȝ ⁊c̃· Ergo quasi naym dominꝰ appropinquit· qñ nostre fragilitatis humanitate suscepta visibilis mundo apparere dignatus est· Cum aũt appropinq̃ret porte ciuitatis ecce defunctꝰ efferebat̃ filius vnicus matris sue· Et hec vidua erat ⁊ turba ciuitatis multa cuȝ illa· Non simplex hanc mulierem doloris anxietas stimulabat Vidua erat filij solatio destituta fuerat cuiꝰ vtcunqȝ mortem leuiꝰ tolerasset· si non vnicus fuisset· si alter qui parentis doloreȝ leniret sup fuisset· Verũ hinc illa beata erat q꜡ xpristi pietate mox eum receptura erat quem sortis hũane inclementia amiserat Nec illud sine diuina prouidentia gestum ẽ· vt ⁊ cũ dño ⁊ cũ hac muliere multa turba esset· quo gerendi miraculi multi fierent testes· multi etiã diuine potẽcie laudatores Quare autẽ multa turba ierit cuȝ dño iohannes euangelista manifestat cũ dicit: q꜡ videbant signa q̄ faciebat Quia em̃ dñs quocunqȝ ibat miracula faciebat· idest euangelium predicando· verba salutis annunciabat· idcirco ibant cũ eo discipuli eius adherentes ei· ibat ⁊ turba copiosa· Hec aũt virtus a saluatorẽ mirabiliter patrata iuxͣ hystoriã aptissima est· Ceterum spiritualiter intellecta nõ modicã edificationẽ audientiũ mentibus subministrat· Defunctus em̃ iste iuxta spiritualem vel moralem intelligentiaȝ· qui extra portam sue ciuitatis multis intuentibus est portatus significat hoĩeȝ peccatis mortuuȝ ⁊ letifero criminum funẽ soporatũ· Qui cũ in anima mortuus existat· ipsã tñ anime sue mortem nõ iam occultis cogitationũ latebris cõtegit: sed sicut ꝑ ostia ciuitatis· ita ꝑ indiciuȝ praue collocutionis· vel male operationis suam pessimaȝ vitam malo exemplo ad multorũ noticiam ꝑducit iã peccata sua erubescẽdo ñ abscondit sed audatior in malum factus ea imitãda alijs ꝓponit de talibꝰ ꝓpħa dicit Peccatũ suuȝ q̄si sodoma predicauerũt· nec absconderũt Et rursum ad peccatriceȝ animam Frons inquit meretricis facta ẽ tibi: noluisti erubescere· Per portam vero ciuitatis qua defunctus efferebat̃· vnus de quinqȝ sensibꝰ intelligit̃ corporis· Quinqȝ em̃ sũt notissimi corporis sensus· locis sibi ɔuenientibus a natura ɔpositi vizȝ visus· auditus· gustus· odoratus ⁊ tactus· Ciuitas em̃ vniuscuiusqȝ aĩe corpus est eiꝰ· in quo tã q̃ȝ in ciuitate clausa inhabitat· Per huius ciuitatis portas mortuus effert̃· cũ quis ꝑ aliqueȝ corporis

ſenſum male volūtatis īdiciū
oſtendēs mortuū ſe ī aīa eſſe de
clarat. Qui eni verbi grā mulierē
ad ↄcupiſcendā eā viderit· qui ſb
limes oculos et in fines terre por
rectos habuerit· iſte ꝑ oculorum
ſuorum portas ſigna ſue mortis
emittit. Dū quilibet aurē ſuā ape
rit ad verba ocioſa et ad cantica
turpia vel luxurioſa· ſiue ſuſcipiē
da detractiōis verba· hic talis au
res ſuas efficit portas mortis aīe
ſue. Qui odoribꝰ meretricijs ⁊ pe
ſtimi muris pellicula illectus poſt
odorē vngentorū dei currere neg
ligit. hic ꝑ nariū ianuā extrahit
mortuꝰ Qui vero os ad ꝓferēdas
ī deū blaſphemias· ⁊ diſſeminā
das inter fratres diſcordias ape
rit· cuiꝰ os loquitꝛ vanitatē q̄ nō
ſolum ocioſis ſed ⁊ nociuis ſmo
nibus linguā accomodat nil ali
ud iſte niſi mortē ſue aīe foris per
oſtiū oris elatus prodit· Hinc ⁊
ꝓpheta. ꝙ hij noſtre ciuitatis adi
tus incaute pateant deflet dicens
Intrauit mors ꝑ feneſtras nrās:
ingreſſa ē domos noſtras. Rurſū
qꝫ ꝓpheta. Oculus inq̄t meꝰ depre
datus ē animā meā Queādmodū
enī ſi hoſtis ꝑ feneſtras intrauerit
hem iacula intorqueat· intus clau
ſos ſauciet et occidat: ita malig
nus ſpūs cū ꝑ aliquē de quinqꝫ ſē
ſibus telū temptacōis in mentem
adegerit· mox animā a ſuo ſtatu
deicit· ac peſtifera interemptōe pe
rimit· qui aīe penetralia interrūpe
re querens figuris ſe accōmodat·
ꝑmiſcet ſe ſonis· odoribꝰ ſe ingerit

inſerit ſaporibꝰ: ſicqꝫ dum minus
vigilanter cauetꝛ morti que ſecus
delectacōem poſita eſt aditum pā
dit. Proinde diuina ꝓuidētia a no
bis eſt humiliter imploranda vt
cūctas noſtre ciuitatis portas cu
ſtodiat quas ne ſeuiens inimicꝰ
obſideat· ipſe eas contra machi
nas illius miſericorditer claudat
et in portis noſtris laudem ſuā iu
giter annunciari ꝑmittat Non āt
tranſeūter eſt intuendū. ꝙ iuue
nis hic defunctus filius vnicꝰ ma
tris vidue fuiſſe ꝑhibetꝛ. Licet eni
eccleſia que eſt mater cunctorū
credentiū· ex multis ſit collecta ꝑ
ſonis. rectiſſime quiqꝫ fideliū qui
fidei xpriſtiane caractere attitulā
tur. filij ſūt vnicꝰ matris eccīe dico
catholice. q̄bꝰ licet etates diuſe di
uerſiqꝫ ſūt ſexus vnum tn̄ in xpō
gracia regeneracōis efficiuntꝛ. cū
fiunt ꝑ adoptionē fratres vnici
filij. Sed ⁊ vnuſquiſqꝫ fidelis cum
rudimentis imbuitꝛ fidei filius eſt
cum vero alios educat mater Sic
paulus apoſtolus materno affec
tu corinthijs loquebatur. Filioli
mei quos iterum parturio. donec
formetur chriſtus in vobis Quā
cum vidiſſet dominꝰ miſericordia
motus ſuꝑ eam dixit. Noli flere
Quia due erant in xpriſto ſubſtā
cie dei videlicet ⁊ hominis. idcirco
pulchre euāgeliſta primo domi
num tanq̄ verum hominē· miſeri
ricordia motū fuiſſe demonſtrat
ac deinde tanq̄ verum deum cōme
morat mortuū ſuſcitaſſe. vt et in
cōpaſſione qua vidue miſertꝰ eſt

exemplum nobis imitande pieta
tis tribueret. et in effectu miracu
li potenciam diuinitatemqꝫ illius
qua etiaꝫ mortuū suscitauit admi
randaꝫ predicandamqꝫ ꝯponeret
Noli inquit flere. Tamq̄ diceret.
Noli velut mortuū flere: quem pro
tinus videbis a morte resurgere Et
accessit ⁊ tetigit loculuꝫ. hoc est fe
retrum in quo mortuꝰ ferebatur:
quod a ferendo nomē accepit Ta
ctu loculi in quo exanimis gesta
bat̄ euidens sue dignationis dedit
indiciuꝫ. Et quidem cū posset solo
verbo eum vite restituere. maluit
primo feretruꝫ tangere. vt ꝑ hoc
⁊ signū clementie sue daret. ⁊ ma
tris vidue deiectuꝫ merore animū
erigeret. Hij auteꝫ qui portabant
steterunt: virtutis effectum mira
bilem sustinētes. Cum vidissent
enī dn̄m appropinquanteꝫ. q̇ mor
tuum ferebāt steterunt cupiētes
misericordiā illius in resurrectiōe
mortui cernere Sed hec cū ad litte
ram ꝑse satis emineāt. supest vt
quid misterij ꝯtineāt indagemꝰ.
Neqꝫ enī a sacramento ꝑsona hꝰ
vidue potest esse ociosa. q̄ ⁊ graui
tatis honestate ⁊ ꝯtinētie merito.
necnō ⁊ exequiaruꝫ frequentia cō
mendata. resuscitacōem vnici filij
a dn̄o meruit obtinere Significat
vtiqꝫ sanctam ecclesiā matreꝫ om
niuꝫ recte credentiū. que verbo dei
feta spūales illi quotidie filios ꝑ
lauachꝝ diuini fontis parere nō
desinit. Bene vero vidua hec muli
er fuisse dicit̄ Vidua quasi a viro
diuisa dicta: q2 iduare greci dicūt
diuidere. Et sācta mater nostra vi
dua est. q2 viruꝫ suū xp̄m in carne
presentem nō videt. Postq̄ enim
xp̄us vir illius qui ⁊ redēptor eiꝰ
est ꝑ assumpcōem humanitatis
abijt in celū. sancta ecclesia tanq̄
vidua remansit in terris Vnde sa
lomon quoqꝫ in ꝑsona mulieris
adultere. hoc ē hereticoruꝫ ecclesie
de xpristi absentia sibi blandiētis
dicit. Non ē vir in domo sua. abijt
viam longinquā. sacculū pecuni
e secū tulit. in die plene lune reuer
surus est domū suam Cuius sentē
cie talis ē sensus Non est vir in do
mo sua. hoc ē ꝑ humanitatē non
est xp̄us in ecclesia. Abijt viaꝫ lō
ginquā: q2 surgens a mortuis celo
rum sublimia longe ab hac lucea
habitatione vasti aeris interiectu
distātia penetrauit. Sacculū pecu
nie secū tulit. hoc est carnē suā the
sauro diuinitatis sup celos exalta
tam in patris dextera collocauit.
In die plene lune reuersurus est
domū suaꝫ. i. impleto numero elec
torum in ecclesia in fine mūdi redi
turus ē ad iudiciū. vt assumat si
bi sponsā suam ecclesiā. Per locu
lum vero in quo defuncti cadauer
baiulabat̄ ꝯscientiā hoīs peccato
ris accipimꝰ. in qua iam desperan
do sopitꝰ male quiescebat. Baiuli
aūt qui exanimē in feretro. hoc est
supremo funeris instrumēto ad
sepeliendū ferebāt. vel immūda
desideria q̄ hoīem ad interitū ꝑtra
hūt accipiunt̄. vel colloquia ma
la sociorum male decipientiū Qui
dum blandis lenocinijs animam

in securitatē mittunt. et male agē
tibus fauent. ac per hoc ad peiora
promptiores efficiunt. quodāmo
do eos supiecta humo operiunt.
et ne respirare valeant. facto desu
per telluris aggestu obruunt. De
talibus dñs dicit. Sine mortuos
sepelire mortuos suos Mortui nā
q3 mortuos sepeliunt. dum pecca
tores peccatoribꝰ adulantur dño
ergo loculū funeris tangente. ba
iuli subsistunt: qꝛ dum dñs cor ho
minis peccatoris p internā inspi
rationem cōpungit. carnalia ⁊ im
munda desideria. atq3 mala collo
quia decipientiū sociorum conti
nuo conquiescunt. sicq3 in semetip
sos conuersi. dominū ad vitam vo
cantē audiunt. vocantiq3 dignis
ꝯuersationis sue operibus respō
dent. Quidam magistrorū p locu
lum lignum primarie preuaricati
onis intelligunt. in quo omēs sub
condiciōe reatus illius mortui por
tabamur a quatuor vectibus. qui
materialia q̄tuor significant elem̄
ta. Quasi hijs q̄tuor vectibus ad
interitum raptabamur. cū vel cu
piditatum noxio feruore exestua
remus. vel frigidus luxurie humor
inundaret. vel pigra hebetudo cor
poris vigorē obtunderet animo
rum. seu cū concreta noster spiri
tus labe vacuam vere lucis aleret
mentem Verum dño loculū tan
gēte. acerbi huius funeris porta
tores gradum continuerūt: qꝛ do
mino mortalia tangēte. ⁊ in simili
tudine peccati apparente. nos qui
iā tumulo ꝓximi eramꝰ cursu hijs
portatōribꝰ interdicto resurgē ꝓ
meruimꝰ. Tumulꝰ enī noster ma
li mores erant: tumulus noster p
fidia erat. Guttur nostrum sepul
chrū erat. iuxta quod psalmista
de reprobis dicit. Sepulchrū pa
tens ē guttur eorū. Ab hoc sepul
chro tactu xp̄i ⁊ auditu vocis ipsi
us liberati sumꝰ. Quid enī illi ē tan
gere: nisi miserendo subuenire.
Quid nobis vocem eius audire ni
si precepta illiꝰ alacriter implere.
Et ait. Adolescens tibi dico surge
Mortuus quidē erat ille. sed qꝛ do
mino oīa viuunt. mortuo velut vi
uo loquebatur dicens Tibi dico
surge. Interdictum et factum dnī
nulla distantia est. Ipse enim di
xit ⁊ facta sūt. ipse mādauit ⁊ cre
ata sunt Et oīa quecūq3 voluit fec̄
in celo ⁊ in terra. Audita ergo vo
ce dnī resedit qui erat mortuꝰ ⁊ ce
pit loqui Post resuscitacōem suā
mortuus loqui cepit. vt videlicet p
hoc vera resuscitacō illius mōstra
retur. quatenꝰ non fantasma s3 ve
ritas crederetur: et dedit illū matri
sue. Resuscitato mortuo et pfecte
sanitati restituto. dedit illum dñs
matri sue. Spiritualiter vero mor
tuus residet cū p internam ꝯpun
ctionē. a morte anime peccator ad
vitam resurgit. et post letiferū pec
cati somnū. ad bona opera se eri
git. Incipit loqui. cū fidem sancte
trinitatis confitēdo. indicia sue vi
te alijs pandit. vel cū verbo exhor
tationis atq3 exemplo sue cōuer
sationis alios ad penitenciā inui
tat. Reddit matri. cū p sacdotale

ministeriū· cōmunioni reformat̄
ecclesie · Accepit aūt oēs timor et
magnificabant deuz Nouum ꝛ se
culis antea inauditū miraculum
iuste magnus intuentiuz subsecu
tus ē stupor· ita vt laudes dei ora
prius tacentia repente laxarent·
Quo loco morale aliq̄d datur ad
uertere· Sicut eni; resuscitatio spi
ritalis que visibiliter in corpe fac
ta est prouocauit hoīes vt exteri⁹
admirent̄: ita et resuscitatio spiri
talis que cotidie in animab⁹ fideli
um fit· ammonet nos vt ꝛ interi⁹
a morte aīe resurgere studeam⁹
Quanto eñ periculosior ac despera
tior est mors anime ad vitam rede
untis· tanto plures illius corrigū
tur exemplo ꝛ ad vitam reuocan
tur· De gradu eñ sublimiore dete
rius labitur· Quo vero lapsus fue
rit grauior· eo fit subleuantis de
mēcia gratior: sicq; dum is qui de
terius ruerat· erigitur· pluribus i
de spes salutis generatur· Conside
remus namq; beatum dauid ꝛ pe
trum quorū alter cuz esset rex ꝛ ꝓ
pheta in tantam ꝑditionis descen
dit foueam· vt adulteriū simul ꝛ
homicidiū ꝑpetraret: alter de gra
du apostolici culminis ad preci
picium actus est trine negacōis·
Qui dum penitentes a morte aīe
cito surrexerunt multi penitentes
salutem meruerunt· Qui quo ma
ioris honoris et altioris gradus
fuerunt· eo periculosius ceciderūt:
et quo grauior casus illorum fuit
eo pietas dñi erigentis gratior in
eis emicuit· quo vero amplior dñi
pietas in eis apparuit· eo firmior
spes salutis cunctis ad penitentiā
venientibus creuit· Quia ꝓpheta
magnus surrexit ī nobis· Simpli
ces turbe ignorantes legem ꝛ pro
phetas aduentu; filij dei iudeis re
promittentes cū viderent deum ho
minem inter homines corporalit̄
conuersantez ꝛ ex virtute diuine po
tencie mirabilia opera facientem
putabant eum esse vnu; ex ꝓphe
tis· qui in populo israhelitico mi
rabilia facere soliti erāt· ꝛ ideo er
rore decepti clamabant dicentes·
Quia ꝓpheta magnus surrexit in
nobis· Magnum ꝓphetam nō au
tem deum· aut dei filiū appellabāt
quia adhuc nubilo ignorācie ce
cati erant· ac ꝓpterea in precedenti
bus signanter tales turbarū sūt
vocabulo nuncupati· Turbe enim
erant· ꝙ necdum cū apostolis di
uinitatis ipsius intima penetraue
rant Sed q̄uis cū quadam animi
deuotione errarent iste turbe· nō
in toto tamen errabant· In hoc ei
errabant ꝙ eum purum hominē
tantum esse putabant· in hoc aūt
nequaq̄ errabant ꝙ euz prophe
tam esse dicebant Ipse eñ verus
erat ꝓpheta· quia que ventura erāt
verissima assertione predicebat·
Nam ꝛ ipse domin⁹ prophetam se
testatur esse cū dicit Non capit ꝓ
phetam perire extra iherusalez· Et
alibi· Non est inquit ꝓpheta sine
honore nisi in patria sua· Prophe
ta ergo erat· cū domin⁹ esset ꝓphe
tarum· sicut rex regū ꝛ dominus
dominantium· Addunt etiam· ꝙ

dn̄s visitauit plebem suam. Per
istum videlicet q̄ talia miracula o
peratur visitauit deus pater plebē
suam. mittendo verbū suum incar
natum in mundū. qd pia subuen
tione illā redimēt et a longa infir
mitate ymmo a morte qua diuci9
torpebat liberaret. Nec solum tūc
plebem suā visitauit. sed etiā quo
tidie fideles suos visitat p euange
lium suū. p dicta p̄phetarum. atq̄
exempla precedentiū patrum Vi
sitat etiam dn̄s plebem suam. cū
vniculiq̄ electorū p ammīnistrati
onem sancti spūs vel terrorē eter
ni supplicij. vel dulcedinē celestis
patrie intrinsecus demonstrat. et
quemadmodū a morte anime re
surgere valeat occulta inspiratiō
ne edocet. Siue aliter. Visitat et q̄
tidie plebem suā eam quā presci
uit. et preordinauit ꝯformē fieri y
maginis filij sui. cū p internā ver
bi sui inspiratiōem ad amorē inui
sibiliū excitat. eorūq̄ mentib9 in
gerit q̄nta sint que eis in celo p̄mis
sa sūt gaudia. incolumitas sine de
bilitate. salus sine dolore. vita sine
morte. facilitas sine impedimēto
securitas sine fastidio. vbi electo
rum omniū societas sancta. solē
nitas certa. requies secura: pax ve
ra. vita ꝑpetua Agamus ergo ḡ
tias deo patri creatori nostro qui
prioribus nostris patrib9 in ceno
sue iniquitatis in infidelitate relic
tis. nouissimis huius seculi tēpo
ribus sup nos misericordiā suā
confirmauit. mittendo filium suū
ad redimendum genus humanū

Agamus etiā gratias filio eius
domino nostro ihesu xpristo. qui
p assumptā humanitatē ad nos
venire dignatus ē. et preceptis su
orum mandatorū obtemperanti
bus. celestem beatitudinē repro
mittere. ad quā vt puenire quan
doq̄ et cū ipso feliciter viuere me
reamur adiuuet ipse. qui et presē
cia sue incarnatiōis nos visitauit
et sanguine sue passionis miseri
corditer redemit. Interea collatis
q̄tuor euangelistarū narrationibꝰ
tres mortuos inuenim9 a dn̄o sus
citatos. q̄uis plures eū resuscitas
se dubium non sit. licet scriptum
non legatur. Multi ergo sine du
bio sūt corporaliter a dn̄o suscita
ti. dicit beatus augustin9 Sed nō
frustra tres ꝯmemorati. filia scili
cet archisynagogi adhuc itra do
mū mortua iacens. et iuuenis iste
extra portam ciuitatis delatus: et
lazarus quatriduanus iam fetēs
Qui tres mortui significāt tria ge
nera hominū peccatorum. quos ho
dieq̄ i sancta ecclesia a morte ani
me suscitat christus. Sed videa
mus que sunt ista genera mortu
orum. Sunt namq̄ nonnulli qui
male cogitationi consentiūt et pec
catum quidē intus in corde habēt
in facto tamen nondū ostendunt.
Sed vt saluator huiuscemodi in
se viuificari posse significaret. sus
citauit archisynagogi filiam ad
huc intra domum iacentem. quasi
nequiciā delicti in secreto cordis
latentē Alij puerse cogitationi in
herentes. post consensum peccati

labūtꝰ in sactuȝ tanꝗ̄ extra foren
tes mortuū· vt quod latebat in se
creto· iam appareat ī publico· Sȝ
ne isti q̄ꝫ si penitēāt sunt desperan
di· q̄ꝛ in aīa a dño non possint vi
uificari· dn̄s iuuenē extra portaȝ
ciuitatis delatum suscitauit· ⁊ ma
tri reddidit: q̄ꝛ animā a peccato re
surgere faciēs vnitati sancte ecc̄ie
restituit Quidā vero nō soluȝ cogi
tando vel faciēdo illicita peccant· ſꝫ
ipsa etiaȝ cōsuetudine peccandi se
quasi sepeliendo obruunt· Sed vt
etiā talibꝰ spes venie nō deesset· si
tn̄ assunt cogitacōes sollicite· que
sup eorū salute xpristo inuigilēt
tanꝗ̄ deuote sorores suscitauit la
zarum q̄tuor iaȝ dies in monumē
to habentē· Simul etiā vt ostendēt
dn̄s leuiora peccata que in corde
⁊ cogitacōe sunt· leuioris penitēn
tie remedio posse curari· puellaȝ
in ɔclaui iacentem· breui ac facilli
ma iussione euocat dicens· Puel
la surge· quā ⁊ ꝓpter facilitateȝ re
surgendi iam mortuaȝ fuisse ne
gauerat Vt autem demonstraret
grauiora peccata· que absq̄ꝫ vere
cundia alijs imitanda ꝓponunꝰ
vel quibꝰ longa ɔsuetudine peccā
tor ne resurgere valeat deprimiꝰ·
ampliori remedio penitētie idige
re· Elato foras iuuenī pluribꝰ ver
bis vt resurgere valeat dicit· Ado
lescens tibi dico surge· Lazarū ve
ro resuscitaturus· claustra monu
mēti reuelli precepit· fremuit spi
ritu· rursū fremuit· lacrimatꝰ est:
ac voce magna clamauit· Lazare
veni foras Quartꝰ vero mortuꝰ do

mino a discipulꝭ nunciatꝰ· ſꝫ hunc
nō resuscitauit· q̄ꝛ defuerūt viui q̄
pro eiꝰ vita dn̄m precarentur Qui
mortuꝰ eos sign̄ificat· de quibus io
hānes ait· Est pcc̄m ad mortē nō
pro illo dico vt roget q̄s· Peccatū
enī ad mortē est in peccato vsq̄ꝫ ad
mortē pseuerare· Quicunq̄ꝫ ergo
in aliq̄ ex supradictis tribꝰ morti
bus aīe se iacere cognouerit peni
teat necesse ē factoꝝ· ⁊ fideliū pre
ces sibi ɔiungēs· diuinaȝ iugiter
precetꝰ clemētiaȝ· vt celeriter ad vi
tam resurgere mereatꝰ eternā Tu

Dominica· xviij·
Scd̄m lucam·

In illo tēpore Cum

intraret ihesus in domū cuiusdaȝ
pn̄cipis phariseorū sabbato mā
ducare panē ⁊ ipsi obseruabant
eū· Et ecce homo quidā ydropicꝰ
erat ante illum Et reliq̄ Omelia ve
nerabilis bede presbiteri

Ydropis morbus ab aquo
so humore vocabulū tra
hit· Grece enī ydor aqua
vocatꝰ· Est aūt humor subcutaneꝰ
de vicio vesice natus cū inflatione
turgente ⁊ anhelitu fetido· Propriū
q̄ꝫ est ydropici· q̄nto magis abun
dat humorē inordinato· tanto am
plius sitire· ⁊ ideo recte ɔpatur ei
quē fluxus carnaliū voluptatū ex
uberans aggrauat ɔparatꝰ diui
ti auaro· qui q̄nto ē copiosior diui
cijs quibꝰ non bene vtitur· tanto
ardentius talia ɔcupiscit Et respō
dens ihesus dixit ad legisperitos
⁊ phariseos· Licet sabbato cura

re. At illi tacuerūt. Quod dicit̄ re
spondisse iħs ad hoc respicit q̄d
premissum ē. et ipsi obseruabāt
eūm dn̄s em̄ nouit cogitacōes ho
minuz. Sed merito interrogati ta
cent. qui contra se dictū quicq̄d vi
derint vident. Nam si licet sabba
to curare. quare saluatorez an cu
ret obseruant. Si non licet. quaē
ipsi sabbato pecora curant. Ipse
vero apprehensuz sanauit ac dimi
sit. Prouida dispensacōe dn̄s an
te legisperitos et phariseos ydro
picum curat. et mox contra auari
ciam disputat. vt viz p huiꝰ cor
poris egritudinē. in illis exprime
ret̄ egritudo cordis. Deniq̄ post
n u ta disputacōis eius hortamē
ta subiunctū est. Audiebant aūt
hec pharisei qui erāt auari. et deri
debant euz. Ydropicus quippe q̄
amplius biberit. ampliꝰ sitit. Et
omnis auarus sitim multiplicat
qui cū ea q̄ appetit adeptꝰ fuerit
ad appetenda alia amplius anhe
lat. Et rn̄s ad illos dixit. Cuiꝰ ve
strū asinꝰ aut bos in puteuz cadet
et nō ↄtinuo extrahet illū die sab
bati. Sic obseruatores suos pha
riseos ↄuincit vt eosdē etiaz aua
ricie ↄdemnet. Si vos inq̄t in sab
bato bouez aut asinū. ā aliud q̄d
libet aīal in puteū decidens eripē
festinatis. nō aīali s̄ vīe auaricie
ↄsulentes: q̄to magis ego hoiem
q̄ multo melior ē pecore liberaē de
beo. Conueniēterq̄ ydropicū aīa
li quod ī puteū decidit ↄparauit.
humore em̄ laborabat. sicut illaz
mulierez quā decem et octo annis

alligatam dixerat. et ab ea de alli
gacōe soluebat ↄparauit iumento
quod soluit̄ vt ad aquā ducat̄ Et
bene vtroq̄ loco bouē posuit et asi
nū: q̄r siue sapiētes quosq̄ et hebe
tes. siue vt supradictū est vtrūq̄
populū eos significare sentiamꝰ
eū viz cuius ceruicē iuguz legis at
triuit. atq̄ euz quē quilibet seduc
tor repperit quasi brutū aīal atq̄
nulla racōe renitēs. quo voluit er
rore subtraxit. oēs saluator adue
niens sathane vinculis astrictos
oēs in vno ↄcupiscentie puteo di
mersos inuenit Non eī est distin
ctio. Oīs em̄ peccauerūt et egent
gloria dei. iustificati g̃tis p grati
am ipsiꝰ. p redempcōez que est in
xpō ihesu Dicebat autez et ad inui
tatos parabolaz intendens quō pri
mos accubitꝰ eligerent dicēs ad
illos Cū inuitatꝰ fueris ad nupci
as non discūbas in p̄mo loco Ap
ta quidē ad litteraz est hec āmoni
cio saluatoris docēs hūilitatez n̄
solum apud deū. s̄ eē apud hoiēs
esse laudabilem. Sed qm̄ hāc eu
angelista nō frustra parabolam vo
cat breuiter intuendū quid eē mi
stice signet. Nupcias appellari
xp̄i et ecclesie ↄiunctionez multis
locis apparet. e quibꝰ vnum est.
Nunq̄d possunt filij nupciarū. q̄
diu spōsus cū illis ē ieiunare. Ali
ud Simile factū est regnū celoruz
homini regi. q̄ fecit nupcias filio
suo. et misit seruos suos vocare in
uitatos ad nupcias. Has ḡ nup
cias quisquis inuitatus adierit.
et ecclesie membris se fidei gracia

conuiuꝑeit non discumbat in pri
mo loco. hoc est non se de meritis
gloriando. quasi ceteris sublimior
extollat et quidē studeat iuxta al
terius loci patolam veste nupcia
li vestitus. hoc ē virtutuꝫ fulgore
chorusćis apparere. sed ipsarū ha
bitum virtutuꝫ loco deuote humi
litatis adornet. Ne forte honorati
or te sit inuitatus ab eo. ꝛ veniens
is qui te ꝛ illum vocauit dicat tibi
da huic locuꝫ: et tunc incipias cū
rubore nouissimū locū tenere. Ho
noratiori post inuitato locuꝫ dat
ille. qui de longe sue ꝯuersacōnis
ꝯfidentia securior factꝰ cita illocuꝫ
q̄ se in christo secuti sūt agilitate
preit. Et cum rubore nouissimum
locū tenet. quādo de alijs meliora
cognoscens. quicq̄d de sua opera
tione celsuꝫ sentiebat humiliat di
cens sibi cū propheta. Egens sum
ego ꝛ in laboribꝰ a iuuētute mea
exaltatꝰ aūt et humiliatꝰ sum et
confusus. Sed cuꝫ vocatus fueris
vade ꝛ recumbe in nouissimo loco
Quāto magnus es inquit: humilia
te in oībus Et psalmista gloriat̄
Humiliatus sū vsquequaqꝫ dn̄e
viuifica me ſm verbuꝫ tuum. ma
nifeste significans ita se a domīo
posse viuificari si de suis ipse virtu
tibus humilia sentiret. Vt cuꝫ ve
nerit qui te inuitauit dicat tibi. A
mice ascende superius Veniēs do
minus queꝫ humilem inuenerit.
amici nomine beatificās superius
ascendere precipiet. Quicunqꝫ enī
humiliauerit se sicut paruulus.
hic est magnꝰ in regno celorum.

Tunc erit tibi gloria coraꝫ simul
discumbentibꝰ Pulchre dicit. tūc
erit tibi gloria. ne nunc querere i
cipias quod tibi seruatur in fine
qꝛ sic salomon ait. Hereditas ad
quā festinatur in principio. in no
uissimis benedictiōe carebit. Pōt
aūt ꝛ ī hac vita ītelligi. q̄ in nouis
simo loco recumbēs inuenit̄. dn̄o
veniente sublimat̄: qꝛ quotidie do
minꝰ suas nupcias intrat. quoti
die mores. sedes. habitꝰ conuiuā
tium dijudicat. ꝛ supbos despici
ens. humilibꝰ sepe tanta sui spiri
tus munera prestat. vt eos meri
to simul discumbentiū. hoc est in
fide quiescentiuꝫ. cetus vnanimi ā
miratione glorificet. stupensqꝫ in
auctores sui laudacōeꝫ prosilias
dicens. Michi aūt nimis honorifi
cati sūt amici tui deus: nimis ꝯfor
tatus est principatus eoruꝫ Quia
omnis qui se exaltat humiliabit̄
et qui se humiliat exaltabitur.
Et ex hac conclusione manifeste
claret precedentem domini sermo
nem typice intelligendum. Neqꝫ
enim mox omnis qui se coram ho
minibus exaltat humiliabit̄. aut
q̄ se in conspectu hominuꝫ humili
at exaltabitur ab eis. sed ecōtra
rio nonnunq̄ qui se vel in apice
dignitatis. vel in alia q̄libet acq̄
renda gloria subleuat. vsqꝫ ī finē
exaltari non cessat. similiter ꝛ hu
milis q̄libet ac verecundꝰ. in sua
qua cōtentus ē vsqꝫ ad vite termi
num mediocritate ꝑseuerat Et iō
iuxta veritatis sentenciam omnis
qui se incaute de meritis alleuat.

humiliabitur a dño. ⁊ qui ꝓuidē
se de benefactis humiliat exaltabitꝰ
ab eo. in eundem procul dubio sen
sum premissus sermo redempto
ris. quo primos i nupcijs accubi
tus queri vetat congruit. Dicebat
autē ⁊ ei qui se inuitauerat. Cum
facis prandium aut cenā noli vo
care amicos tuos neqꝫ cognatos
neqꝫ fratres tuos. neqꝫ vicinos di
uites. Fratres. amicos. et diuites
alterutruꝫ conuiuia celebrare. nō
quasi scelus interdicit. sed sicut ce
tera necessitatis humane ꝯmerci
a. vbi ⁊ peccatores peccatoribus
fenerantur. vt recipiant equalia
ad ꝓmerenda vite celestis premi
a nil valere ostēdit. Deniqꝫ subiū
git. Ne forte ⁊ ipsi te reinuitent. ⁊
fiat tibi retributio. Nō ait. et fiat
tibi peccatū. sed fiat inquit tibi re
tributio. Cui simile ē quod alibi
dicit. Et si bene feceritis hijs q̃ vo
bis bene faciunt. que vobis ē gra
cia. Neqꝫ hic dicit. peccatū est vo
bis. ꝫ que vobis est gracia. siqui
dem ⁊ peccatores hoc faciūt. Quis
sunt quedam mutua fratruꝫ ami
corum. cognatoruꝫ. vicinorumqꝫ
diuitum conuiuia. que non soluꝫ
in presenti retributionem. ꝫ ⁊ dā
nationem pcipiunt in futuro. De
niqꝫ ab apostolo inter opera tene
brarum annumerantur. Sicut in
die inquit honeste ambulemus.
non in comessationibus et ebrie
tatibus. Comessationes quippe
sunt luxuriosa conuiuia. que aut
collatione omniuꝫ celebrantur. ā
vicibus solent a contubernalibꝰ

exhiberi. vt nemineꝫ pudeat inho
neste aliquid dicere aut facere. qꝛ
ad hoc conuenitur. vt feda illic co
pia congeratur vini. ⁊ incitetur li
bidinis diuersa voluptas Sed cū
facis conuiuium. voca pauperes.
debiles. claudos. cecos. ⁊ beatus
eris: qꝛ non habent retribuere ti
bi. Retribuetur eni̅ tibi in resurre
ctione iustorum. resurrectionē iu
storum dicit. qꝛ et si omnes resur
gant eorum tamen non immeito
quasi ꝓpria ꝯgnominatur qui in
hac se beatos non dubitant esse
futuros. Ergo q̃ pauperes ad con
uiuium vocat in futuro premium
pcipiet. q̃ amicos fratres et diui
tes vocat recipit mercedem suam.
Sed ⁊ si hoc propter deum facit in
exemplum beati iob sicut cetera
fraterne dilectionis officia. ipse q̃
iussit remunerat. qui gulosos ac
luxuriosos propter lasciuiam in
uitat: pena in futuro plectetur etē
na. Hec cū audisset quidam de si
mul discumbentibus dixit ei. Be
atus qui manducabit panem in
regno dei. Panis q̃ manducatur i
regno dei. nō iuxta cherinthū cor
poralis intelligendus ē cibꝰ. ꝫ ille
vtiqꝫ q̃ ait Ego sū panis viuus q̃
de celo descendi. Si quis manduca
uerit ex hoc pane viuet in eternuꝫ
⁊ si q̃s mee incarnatiōis sacramē
to pfecte incorpatus mee diuine
maiestatis visione frui meruerit
hic ppetua vite immortalis beati
tudine gaudebit. Tu autēꝫ domi
ne miserere nostri

Scdm lucam.

n illo tēpore Cum
intraret ihesus in domū cuiusdaꝫ
principis pharisеorū. Et reliqua
Omelia herici

Tern⁹ atq̧ inuisibilis re
rum ꝯditor. humanū ge
nus q̄d ꝑ longa seculi trā
seuntis spacia mortis ꝑpetue legi
bus astrictum erat saluare dispo
nens. nouissimis tꝑibus homo fi
eri dignatus est mirabili ordine
mirabili prorsus et natiuitate. vt
hoīes quos iusticia censente dam
nauerāt. clemētia dictante redime
ret. Et vt maiorē circa nos sue pi
etatis allegaret instanciā non so
lum homo. veruꝫ etiā paup ꝛ hu
milis hō factus ē. vt nostre ꝯdescē
dendo paupertati suaruꝫ nos diuici
arum participes esse donaret. De
niq̧ in tantū paup ꝓ nobis fact⁹
est. vt ne tuguriū quidē ad subeū
dum haberet: iuxta q̄d ipse alibi
ait Vulpes foueas hn̄t ꝛ volucres
celi nidos: fili⁹ aūt hoīs nō hꝫ vbi
caput reclinet. Hac de causa digna
bat̄ hoīm adire ꝯuiuia nō quo af
fectaret epulas mortali manu ap
paratas. sed quo salutem doceret
fidemq̧ req̄reret Ad hoc sese festis
hoīm facile vocat⁹ impciebat. vt
et ꝯuiuas miraculis illustraret ꝛ
familie que intra dn̄oruꝫ edes ser
uitio occupate erāt. nec liberaꝫ ac
cedendi ad eū copiam habebāt ꝑ
hanc occasionē verbū salutis au
dirent: et auctorem sue saluacōis
agnoscerent. Nullam enī condici
onem spreuit. aut a sua misericor
dia indignam duxit: q̄r miseretur
oīm. ꝛ nihil odit eorum que fecit
similiterq̧ de omnib⁹ illi cura est
Item aliud exordiū Adibat dn̄s
carnalia hoīm ꝯuiuia non tantuꝫ
vt exteriorib⁹ ministrantiū epul̄
pasceret̄. q̄ꝫ vt ipse qui est panis
de celo descendens auditorib⁹ suis
dapes supni ꝯuiuij erogaret. Q̄d
inde verum esse probat̄. q̄r vbicun
q̧ pransurus resedit. aut docuit a
liq̄d aut signa patrauit Q̄d factū
in hoc constat ꝯuiuio de quo pre
sens lectio texit̄. in quo et miracu
lum ꝑpetrauit. ꝛ predicacōem ex
hibuit Agebat etiaꝫ hoc clemētis
simo pietatis affectu. vt familia q̄
seruitute dn̄orum semꝑ occupata
libere ad illum vbicunq̧ esset cō
fluere nequibat. ipso ad habita
cula dominorū dignanter venien
te in presētia illius ꝯmuniter frui
ꝛ doctrinis refici. et miraculis pos
sent letificari. Simul etiaꝫ noui te
stamenti futuris predicatoribus
auctoritatē preferebat. quatenus
verbū salutis dominis ꝛ subiectis
liberis ꝛ seruis. superioribus ꝛ in
ferioribus omnib⁹ absq̧ differen
cia ꝑsonarum impartirent. ꝛ ab
hijs quibus verbum vite nuncia
bant humanitatis obsequia nō
refugerent exhiberi sibi digno cō
mercio. vt q̄b⁹ spūalia semināt
eorū carnalia metant. Vt ergo do
min⁹ sue dispensacōis impleret of
ficiū. Intrauit in domū principis
phariseorū manducare panē di
es sabbati sacerrim⁹ et ritu veteri

celeberrimũs habebat̃ in quo ab
omni opere cessantes· meditacõi
bus ⁊ conuiuijs indulgebãt· Cu
ius obseruationem mos christia
nus ad diem dominicũ competen
tius transtulit· ob reuerentiaȝ do
minice resurrectionis Qȝ autẽ vo
cato ad principis conuiuiuȝ dño
dicitur. et ipsi obseruabant eum
de scribis ⁊ phariseis subintelligẽ
dum est· qui ad hoc aderãt· vt euȝ
potius potuissent reprehẽdere du
plici videlicet malignitate· vt siue
curaret ydropicum damnarent il
lum quasi legis contemptorem et
sabbati violatorem: siue non cu
raret· arguerent eum impietatis
vel impossibilitatis. Sicut eniȝ bo
ni dominũ sequebant̃ vt eius pre
dicationem audirent· ⁊ miracula
viderent: sic econtra scribe ⁊ pha
risei aderant· vt eum in suis actib9
potuissent calumniari· Obseruaẽ
dicimus: honeste ⁊ vigilanter cu
stodire. Obseruabant ergo eum
hoc est q̃ callide reprehẽsioni ei9
intendebant. Quare vero eum ob
seruarent. ex eo quod sequitur a
nimaduerti potest. Et ecce inquit
homo ydropicus erat ante illum
Quia enĩ sabbatum erat considerã
bant vtrum languidum eo die cu
raret· nec ne. Et si quidem curaret
dicturi erant· Non est hic homo
a deo qui sabbatuȝ non custodit
Si vero eum curare nollet infama
rent euȝ impossibilitate. Ecce inq̃t
euangelista· homo ydropic9 erat
ante illuȝ. Ydropis morbus quẽ
latini veternum nuncupant. ab a

qua trahit originẽȝ nominis. q̃a
grece ydor aqua dicitur. Est vero
intercutane9 morbus ex interrup
tione vesice natus. tumorem ven
tris ⁊ anhelitus fetorem faciens.
habetq̃ȝ hoc propriũ. vt quo am
plius biberit· eo magis noxiam i
se sitim excitet Et respondens dixit
ad illos. Si licet sabbato curare.
At illi tacuerunt. Ipse vero appre
hensũ egrũ sanauit eũ· ac dimisit.
Qȝ respondisse dicitur ad eos qui
nichil dixerant· ad illud respicit
quod premissuȝ est· et ipsi obser
uabant eum· Qui enĩ non minus
cogitatus q̃ȝ opera intuetur· non
inmerito sic ad cogitata quasi ad
dicta vel facta respõdit· Interrogã
tur non quo eorum dominus spe
ctaret sententiaȝ· sed vt ex sua me
lius responsione vel taciturnitate
confutentur Vnde ⁊ illi vndiq̃ȝ cõ
clusos se aspiciẽtes. merito inter
rogati tacuerunt. Quicquid enim
dixissent: contra se dictuȝ videbãt
Si dicerent licet. audituri erant.
Quare ergo me obseruatis. Si au
tem dicerent· non licet· nec sic eua
dere poterant Nam diceret illis do
min9 quod ⁊ subinde eis obiecit.
Quare vos vestra pecora curatis
sabbato. Sua ergo eos conscien
cia repercussos ⁊ tacentes inspici
ens· apprehensuȝ egrũ sanauit ac
dimisit. Ideo sanauit dominus y
dropicum· ante presentiaȝ scriba
rum ac phariseoruȝ· vt ostenderet
eis. quia sicut ille sanatus est cor
pore: ita illi si in euȝ credere vellent ĩ
anima sanari potuissent. Prudẽti

sane dispensatione dominus ante
legisperitos et phariseos ydropi
cum curat. et mox contra auarici
am disputat. vt per illam egritudi
nem quam ille patiebatur in corpo
re designaret illorum infirmitatem
qua tabescebant in mente. Mistice
vero ydropicus iste ipsum iudeo
rum significat populum. qui pessi
mo quodam veterno auaricie et li
bidinis pregrauatus erat. Nihil
enim auarius gente iudeorum erat
nichil ad libidinem pronius. Hoc
morbo assuetos eos balaam ario
lus precognouerat. qui balach hu
iusmodi consilium dederat. vt eos per
mulierum pulchritudinem ydola
trie prostitueret. Quod vero de spiri
tuali dicimus fornicatione cui adeo
eadem plebs inseruiuit vt meretri
cis procacis et adultere nomine muli
eris per prophetam appelletur. Ydropi
cus vero qui sanatur synagogam
prefigurat. in qua pars illius po
puli fide a noxio auaricie et libidi
nis humore liberata est adeo vt
post xpristi ascensionem. quotquot
ex eis domorum vel agrorum pos
sessores erant vendentes que ha
bere poterant. precium ante pedes a
postolorum deferrent. et causa amo
ris eius vxoribus et omnibus secu
li affectibus renunciarent. Sed et
moraliter ydropicus iste. quem
libet designat auarum vel luxurio
sum. Sicut ydropici sitis est inex
plebilis. ita auarus quandam si
tim multiplicat. quia cum ampliora ac
quisierit eo plura per fas et nefas
acquirere laborat Vnde salomon
ait. Auarus non impletur pecunia
quia sitis eius nec inopia minui
tur. et nec copia expletur. illa super
hoc concordante sententia qua di
citur. Semper auarus eget. Pari
modo luxuriosus quisque quo ma
gis voluptatem carnis expleuerit.
eo ad peiora perpetranda accendit
sicque fit vt vnde ad horam libidi
nis incentiuum extinguitur. inde
mox deterius inflammetur. Dixi
mus enim morbo ydropico auari
ciam significari: quod sicut ille aquam
ita iste sitit pecuniam. Quo vicio
phariseos laborasse euangelista
manifestat. cum post nonullas pa
rabolas subdit. Audiebant enim hec
pharisei qui erant auari. et deride
bant illum Et respondens dixit ad
illos. Cum nullius interrogatio
precesserit. quid sibi vult quod tam
sepe respondisse dicitur ad legispe
ritos et phariseos. Sed hec locuci
o in sacris voluminibus habetur
vsitata. Solet enim scriptura nul
lo interrogante hoc modo respon
dentis voce proferre sentenciam Vn
de est illud quod alibi in euange
lio legimus In illo tempore. respon
dens ihesus dixit. Confiteor tibi pa
ter domine celi et terre. Et certe illo
in loco nulla vel patris vel alicuius
interrogatio precesserat. vt eum re
spondisse sancta illa auctoritas te
staretur. Hinc est etiam quod san
ctis mulieribus ad sepulchrum domini
flentibus. nihilque interrogantibus
de angelo qui perhennem xpristi re
surrectionem nunciare venerat di
citur. Respondens autem angelus

dixit mulierib9. Nolite timere Sanato vero ac dimisso ydropico inuehitur mox ad auariciaꝫ calumniatorum suorum. Nam sequitur Et ait illis. Cuius vestruꝫ asinus aut bos in puteuꝫ cadit et non cõtinuo extrahet illum die sabbati Hijs verbis sic domin9 sibi calumniantes coarguit. vt eos auaricie studere conuincat. Ac si alijs verbis loqueretᷓ. Si vos inquiens vestra animalia in die sanctificato: si forte in puteum casu ceciderint eripere festinatis etiam cuꝫ labore. non ipsis animalib9. sed auaricie vestre operaꝫ dantes. quare me reprehẽditis. cur hoiẽm ad ymaginem dei conditum. multoqꝫ animali prestantioreꝫ in die sabbati curez. Et pulchra ratione ydropicum animali in puteum decidẽti comparat: quia animal in puteum labens. aque humore laborat quemadmodũ humore grauatᷓ ydropicus. sicut et in alio loco mulierem curuam quã decem et octo annis alligauerat sathanas iumẽto cparauit qd soluitur vt aquatum ducatur. Verum in apertissimis hystorie verbis. intima redolet suauitas allegorie. Nam ꝑ bouem et asinum vterqꝫ populus iudeorum videlicet et gentiuꝫ intelligitur. Per bouem quidem cui9 ceruix iugo teritur. cuiusqꝫ labore ꝓscissa terra versatur iudaicus conuenientissime accipitur populus qui legis iugum durissimũ trarerat. cuius superbiam legis pond9 premebatᷓ. quiqꝫ ob eternam felicitatem. et rerum labentiuꝫ copiam deo seruiebat. Graue enim iugum iudeis fuit circũcisionem sufferre. festiuitates tabernaculoruꝫ sub diuo. hoc ẽ sub asperitate ymbrium atqꝫ calore solis celebraẽ ocium sabbatorum seu festiuitatem custodire. et cetera legis onera grauissima. in quibus retro actis temporib9 iam seruierunt obseruare. Per asinum vero animal nimis irrationale. et pre ceteris animantibus magis oneriferuꝫ gẽtilis popul9 figuratur. qui peccatorum pondere et male insite sibi cõsuetudinis mole prepediti nequaqꝫ respirare. aut imponentibus resistere valebant. ad simulachra muta prout ducebantur incedentes. Possunt quoqꝫ hec animalia duo hominum genera designare. Bos enĩꝫ qui prouentui frugum insudat. sapiẽtes exprimit. asin9 vero ignobile animal et insipiduꝫ stultos quosqꝫ et verbi ratione carentes per typum ostendit. Recte igitur domin9 in vtroqꝫ loco bouẽ et asinum in puteuꝫ labentes vel a presepio solutos sub significatione iudaici populi atqꝫ gentilis posuit. quia adueniens ipse mediator dei et hominũ in hunc mundum omnes siue iudeos siue gentiles. seu sapiẽtes siue hebetes durissimis peccatoruꝫ vinculis irretitos inuenit. atqꝫ in imo voluptatis et concupiscẽtie carnalis tãqꝫ in ꝓfunditate putei demersos repperit. Scriptũ naqꝫ est Vinculis peccõꝝ suoꝝ vnusqꝫ cstringitᷓ Et apl's

Omnes peccauerũt ⁊ egent glori
a dei. Apte vero de insultatorib⁹ do
mini sequit᷑. Quia non poterãt ad
hec respõdere illi. Splendidissima
namqꝫ luce veritatis euanescere
videbant oẽs tenebras falsitatis
Verum dñs cũ videret eos respõ
dere non posse. ⁊ tamen a malicia
⁊ inuidia nolle cessare. ad eorum
qui inuitati erant exhortationem
qui fortassis ex eius predicatiõe
proficere poterant sermonẽ ꝯuer
tit Intendebat enĩ. non probo eos
studio primos accubitus affecta
re. dicebat aũt ⁊ ad inuitatos pa
rabolam intẽdẽs quõ primos ac
cubitus eligerent. dicens ad eos
Cum vocatus fueris ad nuptias
non discũbas in primo loco Hec
ammonitio saluatoris ad litterã
vtiliter intellecta salutiferum cun
ctis documentũ exhibet. humili
tatem precipue ꝯmendãs. et non
solum apud deũ. verũ etiã apud
homines laudabilẽ esse declarat.
Sed non ab re. ꝙ sanct⁹ euangeli
sta hanc euangelicã lectionẽ pa
rabolam voluit nuncupare. Para
bola ei grece: latine similitudo di
citur. In similitudine vero aliud ẽ
quod pretendit᷑ ꝑ figurã. aliud
quod innuitur ꝑ veritatẽ Qꝫ per
nuptias ꝯiunctio xpisti ecclesie
qꝫ signetur. plurib⁹ ex locis sancti
euangelij conici datur. Ait enim
Nunquid possunt filij nuptiarũ
ieiunare ꝙdiu cũ illis est spõsus.
Alibi quoqꝫ parabolice loquens.
Simile est inquit regnũ celorũ ho
mini regi q̃ fecit nuptias filio suo

Deus ei pater filio suo nũptias
fecit quãdo ꝑ incarnationis miste
rium. sanctam ei ecclesiã fidei ⁊ di
lectionis dote ꝯiunxit. In nupcijs
namqꝫ sponsus sponse ꝯiungitur
vt filij ꝓcreari possint. Ita vnige
nitus dei filius sponsam sibi de gẽ
tibus sanctam ecclesiam ꝯiunxit.
et multos filios sibi spũales per
adoptionẽ effecit Cui⁹ sponsi tha
lamus vterus virginis marie fuit
in quo diuinitatẽ suã humanitati
nostre ꝑ suã incarnationẽ dignã
ter sociauit Ad has nupcias oẽs
inuitati sumus quicunqꝫ xpistia
nitatis titulo insignimur. quicun
qꝫ crucis stigmate premunimur.
Quisquis ẽgo has nũpcias voca
tus adierit. hoc ẽ quicunqꝫ ꝑ gra
ciam fidei ecclesie mẽbris se ꝯiun
xerit non discumbat in primo lo
co. hoc est de suis meritis glorian
do. quasi de singulari priuilegio
meritorũ ceteris preferat᷑. sed sem
per humilia de se sentire studeat.
Nescit enĩ si forte honoratior ab il
lo sit inuitatus cui locũ dare coga
tur. Honoratiori post se inuitato
locum dat ille. qui secur⁹ de ꝯfidẽ
cia pristine sue ꝯuersationis vi
det se preiri in bono opere cita agi
litate ab illis qui post se vocati sũt
Verbi gracia Qui ab ipsis etatis
tenere incrementis ad diuinũ ser
uicium ꝯuertitur. plerumqꝫ illũ
in bonis operibus precedunt qui
nouiter de seculi etatibus reuertẽ
tes. in sanctis actionib⁹ fortes in
ueniunt᷑ Hij ergo ⁊ post inuitant᷑
et primi accumbunt: quia ⁊ si ad

religionis exercitium sero venīūt
fortius tamen se iusticie ac sancti
tatis lance edocent. et qđ min⁹ ha
bent ex tpe ex studijs viuacitate cō
pensant. Et cū rubore nouissimum
loci tenere incipit: cū de alijs qp̄ de
se meliora cognoscens quicquid
prius in sua actione magnum pu
tabat: ex cōparatione alieni meriti
infirmū humilimūqȝ iudicat cū
ꝓpheta dicens. Paup sum ego: et
in laboribus a iuuentute mea. exal
tatus autē humiliatus sum et ↄfu
sus. Quid vero nobis agendū sit
qualiter in ecclesia ↄuersandū sit
preceptor discipline celestis mox
aperire curauit. cū inquiens voca
tus fueris ad nuptias et cum vene
ris in societatē sancte ecclesie: re
cumbe in nouissimo loco et humi
lia de te sentiē cura. iuxta qđ scrip
tum est. q̄nto magnus es. humi
lia te in omnib⁹ et noli de tuis gl'i
ari virtutibus sed omnes tibi esti
ma superiores. minimū te omniū
inferiorem cunctis deputa Tanto
enim eris in dei oculis preciosior:
quanto fueris in tuis oculis despe
ctior. quantoqȝ ampli⁹ tibi vilue
ris: tanto magis deo placebis. Vt
cū venerit qui te inuitauit dicat ti
bi. amice ascende supius Quā sen
tentiā etiam in presenti cōstat im
pleri Quotidie enim dn̄s nuptia
rum nuptias ecclesie ingreditur.
habitus. ↄsessus. moresqȝ dijudi
cat ↄuiuantiū. et eum quem in hu
militate inuenit fundatū. amici
noīe sublimatum beatificat dicēs
illi. Amice ascende supius. et quē

lo cus habere videbatur inferior:
ad summā ecclesiastici culminis
ꝓmouet dignitatem. vt simul di
scūbentes hoc est in fide quiescen
tes magna hunc ammiratōe glo
rificent. et stupentes cū psalmista
dicant. Mihi aūt nimis honorifi
cati sunt amici tui deus. Veniens
ergo dominus ih̄s xpristus ad iu
diciū: quemcunqȝ humilem inue
nerit glorificabit et exaltabit. atqȝ
ad superiora ascendere precipiet. qr
.s. illos sublimabit in eterna beati
tudine: quos in hac vita de suis v̄
tutib⁹ humilia sentire pspexerit.
Juxta qđ apl's petrus suos audi
tores hortatur dicēs. Humili ami
ni sub potenti manu dei: vt vos ex
altet in die visitatōis Vnde et bene
subditur. Tunc erit tibi gloria co
ram simul discūbentibus Tunc .s.
in fine mundi erit tibi gloria. Ve
rū m. qr non de p̄nti: sȝ de futuro di
citur tunc erit. ad illam que in fi
ne mundi omnib⁹ dabitur electis
beatitudinem referendum est: qn̄
eum quisqȝ videbit sicuti est. Be
ne autem dicit̄ tunc ne viȝ si quid
boni agim⁹ laudē ab hominibus
in p̄nti requiramus sȝ tunc .s. in fu
tura vita a deo remuneratōem ex
pectem⁹ Scriptum namqȝ ē. Here
ditas ad quam festinatur in prin
cipio: in nouissimo benedcōe care
bit. Quisquis enim gloria vite p̄
sentis fuerit delectat⁹ et summam
glorie que in futurū debetur: in p̄n
ti possidere desiderauerit illa absqȝ
dubio eterna btitudine carebit q̄
electis ad supnā p̄riam tendētib⁹

refe ruatur Que sententia euangelica potest in hac vita iuxta litteram veraciter intelligi. Qui enim in nouissimo loco recumbens inuenitur veniente patrefamilias altius sublimatur. quia cotidie dominus in consortio electorum spiritualiter atque inuisibiliter veniens: suas nuptias intrat. quia cotidie vt diximus habitus moresque fidelium considerat. et superbis resistens eos quos humiles inuenit: sepe alijs prefert. ac tantis muneribus specialium donorum glorificat. vt tales illi qui simul discumbunt: hoc est. qui in eadem fide quiescunt: concordi admiratione efferant: proclamantes cum psalmista. Beati quos elegisti et assumpsisti domine etc. Quia omnis qui se exaltat humiliabitur: et qui se humiliat exaltabitur. Hec subiecta conclusio euangelice lectionis docet precedentem quoque parabolam mistice debere intelligi. Patet enim quia non omnis qui se coram hominibus exaltat mox in hac vita humiliatur. aut qui se in conspectu hominum humiliat: exaltatur: cum contrarium nonnunquam contingere soleat vt is qui in aliqua dignitatis apice sublimari inceperit vsque ad finem vite exaltari non desinat. Et rursum. is qui humilis ac verecundus esse inchoat: in ipsa sua mediocritate vsque ad terminum vite perduret. Ergo quia deus falli non potest cuius verba sunt ista. et si hoc in presenti vita non impletur: restat vt in futuro sine dubio impleatur: tunc scilicet quando impij et superbi humiliabuntur cum dyabolo in inferno: audientes a domino. ite in ignem eternum. iusti autem atque humiles exaltabuntur a domino: percipientes ab eo vocem exoptabilem. venite benedicti patris mei: percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi. Quam vt audire mereamur: ipse nobis largiri dignetur qui cum patre et spiritusancto viuit et regnat deus per omnia secula seculorum. Amen.

Feria quarta quatuor temporum. Secundum marcum.

In illo tempore Respondens vnus de turba dixit ad ihesum. Magister attuli filium meum ad te: habentem spiritum mutum. Et reliqua. Omelia venerabilis bede presbiteri

Narratur in precedenti sancti huius euangelij capitulo. quod veniens ad discipulos suos dominus vidit turbam multam circa eos et scribas conquirentes cum illis. Et confestim omnis populus videns eum stupefactus est et expauerunt et occurrentes salutabant eum. Notanda est in omnibus locis distantia mentis scribarum et turbe. Erat autem cum discipulis turba. erant et scribe. sed adueniente domino: mox omnis turba stupefacta expauit. eumque salutans occurrit. scribe nichil deuotionis fidei. humilitatis et reuerentie ei exhibuisse narrantur. Quid autem cum discipulis turbe siue scribe conquirerent: euangelista

non dic̄ Potest vero nisi fallor ap
te intelligi de hoc questionē fuisse
motam. quare ipsi cū essent disci
puli saluatoris: saluare demonia
cum q̊ in medio erat positus non
possent qd ex sequentibꝰ euange
lij verbis pōt conijci dum dicitur
Et interrogauit eos. Quid inter vos
conquiritis. Statimq̧ subinfert eu
angelista hoc qd modo lectū est.
Et rn̄dens vnus de turba dixit Ma
gister attuli filium meū ad te hn̄
tem spm̄ mutum. qui vbicūq̧ eū
apprehēderit: allidit eū ⁊ spumat.
⁊ stridet dentibus ⁊ arescit. ⁊ dixi
discipulis tuis vt eijcerent illū ⁊
non potuerūt. Notandū aūt ꝙ sp
loca rebus congruunt In monte do
minꝰ orat. trāsformatur. discipul'
archana sue maiestatis apit. in
inferiora descendēs: turbe occursu
excipit. miseroꝝ fletu pulsat̄ Sur
sum discipulis misteria regni rese
rat. deorsum turbis pctā infidelita
tis exprobrat. Sursū patris vocē
hijs qui sequi poterāt pandit. de
orsum spūs malos ab hijs q̊ vex
abant̄ expellit Qui etiam nunc ꝑ
qualitate meritoꝝ alijs ascendere
alijs vero non desistit descēdere. nā
carnales adhuc ⁊ insipientes q̄si
ima petentes cōfortat. docet. casti
gat. ꝑfectos aūt quoꝝ conuersatio
in celis est: sublimius extollendo
glificat. liberiꝰ de eternis instruit.
⁊ sepe ea q̄ a turbis impediuntur
ne audiri quidē valeant docet. De
moniacū hūc quem descēdens de
mōte dn̄s sanauit. marcus surdū
mutūq̧ describit. mathēꝰ vero lu

naticū fuisse commemorat. Sigficat
aūt eos de quibꝰ scriptū est. Stul
tus a luna mutat̄. qui nunq̄ in eo
dem statu permanentes: nunc ad
illa vitia mutati crescunt atq̧ decres
cunt. qui muti sunt non confitendo
fidē. surdi: nec ipsum aliquatenus
veritatis audiendo sermonem.
Spumant aūt cum stulticia tabes
cunt. Stultoꝝ namq̧ ⁊ languenti
um atq̧ hebetū est spumas sali
uaꝝ ex ore demittere Stridēt denti
bus: cū iracūdie furore flammes
cunt Arescunt cum ocio torpente
languescūt. ⁊ nulla virtutis indu
stria confortati eneruiter viuūt. Qd
aūt ait. ⁊ dixi discipul' tuis vt eij
cerent illū: ⁊ non potuerunt. Latē
ter accusat aplos cum impossibi
litas curandi interdum nō ad im
becillitatē curantium: sed ad eorū
qui curandi sunt fidē referat̄: dicē
te domino. fiat tibi sm̄ fidē tuam.
Qui respondēs eis dixit. O generā
tio incredula: q̄ diu apd vos ero.
q̄ diu vos patiar. Non quo tedio
superatus sit: mā̄suetus ac mitis
qui non aperuit sicut agnus corā
tondente os suum: nec in verba fu
roris erupit sed quo in similitudi
nem medici: si egrotum videat cō
tra precepta sua gerere dicat. Vs
q̧quo accedam ad domum tuam
quousq̧ artis pdam industriam
me aliud iubente: ⁊ te aliud perpe
trante. Intantum autem non est
iratus homini sed vitio. ⁊ p vnū
hominem iudeos arguit infidelita
tis: vt statim intulerit. Afferte ad
me illum inquit. Et attulerunt eū

Et cum vidisset illum: statim spiritus conturbauit illum et elisus in terram volutabatur spumans. Allatum domino puerum spiritus conturbat et elidit. quia sepe dum conuerti ad deum post peccata conamur maioribus nouisque antiqui hostis pulsamur insidijs. Quod ob id utique callidus facit aduersarius: ut vel odium virtutis incutiat: vel expulsionis sue vindicet iniuriam. Hinc est enim ut de specie transeamus ad genus. quod ecclesie sancte primordijs: tot grauissima inferebat certamina persecutionum: quot suo regno dolebat subito animarum illata fuisse dispendia. Et interrogauit patrem eius. Quantum temporis est ex quo hoc ei accidit? At ille ait. Ab infantia. Et frequenter eum et in ignem et in aquas misit: ut eum perderet. Erubescat iulianus qui dicere audet. Omnes homines absque vllo peccati contagio nasci in carne tanquam innocentes per omnia quomodo fuit adam quando creatus est. Quid enim habuit iste puer ut ab infantia demonio vexaretur acerbissimo: si non vllo originalis peccati vinculo tenebatur: quem constat nullum adhuc proprium potuisse habere peccatum? Confiteatur catholicus: quod nemo immunis a noxa prime preuaricationis nascitur. et inuocet gratiam dei qua liberetur de corpore mortis per ihesum xpristum dominum nostrum. Intelligat scriba doctus in regno celorum in hoc demoniaco a domino curato saluationem omnium fidelium esse designatam. qui originalis culpe reatu astricti veniunt in mundum nec nisi vnius redemptoris Jhesu xpristi fide sunt et gratia saluandi. Quod autem dictum est. et frequenter eum et in ignem et in aquas misit: maxima humane vecordie facinora designat. Ignis namque ardor ad feruorem iracundie referendus est. aqua ad voluptates carnis que dissoluere mentem per delicias solent. Vel certe in ignem fertur demoniacus quo adulterantium corda succensa sunt. et in aquas que solent extinguere caritatem. Sed si quid potes: adiuua nos misertus nostri. Jhesus autem ait illi. Si potes credere: omnia possibilia credenti. Aptum dominus responsum reddit petenti. Ipse enim ait. si quid potes adiuua nos. et dominus si potes inquit credere: possum vos misertus adiuuare. quia fides non ficta omnia que salubriter petit: impetrare meretur. Cui contra leprosus qui fideliter clamabat. domine si vis potes me mundare: congruum fidei sue accepit responsum. volo mundare. Et continuo exclamans pater pueri cum lacrimis aiebat. credo domine: adiuua incredulitatem meam. Nemo repente fit summus: sed in bona conuersatione a minimis quisque inchoat. ut ad magna perueniat. Alia namque sunt virtutis exordia: aliud profectus. aliud perfectio. Si enim ipsa fides ad perfectionem suam non quibusdam gradibus duceretur: iste interrogatus an crederet: non responderet. credo domine:

adiuua incredulitatem meam. Si
enim credebat: cur incredulitatez
dicebat. Si vero incredulitatez se
habere nouerat: quomodo crede
bat. Sed quia per occultam in
spirationem gratie meritorum su
orum gradibus fides crescit vno
eodemq; tempore: is qui necdum
pfecte crediderat: simul et credebat
et incredulus erat. Et cum videret
ihesus concurrentem turbam: cō
minatus est spiritui immundo di
cens illi. Surde et mute spirit⁹ ego
precipio tibi exi ab eo: et amplius
ne introeas in eū. Cōminatio dñi
diuini est virtus imperij. Non au
tem puero qui vim patiebatur: sz
demoni qui inferebat cōminatus
est. quia qui peccantem emendare de
siderat: vitium vtiq; increpando
et execrando debet exterminare: sz
hominez amando re fouere. Bene
autem dominus qui spiritum im
mundum pellit ab homine: simul
ne amplius in eum ingrediatur
imperat quia ille veraciter a demoni
aca dominatione liberatur: q ad
peccata a quibus semel penitendo
mūdatus est vitat male viuendo
reuerti. Et clamans et multum dis
cerpens eum exijt ab eo Exiturus
ab homine spiritus immund⁹ di
scerpit eum ac furenti clamore ter
ruit intuentes. quia plerumq; dya
bolus dum de corde expellitur acri
ores in eo temptationes generat
q prius excitauerat quando hoc
quietus possidebat. Et factus est
sicut mortuus: ita vt multi dicerēt
quia mortuus est. Ihesus autem te

nens manum eius eleuauit euz et
surrexit. Quem hostis impius iaz
fugere compulsus strauit ac mor
tuo similem reddidit: hunc pius
saluator miti sue dextre tactu leua
uit. Qui sicut verum se esse deuz po
tentia saluandi docuit: ita etiā ve
ram se carnis habuisse naturam
more tactus humani declarauit.
Negat namq; manes insanus ve
raciter eum carne fuisse indutum
sed ipse cum tot languentes suo
tactu erexit. mundauit. illumina
uit: heresim illius et antequā nata es
set damnauit. Et cuz introisset do
mum: discipuli eius secreto inter
rogabant eū. Quare nos nō potu
imus eijcere eū. Et dixit eis. Hoc
genus in nullo pt exire: nisi in orō
ne et ieiunio. Duz docet apostolos
quō demō nequissimus debeat ex
pelli: omnes instituit ad vitam vt
.s. nouerimus grauiora queq; vel
immundorū spiritium vel hominū
temptamenta ieiunijs et orōnib⁹
esse superanda. iram quoq; dñi cū
in vltōem nostrorū scelerū fuerit
accēsa: hoc remedio singulari pos
se placari. Ieiuniū autē gnāle est
non solū ab escis: sed et a cunctis
illecebris abstinere carnalib⁹: im
mo ab oibus vitiorū cōtinere pas
sionibus Sic et orō gnālis non in
verbis solū est: quib⁹ diuinā de
mentiam inuocamus verūetiam
in oibus que in obsequiū nri cōdi
toris fidei deuocōe gerimus teste
aplo qui ait Semp gaudete. sine
intermissione orate Quomō enim
quis oibus horis atq; momentis

sine intermissione deum potest in
uocare sermonibus. Sed tunc sine inter
missione oramus cum ea sola opa
qđ cultori vinee de infructuosa ar
bore dicitur·Succide eam·Vt quid
etiam terrā occupat·Vnusquisqꝫ
iuxta modum suum·inquātum lo
cum vite ꝑsentis tenet·si fructum
bone operacōnis non exhibet·ve
lut infructuosa arbor terram occu
pat·quia in eo loco in quo ipse ē
⁊ aliis operādi occasiōem negat
Sed in hoc seculo potēs quilibet·
si fructum nō habet bone operati
onis·etiam impedimētum prestat
ceteris·quia quicūqꝫ sub ipso sūt·

exēplo prauitatis illi⁹. q̄si umbra
puersitatis ei⁹ premunt᷑. Stat de
sup arbor ĩfructuosa: ⁊ subter ter
ra sterilis iacet Infructuose arbo
ris desuper umbra densat᷑. ⁊ solis
radius ad terrā descendē nequaq̄
pmittit᷑. q᷑ dum subiecti quilibet
patronū puersi. puersa exempla
ↄspiciūt. ipsi quoq̄ infructuosi re
manētes veritatis lumīe priuant᷑
⁊ pressi umbra caloris solis non
accipiūt. q᷑ inde remanent a deo
frigidi. vnde in hoc seculo male p
tegunt᷑. Sed de hoc puerso quoli
bet ⁊ potēte. pene iam reqsitio deo
non ē Postq̄ em̄ se pdidit querē
dum solūmodo ē cur ⁊ alios pre
mat. Vn̄ bene eiusdez vinee dn̄s
dicit. Vt quid et terraȝ occupat.᷑
Terrā quippe occupat q̄ mētes a
lienas grauat. Terrā occupat q̄
locū quē occupat in bonis opib⁹
nō exercet. Sȝ tn̄ nostrū est p tali
bus deprecari Nā cultor vinee q̄d
dicat audiam⁹ Dn̄e: dimitte illā ⁊
hoc anno vsq̄ dum fodiaȝ circa il
lam. Quid ē circa ficulneaȝ fodere
nisi infructuosas mentes increpa
re.᷑ Oīs quippe fossa i imo est. Et
nimirū increpatio duȝ mentē sibi
demōstrat hūiliat. Quociēs ergo
de pccō suo aliquē corripim⁹. q̄si
ex culture debito circa ĩfructuosā
arborē fodim⁹ Post fossionē vero
quid dicat᷑ audiam⁹ Et mittaȝ co
phinuȝ stercoris Quid ē cophin⁹
stercoris nisi mēoria peccatoꝝ.᷑
Peccata etem̄ carnis stercora vo
cant᷑. Vnde ⁊ p pphetam dicit᷑. Cō
putruerūt iumēta in stercore suo

Iumēta quippe in stercorē suo cō
putrescere ē carnales quosq̄ ĩ fe
tore luxurie vitam finire. Nos ita
q̄ quotiēs carnalez mentē de suis
peccatis increpam⁹. quotiēs ad
ei⁹ memoriā vicia anteacta red u
cim⁹. quasi infructuose arbori co
phinū stercoris versam⁹. vt ma
lorū que egit memoriā recolat ⁊
ad ↄpūctionis graciā q̄si de fetorē
pinguescat. Mittit᷑ ergo cophin⁹
stercoris ad radicē arboris. qua
prauitatis sue ↄsciētia tangit᷑ me
moria cogitacōis Cumq̄ se p peni
tenciam ad lamēta mens excitat
cumq̄ ad bone opacōis graciā re
format. quasi p tactū stercoris re
dit ad fecunditatez operis radix
cordis. Plangit q̄d fecisse se me
minit. displicet sibi qualez fuisse
se recolit. intencōez ↄtra se dirigit
atq̄ ad meliora animū accendit.
Ex fetore ḡ ad fructū reuiuiscit ar
bor: q᷑ de ↄsideracōne peccati ad bo
na se opera resuscitat anim⁹ Et sūt
pleriq̄ qui increpacōez audiūt ⁊
tn̄ ad penitenciā redire ↄtemnūt.
et infructuosi deo in hoc seculo vi
rides stant. Sed audiam⁹ quid fi
culnee cultor adiūgat. Si quidem
fecerit fructū. sin autē in futurum
succides eam: q᷑ profecto qui hic
non vult ad fecunditatē pingues
cere p increpacōem. illic cadit vn
de iam p penitenciā surgere nō va
let. et in futuro succidet᷑. q̄uis hic
sine fructu viridis stare videatur.
Erat aūt docens in synagoga eo
rum sabbatis. Et ecce mulier que
habebat spirituȝ ĩfirmitatis ān̄is

decem ⁊ octo Paulo ante iam dixi
mus qꝛ hoc trinꝰ aduentꝰ dn̄i ad
infructuosaȝ ficulneā qꝺ decem ⁊
octo annorū numerus ad curua
tam mulierē ȝ signat. Sexto ei die
hō factꝰ est. atqꝫ eodeȝ sexto die o
pera dei cuncta pfecta sūt. Senari
us enī numerꝰ in trigonū ductꝰ
decem ⁊ octo facit. Quia ergo hō q̄
sexto die factꝰ est pfecta opa hēe
noluit. ſꝫ ante legem. sub lege atȝ
exordio inchoātis gratie infirmꝰ
extitit decem ⁊ octo annis. mulier
curua fuit Erat inclinata nec omō
poterat sursuȝ respicere Oīs pecca
tor terrena cogitans celestia non
requirens. sursū respicere nō valȝ
qꝛ dū desideria inferiora sequit̄. a
mētis sue rectitudine curuat̄: ⁊ hº
semp videt qꝺ sine cessatione cogi
tat. Ad corda vestra fratres cariſ
simi redite. quid horis oībus in co
gitacōibus vestris voluatis aspi
cite. Aliꝰ de honoribꝰ. aliꝰ de pecu
niis. aliꝰ de prediorꝝ ambitu cogi
tat. Cūcta hec in imo sunt. et qn̄
mens in talibus implicat̄. ab sta
tu sue rectitudinis flectit̄. et qꝛ ad
celeste desideriuȝ nō assurgit. qua
si mulier inclinata. sursū respicere
nequaq̄ potest Sequit̄. Hanc cū
videret iħus vocauit ad se. ⁊ ait
illi. Mulier dimissa es ab infirmi
tate tua. Et imposuit illi manuȝ. ⁊
ꝯfestim erecta ē. Vocauit ⁊ erexit
qꝛ illuminauit ipsā mulierē ȝ ⁊ ad
iuuit Vocat ſꝫ non erigit. qn̄ qui
dem p eiꝰ gratiā illuminamur sed
exigētibꝰ nostris meritis adiuua
ri nō possuꝰ. Plerūqꝫ enī videmꝰ

q̄ agenda sūt. sed ope non imple
mus. nitimur ⁊ infirmamur. mē
tis iudiciū rectitudineȝ cōspicit. ſꝫ
ad hāc opis fortitudo succumbit
qꝛ nimirū iam de pena peccati est.
vt ex dono quidē possit bonū ꝯspi
ci. sed tn̄ ab eo quod aspicit̄ con
tingat per meritū ȝ repelli Visitata
etenī culpa obligat mentē. vt ne
quaq̄ surgere possit ad rectitudi
nem. Conat̄ ⁊ labitur. qꝛ vbi spō
te diu perstitit. ibi ⁊ cuȝ noluerit
coacta cadit. Bene de hac nostra
incuruacōe. ex typo humani gn̄is
p psalmistam dr̄. Incuruatꝰ sum
⁊ humiliatꝰ sum vsqꝫquaqꝫ. Con
templat̄ quippe qꝛ ad supnam lu
cem intuēdaȝ homo conditꝰ fuerat
sed peccatis exigentibꝰ foras mis
sus. mentis sue tenebras secū por
tat. supna nō appetit. infimis intē
dit. celestia nequaq̄ desiderat. ter
rena semp in aīo versat. et hoc qꝺ
de suo genere doluit. in seipso ex
clamauit dicens Incuruatꝰ sum ⁊
humiliatꝰ sum vsqꝫquaqꝫ. Conte
platione namqꝫ celestiū p̄dens. si
sola carnis necessaria homo cogi
taret. incuruatus ⁊ humiliatꝰ esset
sed tamē vsqꝫquaqꝫ nō esset. Quē
ergo a supnis cogitacōibus non
solum necessitas deicit. ſꝫ etiam vo
luptas illicita sternit non solum
incuruatus. ſꝫ vsqꝫquaqꝫ incurua
tus est. Hinc alius ppheta de im
mundis spiritibꝰ dicit Qui dixerūt
anime tue. incuruare vt trāseamꝰ
Recta quippe stat anima cū super
na desiderat. ⁊ nequaq̄ flectit̄ ad
ima. Sed maligni spūs cuȝ hanc

in sua rectitudine stare ꝯspiciunt
p eam transire nõ possunt. Tran
sire namq₃ eorũ ẽ. immũda illi de
sideria spargere. Dicunt ergo. in
curuare vt transeamꝰ: q si ipsa se
ad ima appetẽda nõ deicit. contra
hanc eorũ puersitas nullatenus
ꝯualescit ⁊ transire p eã nequeũt
quã ꝯtra se rigidam in supna intẽ
tione ptimescunt Nos ergo frẽs
carissimi viã maliĝnis in nobis
spiritibꝰ damus. cũ terrena concu
piscimꝰ. cũ ad tpalia appetenda
curuamur. Pudeat ergo terrena
ꝯcupiscere ⁊ dorsa mentiũ ascendẽ
tibus aduersariis prebere Terrã
semp intuetur q̃ curuus ẽ. et quo
premio sit redemptꝰ nõ meminit:
q ima querit. Hinc p moysẽn dr̃
Vt qui gibbo p remitur. nequaq̃
ad sacerdotiũ ꝓmoueat̃. Et quot
quot xpristi sanguine redẽpti su
mus. membra eiusdẽ summi sacer
dotis efficimur Vnde nobis p pe
trum dicit̃. Vos aũt genus elec
tum regale sacerdotiũ. Sed q̃ gib
bum tolerat. ima semp intuet̃. A
sacerdotio ergo repellit̃. Quia q̃s
quis solis terrenis intentus est
ipse sibi testis est. q membrũ su
mi sacerdotis non ẽ. Hinc rursus
pisces qui pennulas non hñt ab
esu fidelis populi ꝓhibent̃. Pisces
quippe qui pennulas habẽt. dare
etiã saltus sup aquas solẽt Quid
ergo pennatis piscibꝰ. nisi electo
rum aĩe figurant̃. Que ꝑfecto so
le in celestis ecclesie corpus trãse
unt que modo virtutum pennulis
fulte. saltus dare p celeste desideri

um sciunt. vt supna p ꝯtemplati
onem appetant. q̃uis in se iterũ
ex mortali carne relabãtur. Si er
go iã bona patrie celestis agno
uimus displiceat nobis fratres
carissimi q curui sumꝰ. Ponatur
ante oculos mulier curua. ⁊ arbor
infructuosa. Reminiscamur ma
lorũ q̃ fecimus. mittamꝰ ad radi
cem cordis cophinum stercoris.
vt tunc in retributiõis fructu pin
guescat. quod nobis hic p penitẽ
ciam fetebat. Et si virtutũ summa
operari nõ possumꝰ. ip so deus no
stro gaudet lamento. ex ipsa ei iu
sticie inchoatiõne placebimꝰ. qui
iniusta que fecimus punimꝰ Nec
mora erit in fletibꝰ. q tergũt citi
us transeuntes lacrimas gaudi
a mansura. p dñm nostrum ihesũ
xpristũ. qui viuit ⁊ regnat cũ pa
tre in vnitate spũssancti deꝰ. p oĩa
secula seculorũ Amen

dominica. xviij.
Scd̃m Matheum

In illo tẽpore Accel
serunt ad ihesũ pharisei. et inter
rogauit eũ vnus ex hiis legisdo
ctor temptans eum. Magister qd̃
est mãdatũ magnũ in lege. Et re
liqua. Omelia beati iohãnis epi.

Requẽter iudei diuersis
interrogatiõibus xpristũ
temptantes sibi quidẽ ac
quisierũt interitum. nobis autẽ
prouiderũt salutẽ. Nã verba xpi
profecerũt illis ad ꝯfusionem. no
bis aũt ad edificatiõem: quoniã

responsis ei⁹ vincebant̄ ⁊ nō pla
cabant̄ Nam malicia frequenter
quidē vincitur: nunq̄ aūt placat̄
Pharisei sunt oēs qui ↄtra veri
tatē ↄtendunt · q̄ non veritatē de
fendere cupientes certant · ſ; subu
tere festinant · Qui eni; ꝑ veritate
ↄtendit · ↄgnita veritate ↄsentit ve
ritati Qui aūt ↄtra veritatem non
consētit veritati · manifestꝰ ē qm̄
prius nō ꝑ veritate · sed ↄtra veri
ptem certabat · Audi ergo homo
fidelis q̄ contra hereticū libēter cō
tendis · Si pharisei placati sūt · et
tu certando ↄtra hereticū potes eū
placare cu; viceris · Si aūt phari
sei victi quidem sunt · placati autē
non sūt · quō tu poteris eos placa
re cū viceris · Nunq̄d xpristo forti
ores : vt quos ille nō placauit tu
places. Debuerāt quidē timere sa
duceorū exemplu; vt ne similiter
interrogātes ↄfundant̄ · ſ; ardēs
malicia dum se saciaē festinat nō
aspicit exitū rei · vt tantūmodo al
teri noceat: nec sibi parcens . Si
neminē ante vicisset · forsitan iu
sta ratiōe se sperarent posse eum
vincere a quo nullus est victus.
Nunc aūt videntes qm̄ quotq̄t eū
interrogare ausi sunt · omēs victi
recesserunt · quid estimandi sunt
isti Nunq̄d fortiores q̄ ceteri · qui
victis oibus vincere possint. Sed
impudētiores q̄ omnes q̄ cōfusis
omnibꝰ ante se similiter erubescē
non timuerunt · Conuenerunt in
vnū: ⁊ interrogauit eum vnus le
gisdoctor · Conuenerunt vt multi
tudine vincerent quem ratione su
perare nō poterant · A veritate nu
dos se esse professi sūt q̄ multitudi
ne se armauerunt · Dicebāt eni; a
pud se · Vnus loquat̄ ꝑ omnibꝰ
et omnes loquamur ꝑ vnu; · vt si
quidē vicerit omnes videamur vi
ctores: si autē victus fuerit vel so
lus videat̄ confusus O pharisei q̄
oia ꝓpter homines cogitatis et fa
citis · Primū quidē venientes cu;
vno vincendi estis ꝑ vnū · Tamē
putatis q̄ vno victo · hoīes nō in
telligant oēs vos esse victos · Nū
quid ↄscientie vestre non sentiūt
se esse confusas. Leuis est eni; cō
solatio · qui in seipso confusus est
q̄ ab alijs ignorat̄ Magister q̄d
est mandatū magnū in lege. Ma
gistrū vocat cuiꝰ non vult esse dis
cipulus Simplicissimꝰ interroga
tor et malignissimꝰ insidiator · de
magno mandato interrogat · qui
nec minimū obseruat · Ille eni; d;
interrogare de maiore iusticia · q̄
iam minorem impleuit · Dn̄s aūt
sic eū reprehendit · vt interrogatō
nis eius fictā; ↄscientiā statim ꝑ
mo responso peruteret dicens dili
ges dn̄m deu; tuum in toto corde
tuo · non sicut tu qui deuotione;
ostendis in ore · et fraudem medi
taris in corde · Magnū aūt ⁊ mini
mum mandatū dicimꝰ · q̄tum ad
dignitatē mandatorū non q̄tum
ad vtilitatē · Alioquin vtilitas ō
nium mandatorū vna est · ⁊ omīa
mandata que vident̄ esse manda
tum · ita sibi coherent vt alteru; si
ne altero esse non possit · vtputa
si interroget te aliquis in edifica

tione domorū· que pars ē melior
dicis fūdamētū· Sꝫ quēadmodū
edificatio nō potest esse nisi fuerit
fundamentuꝫ: ita nec fundamen
tum pōt esse· nisi edificatio fuerit
subsecuta Nec dicit̄ fundamentū
nisi sit edificatio cui⁹ fundamētuꝫ
dicatur. Ergo fundamentū edifi
catione dignius ē· non vtili⁹ Sic a
caput dignī⁹ est q̄ꝫ membra: tam̄
nec mēbra sine capite· nec caput
sine membris Sic digniores sunt
sacerdotes q̄ꝫ populus· non tñ vti
liores· qꝛ nec ppl's sine sac̄dotib⁹
nec sac̄dotes sine populo esse pos
sunt· Ita a dignī⁹ est hoc manda
tum· diliges dn̄m deū tuū ex toto
corde tuo· q̄ꝫ illud· nō ꝯcupisces· n̄
occides· tñ vtilitas vna ē· Nam q̄
diligit deū ille nō occidit· aut ꝯcu
piscit· qui aūt occidit· aut ꝯcupis
cit· nō diligit dn̄m deū suum· Esse
aūt minora mādata dn̄s manife
stat· Si q̄s vnuꝫ ex minimis istis
mādatis solueit a docuerit sic hoi
nes minim⁹ vocabit̄ in regno celo
rum· Diliges inq̄t non timeb· q̄a
diligere mai⁹ est q̄ꝫ timere· Inno
ratio em̄ culture dei hꝫ timorē· pfe
ctio aūt dilectionē dicēte iohāne
Perfecta āt dilectio foras mittit·
timorē Donec em̄ hō timet deū nō
eū diligit· Cū aūt diligere ceperit
iam non eū tantūmodo timet· sed
etiā ampli⁹ diligit· Timere ei ser
uorum ē: diligere filiorū· Timor
sub necessitate ē: dilectio in liberta
te Qui in timore seruit deo· penā q̄
dem euadit: mercedeꝫ aūt iusticie
non hꝫ· qꝛ inuit⁹ facit bonuꝫ ꝓpter

timorem· Non vult ergo de⁹ vt ti
meatur ab hoibus quasi domin⁹
sed vt diligat̄ quasi pater· q̄ adop
tionis spiritum donauit hoibus·
Nam si ꝯsideremus ab inicio creati
hominis causam intelligim⁹ qꝛ de
us se magis patreꝫ voluit esse ho
minum q̄ꝫ dn̄m Non em̄ dixit tan
tummodo faciā hoiem· s; faciam⁹
hoiem fm imaginē nostrā· Simi
lare aūt ꝯuenit filijs ad patres
suos: non etiaꝫ seruis ad dn̄os su
os· Quid ē diligere deū ex toto cor
de vt cor tuū non sit inclinatuꝫ ad
vlli⁹ rei dilectionē amplius q̄ꝫ dei·
nec delecteris q̄ si specie mūdi am
plius q̄ꝫ dei· non in honorib⁹· non
in auro vel argento· nō in possessi
onib⁹ aut vineis· non in aialib⁹
aut mancipijs nō in ornamētis a
vestib⁹· non in filijs aut parenti
bus aut amicis: sed hec oia existi
mes tibi esse in deo vt p hijs oibꝫ
ames deum Si aūt in aliquo hoꝝ
amor cordis tui fuerit occupatus
iam ex toto corde nō amas deum
Pro q̄ta em̄ parte cor tuū fuerit
ad aliquaꝫ rem ꝓ tanta parte mi
nus ē ad deum· Ecce si vir habeat
vxoreꝫ: quō cognoscit̄ vxoris ple
na dilectio· Vxor neminē debet sa
pientiorē putare q̄ꝫ virū suum· Et
si sit alter sapiētior· tñ illa sapiē
tiorem esse alterū intelligere non
debet· Vxor neminē fortiorē debet
putare q̄ꝫ virum suū: et si sit alter
fortior· tñ illa intelligere nō debet
alterum fortiorem· Vxor nemineꝫ
debet formosiorē putare q̄ꝫ viruꝫ
suum: et si sit alter formosior tam̄

corā; oculis eius alter formosior
non debet apparē Perfectuz em̄ o
diuina pfectus amor veruz iudici
um non cognoscit. vtputa si pfec
te odias aliquē qualiacunqꝫ fue
rint apud illuz. omnia tibi displi
cent. siue que agit: ꝛ si sint bona
tamen tibi mala videnť. Sic ꝛ si
pfecte aliquem amas. quecunqꝫ
sunt apud eum tibi placēt. siue q̄
loquitur. siue que agit: ꝛ si mala
sunt tamen tibi bona videntur. Er
go ꝛ vxor si videns aliquē dixerit
q̄ꝑ sapiens vir. vtinā vir meus ta
lis esset. iam amor eius min⁹ ha
bet aliquid de pfecto amore. Si vi
dens aliquez dixerit. q̄ꝑ formosus
homo. vtinā vir meus talis esset
Jam amor eius min⁹ habet aliq̄d
de pfecto amore Et pro q̄ꝑta parte
amplius aliquid laudauerit ī al
tero viro q̄ꝑ ī suo. tanto dilectio ei⁹
minor est ad virum suū Sic ergo
ꝛ anima omnis xp̄iana. que spō
sa ē xpristi. ita debet diligere deuz
vt nihil sit in mūdo quod ampli⁹
amet q̄ꝑ eum. Pro q̄ꝑta em̄ parte
plus aliquid amauelt: pro tanta
parte min⁹ amat deum. Quid est
in tota aīa diligere deūz.c Jdest cer
tissimum animū habere in verita
te. ꝛ firmū esse in fide Alius est ei
amor cordis ꝛ alius est amor ani
me. Amor cordis quodammodo
carnalis ē. vt etiā carnaliter deuz
amem⁹. quod facere nō possum⁹
nisi recesserim⁹ ab amore mundi
aliuz rerū. Sicut em̄ casta mulier
que virum suum amat nullum a
lium amat. si aūt alteruz amaue

rit iam non amat virū suū: ita et
homo si deum amat mundū nō a
mat. si aūt mundū amauerit. ia;
deum ex corde nō amat. Ergo cor
dis amor non intelligitur in corde
sed sentitur q̄ꝛ quodammodo car
nalis ē. Amor āt anime nō sentit̄
in corde s̄ intelligitur: q̄ꝛ amor aīe
indiciū est. puta q̄ꝑ didicisti vnū
deum ex quo oīa. ꝛ vnum deū per
quem oīa. Si iterū intellect⁹ tuus
alicuius doctrine seductiōe percus
sus ceperit dubitare de substātia
dei. in tota aīa non diligis deū Jte
rum q̄ putat incantacōes aliquid
posse. ā auguria aliq̄d intelligē.
aut diuinacōes aliq̄d nunciare.
ille non in tota aīa diligit deū Qui
aūt diligit deum.c qui omne bonū
credit apud deum. ꝛ omne bonuz
credit esse deuz. extra deū non cre
dit esse bonum. qui omnem virtu
tem ꝛ sapientiam credit esse deu;
extra deuz neqꝫ sapientiā aliquā
esse credit neqꝫ virtutem. q̄ credit
deum oīa facere ꝛ sine deo nichil
posse fieri: ille tota mente diligit
deuz. Quid ē in tota mente dilige
re deū.c Jdest vt oēs sensus tui qui
ptinent ad mentē deo vacent. Cu
ius intellectus deo ministrat. cui⁹
sapiētia circa deū est. cui⁹ cogitati
o ea q̄ dei sunt tractat. cui⁹ memo
ria q̄ bona sūt recordať: tota men
te diligit deum. sicut ait apostol⁹.
Psallaz spiritu. psallā mēte. Cui⁹
aūt aut intellect⁹ que dei sūt non
intelligit. aut nō s̄m deuz sapit. ā
sciētia illius vana est ꝛ secularis
aut recordatio illius nō est bona.

aut cogitatio displicēs deo: ille ñ
tota mente diligit deū. hoc ē pri
mum ⁊ maximū mandatū Secun
dum āt simile ē huic. diliges ꝓxi
mum tuū sicut teipsū. videt xp̄us
non ad interrogata respondere Il
le eīn interrogat quod ē mādatū
magnū. Puta dixit diliges dn̄m
Si voluit ⁊ alterū mandatū intro
ducere. debuit minimū dicere nō
secundū: secundū aūt ad primū
respicit. Sed vide q̄d voluit ostēde
re. diliges dn̄m ⁊ primum ⁊ ma
gnum ē: diliges ꝓximū magnum
quidē est. primū aūt non ē. et di
xit ideo. simile ē. Cōsidera ergo mi
sterium. Quis est proxim⁹ noster.
xp̄us qui suscipiēs carnē nostrā
fact⁹ est ꝓxim⁹ nobis. sicut in pabo
la illa xp̄us ostēdit cū dixisset phari
seus Et quis est me⁹ ꝓxim⁹. intro
ducit hoīem a latronib⁹ vulnera
tum. ⁊ a sacerdote despectū. a sama
ritano aūt receptū qui ē ipse xp̄c
Ergo primū mandatū est ⁊ mag
nū. deū patrem diligere ⁊ cognos
cere. Ergo fili⁹ dei magn⁹ sicut pa
ter. Quicq̄d eīn pater pōt. ⁊ fili⁹
potest. Pater eīn diligit filiū. ⁊ oīa
dedit in manu ei⁹. Sed qr oīa fili⁹
patre dante pōt sicut pater. idō pa
ter magn⁹ deus ⁊ prim⁹: fili⁹ aūt
magn⁹ deus quidē. non tn̄ prim⁹
sicut ait apl's. Expectātes aduen
tum magni dei ⁊ saluatoris nostri
ihesu xpristi. Ut aūt simpliciter i
telligam⁹ ꝓximū nostrū oēm ho
minē esse fidelem. q̄ hoīem amat
fidelem simile est sicut qui deum a
mat. qr imago dei est hō. Sicut rex

in sua imagine honorat vel cōtem
nitur: sic ⁊ de⁹ in hoīe vel diligitur
vel oditur. Non potest hominē o
dire. q̄ deū amat: nec pōt deum a
mare qui hoīem odit. sicut ait io
hannes apl's. Qui dicit se dilige
re deum ⁊ nō diligit fratrem suū
mentit. Si eīn fratrem quē vides
nō diligis. deū quē non vides quō
potes diligere. Quis honorat re
gem: ⁊ cōtemnit ei⁹ imaginē. Aut
quis honorat imaginē: ⁊ auctorē
cōtemnit imaginis. Aut ita. Quo
niā pharisei sciebāt quidē quod
esset mandatū magnū in lege. sȝ
temptantes interrogabāt. volēs
eis ostendē. qr nō sufficiebat eis
solius dei patris agnitio ad salu
tem. nō solum dixit. diliges dn̄m
deum tuum in toto corde tuo. ⁊ in
tota aīa tua: sed addidit. diligēs
proximū tuum sicut teipsū qui e
rat ipse. Alioquin si ad solam in
terrogatōem eorum respondisset
sufficeret dicere. diliges dn̄m deū
tuum ⁊ non adderet ꝓximum tuū
sicut teipsum: sm̄ quod ⁊ alibi di
cit. Hec est vita eterna vt cognos
cant te solum verum deū. ⁊ quem
misisti ihesum xpristū. Et vide q̄ ⁊
non dixit. cognosces dn̄m deū tu
um. sed diliges: q̄m cognoscere ve
rum deum pene propriū est hu
mane nature: diligere aūt eū re
ligiosi cordis ē ⁊ recti Et quicunq̄
dilexerit deū ex toto corde non est
possibile vt non ꝑueniat ad filij
eius agnitionem ⁊ proximi Ipsa
enim dilectio dei que in eo habet.
illuminans eū prestat ei ducatū

vt post patrem cognoscant a fili
um. In duob⁹ mandatis vniuer
sa lex pendet a pphete. Qui primū
suum diligit nec occidit. nec mē
titur illi quē diligit. nec falsum te
stimoniū dicit de eo quē diligit.
nec mulierem illius inuadit. Sic
odiū omne malū suggerit: sic dile
ctio omne bonū. Vnde ait aplus
Est fides que p dilectionē opatur
Aut ita Quoniā de pře a filio oīs
pphetarū a legis predicatio existe
bat p quos pphetas agnoscens
quis proximū suū. hoc ē filium dei
ad primū a magnū mandatum p
ueniebat vt diligeret dūm deum
meli⁹ cognoscens eū p seipsū. Cō
gregatis āt phariseis interroga
uit eos ihs Quid vobis videtur de
xpristo cui⁹ filius est. Respōderūt
dauid Et dixit eis Quō ego dauid
in spiritu vocat eū dūm si filius e
ius est. Iudei estimantes hoīem
xpūm temptabāt. Nec enī temp
tassent eum. si eū dei filiū credidis
sent. Volens ergo eis xpūs ostē
dere q cognoscebat fallaciā cor
dis eorū. a q non erat homo qui
temptabat. s; deus quē nemo pt
temptaē. nec dicere poterat mani
feste veritatem de se nec tacere. Di
cere enī non poterat ne malorum
occasionē blasphemi inuenientes
iudei ampli⁹ insanirent Tacere āt
non poterat veritatē: q ad hoc ve
nerat vt veritatem annunciaret.
Ideo talem interrogacōem eis p
posuit. vt eo tacente. ipsa interro
gatio eius ostenderet eis Nunqd
poterat dūs ei⁹ esse qui ex eo fue

rat nascitur⁹ q Puto autē hāc i
terrogacōnem non solum contra
phariseos. sed etiā contra hereti
cos posuit. Nam sm carnem vere
filius erat dauid: domin⁹ aūt sm
diuinitatem Si ergo xpūs sm car
nem dicit xpristus. aut sm carnē
iussus ē sedere ad dexterā patris
sicut heretici putant ex equalitate
mendaciū componere festinātes
nunq xpristus dauid filium esse
se denegasset. Nam nobis fili⁹ po
test esse qui post nos futurus est
domin⁹ aūt esse non potest. nisi q
aut nobiscum aut ante nos est.
Christus ergo sm carnē post da
uid est: sm diuinitatem aūt ante
dauid. Ergo illū significabat do
minū suum. illum significabat iu
bendum sedere qui iam tunc erat.
idest vnigenit⁹ deus Et nemo pote
rat ei respondere verbum. neq au
sus est quisq ex illa die amplius
eum interrogare. Cōfusio multo
rum facta fuerat disciplina cun
ctorum Nam a si credimus q om
nia sibi sm prouidentiā dei agebā
tur intelligimus quoniā non illis
desinentib⁹ interrogare. xpristus
desijt docere: sed quia xpristus de
sierat. eos iam vlteri⁹ non ausos
esse interrogare. Nam q mari ter
minum posuit. ipse audacie dya
boli aduersum se agentis quando
voluerit tunc finem ponit

Dominica. xix.
Scdm matheū

n illo tēpore. Ascen
dens ihesus in nauiculam trāsfre
tauit: et venit in ciuitatē suam. Et
reliqua. Omelia beati Jheronimi
presbiteri.

Pristum in humanis ac
tib9 diuina gessisse miste
ria. et in rebus visibilib9
inuisibilia exercuisse negocia. lcō
hodierna monstrauit. Ascendit in
quit in nauiculaz et transfretauit
et venit in ciuitatem suam. Nonne
hic est q̄ fugatis fluctib9 maris p
funda nudauit. vt israheliticus
populus inter stupētes vndas sic
co vestigio velut montiū concaua
transiret. Nōne ipse est q̄ petri pe
dib9 mari nos vertices inclinauit:
vt tunc liq̄dum humanis gressi
bus solidū preberet obsequiū. Et
quid ē q8 ipse sibi maris sic dene
gāt seruitutē. vt breuissimi lacus
transitū sub mercede nautica trās
fretaret. Ascendit inq̄t in nauicu
lam et transfretauit. Et quid mi
fratres. Xp̄s venit suscipe infir
mitates nrās. et sua nobis ɔferre
medicamina sanitatis qr medic9
q̄ non fert infirmitates: curare ne
scit. et qui nō fuerit cum infirmo
infirmatus: infirmo non pōt con
ferre sanitatem. Xp̄s ergo si in su
is mansisset virtutib9: cōmune cū
hominib9 nil h̄ret. et nisi implesset
carnis ordinez: carnis in illo esset
ociosa susceptio. Sustinuit ergo
has necessitates: vt homo verus
humanis necessitatibus pbaret.
Ascendit in nauiculam. Xp̄s ecce
nauim seculi fluctus sp mitigans
ascendit. vt credētes in se ad cele
stē patriā: tranq̄lla nauigatione
pducat. et municipes faciat quos
humanitatis sue fecit ɔsortes eē.
Non ergo xp̄s indiget naui sz nauis
indiget xp̄o. qr sine celesti gubna
tore nauis ecclesie p mundanū pe
lagus. p tanta et talia discrimina
ad celestē portū non valet puení
re. Hec diximus fratres quantū ad
intelligentiā spiritalem. verū ipsi
us historie ordinem psequamur.
Ascendēs inq̄t in nauiculam trās
fretauit. et venit in ciuitatē suam.
Creator rerum orbis dn̄s: postea
q̄ se ppter nos nostra angustauit
in carne: cepit habere humanaz
patriam. cepit ciuitatis iudaice
esse ciuis. parentes habere cepit pa
rentum omniū ipse parens vt in
uitaret amor. attraheret caritas.
vinceret affectio. suaderet hūani
tas quos fugarat dn̄atio. met9 di
sperserat: et fecerat ius ptātis exte
ros. Venit in ciuitatē suam et ob
tulerunt ei paliticum iacentē in le
ctulo. Et videns inq̄t ihesus fidez il
lorū dixit palitico. Confide fili: re
mittunt̄ tibi pctā tua. Audit veni
am et tacet paliticus: nec vllam rn̄
dit grām. qr plus corpis q̄ aime
tendebat ad curam. et tpales erū
nas resoluti corpis sic deflebat vt
eternas penas resolutiōis aīe nō
defleret. gratiorez sibi pn̄tem vitā
iudicans q̄ futuram. Merito xp̄s
offerentiū fidē respicit. et vecordiā

sic iacentis respicit ut fidei aliene
suffragio paralitici aia ante curare
tur q̄ corpus. Respiciens inquit fi
dem illorum. Cernitis in hoc loco fra
tres dn̄m non q̄rere insipientium
voluntates. non expectare ignoran
tium fidem. non infirmi stulta de
sideria pscrutari: sed ad alterius
fidem subuenire. Et reuera fr̄es qn̄
medicus languentium aut querit
respicit voluntates cum sp contraria
desideret et req̄rat egrotus. Hinc ē
q nunc ferrum. nunc ignem. nunc a
mara pocula ingerit: et apponit in
uitis ut curam sani sentiant. quā
sentire nō poterant egrotantes Et
si homo iniurias despicit. maledi
cta contemnit: ut sauciatis manib9
sponte vitam conferat et saluti: q̄nto
magis xp̄us medicus bonitate di
uina morbis saucios peccatorum: et
freneси criminū laborantes: ad sa
lutem etiam inuitos attrahit et no
lentes. O si velim9 fratres. o si vel
lemus mentis nr̄e omnes paralises
spicere: et aiam nostrā virtutib9
destitutam iacere in vitiorū strati
bus cernerem9 luceret nobis quē
admodum xp̄s: qui nostras coti
die noxias despicit voluntates et ad
salutaria nos remedia ptrahit et
purget inuitos. Fili inquit remittū
tur tibi peccata tua. Hec dicens de
um se volebat intelligi. qui p hoi
nem oculis adhuc latebat huma
nis. Virtutibus eterna signis cō
pabatur pphetis. q̄ p ipsum fece
rant et ipsi virtutes. Peccatis aūt
dare veniā. q̄ penes hoiem non ē
et est singulare deitatis insigne de

um illum pectoribus inserebat hu
manis. Probat hoc pharisayorum
liuor. Nam cum dixisset. remittunt
tibi peccata tua. Rn̄derunt phari
sei. Hic blasphemat. Quis enim
potest pctā dimittere nisi solus de
us. Pharisee q̄ sciendo nescis cō
fitendo negas. cui testaris impug
nas. si deus est q̄ remittit peccata
cur tibi xp̄s deus non est: qui in v
no indulgentie sue munere toti9
mūdi pbatur abstulisse peccata
Ecce inquit agnus dei. ecce q̄ tollit
peccata mundi Ut aūt possis ma
iora cape diuinitatis eius insigni
a. audi eum pectoris tui penetral
se secretū. Aspice eum ad cogitati
onum tuarum latebras peruenisse.
intellige eū cordis tui nudare con
silium. Et cum vidisset inquit iħus
cogitacōes eorum dixit eis. Quid co
gitatis mala in cordib9 vestris.
Quid est facilius dicere. remittū
tur tibi peccata tua. an dicere: sur
ge et ambula. Ut sciatis autem q̄
filius hominis ptātem hz dimitte
di pctā: dixit paralitico Surge tolle
lectū tuum: et vade in domū tuam.
Et surrexit: et abijt in domum su
am. Scrutator animorum preue
nit mētium magna consilia: et de
itatis sue potentiam: operis attes
tacōne monstrauit: dum dissipa
ti corporis membra cōponit. ner
uos stringit. iungit ossa. complet
viscera. firmat virtutem. et gres
sus ad cursum: suscitat in viuo ca
dauere iam sepultos Tolle lectū
tuū. hoc ē. porta portantem. oneris
muta vices. ut q̄d fuit īfirmitatis

testimoniũ. sit ꝓbatio sanitatis. vt lect⁹ doloris tui. sit mee curationis indiciũ. vt recepte fortitudis magnitudinẽ ponderis asserat magnitudo. vade inquit in domũ tuã. ne xp̄iana fide curat⁹ in viis iudaice ꝑfidie iam moreris. Tu.

Dñica. xix. Secundum Matheũ

In illo tẽpore Ascendens ihesus in naviculã trãsfretavit et venit in civitatẽ suã. Et reliq. Omel.

Reator rerũ domin⁹ ihesus postq̃ se ꝓpter nos nrã angustavit i carne cepit habere humanã patriã. cepit esse civis iudaice civitatis. vt eos de q̃bus humanitatẽ assumpseãt. ad credẽdum sibi invitaret. amore et caritate suaderet. et affectuosa hũanitate attraheret. Loquẽs ergo sanctus euãgelista mathe⁹ de domino ihesu dicit. quia ascẽdens i navim trãsfretavit. hoc est trãsfretũ abiit fretũ dicitur angustũ mare a fervore scilicet et ebullitiõe. quĩ mare ibi amplius fervet vbi angusti⁹ habetur. Fretũ autẽ hoc loco mare galilee debemus intelligere. qd domin⁹ freq̃uẽter trãsnavigabat vt multitudinem incolarum circumquaq; habitãtium sua assidua p̄dicatiõe ad salutẽ invitaret. Civitas autẽ domini ẜm carnem nazareth fuisse dicitur. cõceptione pi ter et nutrimẽto ei⁹ decorata. Questio sane iter marcũ et matheũ oboritur. qr marcus dicit hoc ipm miraculũ palitici in capharnaũ factũ Mathe⁹ non ita narrat. q̃si venie te dño in civitatẽ suam quã nazareth dixim⁹. obtulerũt ei paliticũ quẽ et curavit. Que q̄stio difficilius solveretur. si mathe⁹ in hoc loco etiã nazareth nomiasset. Sz quia nazareth et capharnaũ civitates vtreq; in galilea ꝓuincia hñtur. veniẽs domin⁹ in galileã rectissime in civitatẽ suam. venisse dicitur. in quocũq; opido galilee fuissz. Nã et ipsa galilea tota videlicet ꝓuincia potest dici civitas xp̄i. Siquidez et illud regnũ iudeorũ numerosis civitatib⁹ quõdam amplissimũ. vna dom⁹ israhel dicitur. ne dum etiam vna civitas dicatur. Et hoc quid necesse ẽ longius ꝓtrahere. Ipsa etiã xp̄i ecclesia que p totũ orbem diffusa est. civitas appellatur. dicit eniz psalmista. Gloriosa dicta sunt de te civitas dei. Cuz ergo domin⁹ hoc signũ sicut marcus dicit. in capharnaũ fecit. nõ est dubiũ qd in sua civitate hoc fecerit. Presertim quia et ipsa capharnaũ in galilea que erat provincia dñi. ita excellebat. vt tamq̃ metropolis haberet. Alio quoq; modo. hec questio a doctorib⁹ solvitur. vt qd dicit mathe⁹ euãgelista trãsfretasse dominũ et venisse in civitatẽ suam p̄termiseit. quid ibi fecerit domin⁹ et transierit ad seq̃uẽs miraculũ qd factum est de paralitico in capharnaũ. Marc⁹ eniz totũ ex ordine quomõ gestũ sit narrat. Vel certe. ideo capharnaũ civitas dñi dicitur. qr i ea vel in finib⁹ ei⁹ assidue p̄dicaverit. et maxia miracula opatus sit. sicut

ipse dñs alibi per semetipsum illi
improperans dt. Ve tibi caphar
naum que vsq3 ad celū exaltata
es clarificacōne .s. miraculoꝝ meo
rum. vsq3 in infernū detraheris qꝛ
si in tiro ⁊ sydone facta fuissent: q̄
in te facta sunt olim in cinere ⁊ ci
licio penitentiam agerent. Et ecce
offerebant ei. paliticū iacentē in
lecto. Paralisim greci dicūt disso
lutiōem membroꝝ. qui morbus
ptem corpis quā occupauerit: of
ficijs vniuersis funditus destituit
pleri mq3 vero ⁊ totum corp9 inua
dit Et videns ihs fidem illoꝝ di
xit palitico. Cōfide fili. dimittunt
tibi pctā tua Hec dicēs deū se vole
bat intelligi. qꝛ adhuc p humaī
tatem latebat hoies. vt viz p hoc
qꝛ pctā dimittere poterat. qd solū
modo dei esse ꝯstat ⁊ non hoīs ad
credulitatē fidei accedere nō dubi
tarent. Intuendum aūt quantū
impetrare valeat fides vniuscuiusq3
ꝓpria: si tantum aliena valuit:
vt suo interuentu alteri salutē mē
tis ⁊ corpis subito ꝓmereri potu
erit. Non enī ait euāgelista dñm
vidisse fidē i'lius qui portabat: sz
eorum potius q̄ hunc offerebāt.
Qua in re magna quidem ⁊ vtilis
nobis ꝯmendatur humilitas: vt
veraciter credam9 per eoꝝ qui deo
accepti sunt intercessionē adiuua
ri eos q̄ aut minus digni sunt p se
exaudiri. aut etiā ꝓprie infirmita
tis ꝯscij: bonoꝝ hoīm se intercessi
oni ꝯmendant. vt eoꝝ ope ⁊ tpa
le ⁊ spirituale a deo auxiliū ꝯsequā
tur. Confide inqt dominus fili. Mi
randa est humilis in redemptore
nostro dignatio: qui hoīem inua
lidum ⁊ in toto corpe tabefactum
filiū vocare dignatur: quez scribe
et pharisei nec dignabant attin
gere. Qd si ad opus diuinū qd in
hoie gerebatur attendim9: meri
to filiū vocat: quem a peccatis ab
soluit. In hoc etiam qꝛ curaturus
a sua infirmitate hoiem prius pec
cata illi dimittit: quib9 eandez in
firmitatem contraxit. ⁊ postea eū
sanitati restituit. ostendit euz ob
meritum culpaꝝ damnatū fuisse
debilitate membroꝝ: nec alit pos
se euadere egritudinē corpis: nisi
prius liberaret ab infirmitate in
cōmoda cordis. dimittūtur inqt
tibi peccata. Audiens paliticus
veniā delictoruz sibi a dño repro
mitti. non aliquid xpō rndet: nec
gratiam vel laudē illi rependit. qꝛ
.s. plus corpis q̄ anie desiderabat
salutem. ⁊ gratiorem sibi pñtem
vitam indicabat q̄ futuram. Sz
xpus non vecordiā iacentis respi
cit: immo fidē offerentiū intēdens
ingrato pctā dimittit. Et qꝛ semp
virtutib9 inuidia comes est: audi
amus quid sequitur Hic blasphe
mat. non voce oris hoc dixerūt sed
in secreto cordis Quod maīfestat
euāgelista cū dt. ⁊ cū vidisset ihs
cogitacōes eoꝝ dixit. vt qd cogita
tis mala in cordib9 vrīs. Quid aūt
vocent blasphemiā marc9 maīfes
ti9 exponit. d. Et cogitabant inqt
quidā de scrib' in cordib9 suis dicē
tes Quis pt pctā dimittere n sol9
deus. Legerant siquidē scriptū in

prophetis dicẽte dño. Ego sũ qui
deleo iniquitates tuas Et iã indig
nabant̃ q xp̃s quẽ purũ hoiem
existimabãt. palitico pcc̃orum ve
niam pmisisset tanq̃ de⁹. Qñuis
ergo nesciẽtes verũ dicũt scribe ⁊
pharisei. q nemo poterãt peccata
dimittere nisi solus de⁹. qui p eos
quoq dimittit quib⁹ potestatem
dimittendi tribuit Et iõ xp̃s ver⁹
deus esse probat̃. q pccã quibus
vult dimittere valet. Et cũ vidiss;
iħs cogitacões eoruz. Scrutator a
nimoꝝ de⁹ preueniẽs mentiũ ma
la cõsilia. oñt scribis blasphemã
tibus se deum esse. qui põt etiã oc
culta cordis eoruz euidẽter agnos
cere. et quasi tacẽs loquit̃. vt cog
noscatis me veratiter deũ esse ma
nifestũ vobis sit. latebras etiã co
gitationũ vestraruz me aptissime
cognoscere Ea ergo ptãte deitatis
qua cogitacões vias intueri vale
ognoscite. etiã hoibus pccã me
posse dimittere. Quid ẽ facili⁹ dice
re dimittunt̃ tibi pccã. an dicere.
surge ⁊ ambula. Vtrum palitico
peccata fuerint dimissa sol⁹ xp̃s
nouerat q̃ dimittebat. surgentez
aũt ⁊ ambulantẽ illum. oẽs qui
assistebãt visu approbaẽ poterãt
Et ideo dñs carnale signuz sanita
tis extrinsecus opatus ẽ. vt spũa
le signum. hoc est veniam peccato
rum intrinsecus pbaretur fecisse
Vt sciatis aũt q filius hoĩs ha
bet potestatez in terra dimittendi
pccã tũc ait palitico Patet q ⁊ si
de⁹ est. q̃ q̃tum distat occasus ab
oriẽte longe fecit a nob iniq̃tates

niãs. ⁊ fili⁹ hoĩs h; ptãtem dimit
tendi pccã. ergo idem ipse ẽ xp̃s
⁊ de⁹ ⁊ fili⁹ hoĩs: deus q̃ p dimitatẽ
pccã dimittit. filius hoĩs q̃ p hu
manitatẽ p pcc̃orib⁹ mori potuit.
Quod autẽ dicit. tunc ait palitico
verba sunt euangeliste Tolle ait
lectũ tuũ. hoc ẽ. porta portantez te
vt qđ fuit testimoniuz infirmita
tis. sit pbatio sanitatis Et surrexit
⁊ abijt in domũ suã. Inter dictuz
dñi ⁊ factũ nulla distantia ẽ Ipse
enĩ dixit ⁊ facta sũt. ipse mãdauit
⁊ creata sũt. et oĩa quecũq voluit
fecit. Inter dicere ãt nostrũ ⁊ facẽ
plurima distãtia est: q facile q̃ dẽ
loqui possum⁹. s; cuz labore opera
mur Christi vero dictũ mox opa
comitant̃: qm̃ ipẽ dixit ⁊ facta sũt
Ait ergo. Quid ẽ facili⁹ dicere. di
mittunt̃ tibi pccã. an dicẽ. surge
⁊ ambula. Ac si dicat. Sicut faci
le est m̃ dicere palitico surge ⁊ oti
nuo surgit. sic facile ẽ dicẽ. dimit
tunt̃ tibi pccã. ⁊ cõtinuo dimittũ
tur. Videntes turbe ⁊ populi signũ
quod fecerat timuerũt deuz ⁊ glo
rificauerũnt eũ qui dedit ptãtem
talem hoibus. talem. s. vt homo in
ter hoĩes posit⁹ posset sanitatẽ cui
cunq vellet tribuere. Cõfutatis
igit̃ illis qui dñm blasphemie ar
guebãt merito stupentes turbe i
laudem creatoris psiliunt. ad cu
ius imperium nulla interueniẽte
mora festina salus totũ hoiem re
pente possedit. Ex curatione autez
istius palitici datur nob intelligi
plerasq incõmoditates homini
bus propter peccata contingere.

Quinq3 siquidē differētie causarū traduntꝰ ꝑ quib⁹ corporibus hūanis tpales molestie diuinit⁹ inferuntꝰ. Aut em̄ ad augēda merita p pacientiā. electi infirmitate corporis grauantꝰ: vt beato iob a tbobie ↄtigit. ā ad custodiā virtutu3 ne supbia temptāte eiciantꝰ: sicut aplo paulo datus ē stimul⁹ carnis. ne magnitudine reuelationū extollereꝰ. aut ad intelligenda a corrigēda peccā. sicut maria soror aaron ppter temeritatis verba lepꝰ percussa ē. sicut ec paliticus de quo agim⁹. qui vt potuisset curari pmū remissione pccōru3 indiguit. aut ad gloria3 dei. sicut īfirmitas lazari non ad mortē ꝫ ꝑ gloia dei fuit Aut ad inchoacōem eterne dāna cōis. quod ppie reprobo4ū est. sic anthioch⁹ a herodes. q̄ quod i iehenna passuri erāt pn̄ti miseria cūctis oñdebant: quib⁹ illud ↄuenit ppheticū Et duplici ↄtritione cōtere eos. Vn̄ qm̄ qua causa flagellemur scire nō possum⁹. necesse ē vt in oībus aduersis que tpalitꝰ patimur. hūiliter dño grās agamus. et quicq̄d nos peccasse dephēderim⁹. humili satisfactōe purgemus. vt qn̄q3 de attributis diuine pietatis beneficijs pfecte grātulemur Hec curacō palitici a saluatore mirabiliter patrata iuxta littera3 manifesta ē Sed qz in humanis actib⁹ xpristi. diuina semp latent misteria considerandū q̄d transfretatio dm̄i in suā ciuitatem allegorice significet. Ait enī3 euāgelista. Ascendens ihesus in nauiculam transfretauit. et venit in ciuitatē suā. Superi⁹ sanct⁹ mathe⁹ narrauit qz dn̄s postq̄ i mari dormiuit. atq3 excitatus tempestates sedauit venerit in regionē gerasenorū. vbi hoiem curauit quē legio demonū inuaserat: mox q3 sicut presens lectio narrat. adiungitꝰ. quia ascensa naui transfretauit a venit in ciuitatē suā. Allegorice p nauiculam quā dn̄s ascēdit. significatꝰ crux dn̄ice passionis. in qua3 dn̄s ipse ascendit. vel ipsū corp⁹ dn̄icum q̄d in ea pependit. vel specialiter aīa vniuscuiusq3 fidelis. siue gn̄aliter vniuersa sācta ecclīa Per mare aūt quod dn̄s transfretauit designatur presens seculum quod frequentissimis tribulationum angustijs. quasi quibusdā procellis ↄmoueꝰ. Per nazareth vero ciuitatem in qua domin⁹ conceptus a nutrit⁹ fuit. q̄ interpretatur flos siue custodita. nō immerito designatur sancta ecclesia. hoc est multitudo electo4. que ne florem fidei ā boni opis fructu3 amittat. grā dei mūdatꝰ a sordib⁹ viciorū. a custoditꝰ ab incursu insidiā tium demonū. Qz ergo dn̄s postq̄ in mari dormiuit regionē gerasenoz adijt. atq3 inde reuertēs in patriā sua3 remeauit significat. q̄a resurgēs a sōno mortis ad pplm gentiū ab incursu demonū curandū p aplos trāsiuit. S3 cū intrauerit plenitudo gētiū mox ad ciues suos iudeos. p illi⁹ tempo4 pdicatores reuerteꝰ. Ibi curauit paliticū pplm. s. iudeoru3 a peccatis tam

originalib9 q̄p actualib9 emundā do oēs q̄ preordinati sūt ad vitā eternā. Iterū alio mō. Ascendens dn̄s i nauim transfretauit ⁊ venit in ciuitatē suā: qꝛ ascendēs in crucem q̄ designat̄ p nauim post deuictos ⁊ calcatos fluctus pturbacōnum isti9 seculi. venit in ciuitatē suā; i ecclām. q̄ testātē psalmista ciuitas dei vocat̄. Gloriosa inquit dicta sunt de te ciuitas dei In quo loco noīe ciuitatis ecclīa. hoc ē mlt titudo significat̄ electoꝝ Tunc āt dn̄s in ciuitatē suam i ecclesiā venit cū p predicacōem aplorū in cordib9 electoꝝ ascēdit Cū em̄ sci apl'i auditores suos ad hanc fidem sua predicacōe pducebāt vt crederent diuinitatē filij dei in vtero virginis hūane infirmitati sociatam. ⁊ in eadē carne natū. crucifixum atqꝫ sepultū. ⁊ tercia die resurrexisse. ac idem corp9 ad celū assumpsisse. ⁊ in eo ad dexteram patris in celestib9 ꝯsedere. atqꝫ in eo rediturū in fine seculi ad iudicandos viuos ⁊ mortuos. Itē xp̄c in sancta ecclesia. hoc est in cordibus credentiū p fidem ascendit Et ecce offerebant ei paraliticū. Paraliticus iste in lecto iacēs moraliter significāt animā infelicem q̄ in delectacōe peccati tanq̄ in lecto quodā miserabiliter requiescit. Cuius paralitici curacō designat curacōem ac reparacōem eiusdē languentis aīe. que post longū errorē carnalis voluptatis ad creatorem suum reuerti desiderat. Sꝫ ⁊ anima vt saluari queat pꝛ̄ijs i

diget portatorib9. hoc est bonis doctorib9: qꝛ sua doctrina spem salutis ei subministrent. ⁊ sua sācti tate opem intercessionis corā dn̄o impendāt. Qui bene vt marc9 ōnt quatuor fuisse reperiunt̄. ꝑpter q̄tuor videlicet libros euangeliorū quib9 constat fundamentū totius doctrine. siue ꝑpter q̄tuor principales virtutes quib9 sanitas vniuscuiusqꝫ ꝯstat aīe. prudentiā .s. fortitudinē. temperanciā. atqꝫ iusticiā. que ab alijs noīantur sobrietas. sapiētia. fortitudo. atꝫ iusticia. quib9 vtilius michil ē in vita hūana. Quecūqꝫ em̄ anima doctrina quatuor euangeliorū fuerit imbuta. ⁊ hijs quatuor virtutibꝫ suffulta merebit̄ a dn̄o integram sanitatem recipere adeo vt surgat lectum suū tollat. ⁊ ad domū redeat. Vn̄ ⁊ subdit̄. Surge tolle lectū tuū ⁊ vade in domū tuam. Per lectum designat̄ corp9 cuiuslibet hominis. Sic enī anima in corpore queadmodū corp9 in statu suo requiescit. Vel certe p lectū proximus noster intelligitur. ad quē tempore tribulacōnis ⁊ angustie tanq̄ ad repensandū se cuti recurrim9. Et surrexit ⁊ abijt in domū suā magnificās deū. Fecit dn̄s signum hoc tunc in paralitico corpaliter. facit ⁊ hoc quotidie in sācta ecclesia spūaliter: sicut em̄ tunc p̄cepit paralitico vt surgeret ⁊ portaret lectū suū. a quo portat9 fuerat ita quotidie nobis in vicijs carnalibus tā̄ delectabiliter i lecto iacentib9 iubet diuinitus vt surgam9

Et postq̃ a peccatis surrexerim⁹
imperat vt infirmitates q̃ȝ alioꝝ
siue corporũ siue morũ portare cu
remus. quẽadmodum a nos tem
pore nostre ĩfirmitatis a fratrib⁹
portati sum⁹. Et qm̃ p lectum car
nem etiaȝ significari dixim⁹ impe
rat etiã surgentib⁹ vt lectuluȝ no
strum portem⁹. hoc est vt carneȝ
nostram que nos portauit ad vi
cia. nos ẽportare studeam⁹ ad vir
tutem cõtinentie: vt que nos leta
traxit ad culpam. afflicta reducat
ad veniam. Imperat autem hoc
nobis dominus quotidie p semet
ipsum. hoc ẽ p annunciacõem eu
angelij. p dicta ꝓphetarũ. a p vari
a ac diuersa sanctorum exempla
Ait ergo dñs palitico Surge tol
le lectum tuũ Ac si aie dicat in pec
catis iacenti. Surge de vicijs. s. car
nis ad virtutes spirituales. et por
ta lectum tuum. hoc est carnẽ cor
poris tui que te portauit ad pecca
tum a culpam. reporta ad veniaȝ
Vel porta lectum tuum. i. fratreȝ
tuum a quo a tu portatus es. a va
de in domum tuaȝ. i. qui p diuersa
viciorũ flagicia oberrasti. reuer
tere ad custodiam tui domuȝ ꝙp
pe redire est vnumquẽqȝ errantẽ
ad custodiam sui reuerti. a semet
psum in mandatis sui creatoris
ꝯstringere: vt totus homo interi
or videlicet a exterior deo possit pla
cere. Domus etiã nostra intelligi
tur paradisus a quo qꝫ p inconti
nentiã cecidim⁹. necesse ẽ vt p cõ
tinenciã redeamus. Sed dum tal
anima que peccatis languerat re

currit ad veniam. fit plerumqȝ vt
hoc multi videntes in dei laude ex
ardescant. Vnde a hic subditur
Quia videntes turbe timuerunt a
glorificauerunt deuȝ. qui dedit po
testatem talem hoibus. Homini
bus dicit vel paralitico scilicet. q̃
debilitate corporis contectus ad
iussioneȝ xpristi statim resurgere
potuit et lectum portare. vel poti⁹
dño ihesu xp̃o. qui solo sermone
sanitateȝ anime simul a corporis
homini membris dissoluto resti
tuere valuit. Simili modo a in aia
hoīs languentis spiritualiter fit
Nam dum hijs qui diucius i pec
catis iacuerat ad veniã recurrere
conspicit. multi fideliũ glorificãt
deum. qui dat potestatẽ taleȝ hoĩ
bus vt post longam vicioruȝ cala
mitatem resurgere valeãt ad salu
tem animaruȝ. Nam quãdocunqȝ
sanitas siue in corpore siue in aia
accidit. ab ipso tribuit. Vnde et
ipse ihesus qui a saluator vocatur
quoniaȝ ipse saluum facit popu
lum suum a peccatis eoruȝ. qui vi
uit a regnat cũ patre a spiritu san
cto. p omnia secula seculorum

Dominica. xx.
Scdm Matheum

In illo tẽpore Dice
bat ihesus turbis parabolaȝ hãc
Simile factum est regnum celoꝝ
homini regi qui fecit nupcias fili
o suo. Et reliqua. Omelia venerã
bilis bede presbiteri

Extum lectionis euãgelice
frẽs carissimi volo si pos
sim sub breuitate trãscur
rere. vt in fine eiꝰ valeã ad loqn
dum largius vacare. Sed queren
dum prius ẽ an hec apud mathe
um ipsa sit lectio. que apud lucã
sub appellacõe cene describit. Et q̃
dem sunt nonnulla que sibi disso
na esse videnť: qꝛ hic prandiũ. il
lic cena memorať. Hic q̃ ad nup
tias non dignis vestibꝰ intrauit
repulsus est: illic nullus q̃ intras
se diciť repulsus esse phibeť. Qua
ex re recte colligiť. qꝛ hic p nup
tias presens ecclesia. ⁊ illic per ce
nam eternũ ⁊ vltimũ conuiuiũ de
signatur: qꝛ et hanc nonnulli exi
turi intrant. et illam quisquis se
mel intrauerit vlteriꝰ non exibit
At si quis forte contendat hanc
eandem esse lectionẽ. ego meliꝰ
puto salua fide alieno intellectui
cedere q̃ꝫ contentionibꝰ deseruire.
qm̃ intelligi cõgrue forsitan põt
quia de piecto eo qui cũ nuptiali
veste non venerat. quod lucas ta
cuit. matheus dixit Q̃ꝫ vero p illũ
cena. p hunc autem prandium di
citur nequaq̃ꝫ vel hoc nostre intel
ligentie obsistit: qꝛ cum ad horã
nonam apud antiquos quotidie
prandium fieret. ipsum quoqꝫ ce
na vocabatur Sepe aũt iam dixis
se memini. qꝛ plerumqꝫ in sancto
euangelio regnum celorum pre
sens ecclesia nominať. Congrega
tio quippe iustorũ regnũ celorũ
dicitur Quia enĩ p pphetam dicit
dominꝰ. celũ m̃ sedes ẽ Et salomõ
ait. Anima iusti sedes sapientie
Paulus etiã dicit xpistũ dei vir
tutem ⁊ dei sapientiã. liquide colli
gere debemus: qꝛ si deus sapienci
a. anima iusti sedes sapiencie. dũ
celum dicitur sedes dei. celum ẽgo
est aĩa iusti. Hinc p psalmistã
de sanctis predicatoribus dicitur
Celi enarrant gloriã dei. Regnũ
ergo celorum est ecclesia iustorũ
quia dum eorũ corda in terra nil
ambiunt. per hoc qꝛ ad superna su
spirant iam in eis dominꝰ quasi ĩ
celestibus regnat. Dicatur ergo
Simile est regnum celorum homi
ni regi qui fecit nuptias filio suo
Jam intelligit caritas vestra q̃s
est iste rex regis filij pater: ille ni
mirum cui psalmista ait. Deus iu
dicium tuum regi da: ⁊ iusticiam
tuam filio regis. Qui fecit nupci
as filio suo. Tunc enĩ deus pater
deo filio nuptias fecit quãdo hũc
in vtero virginis humane nature
coniunxit. q̃ui deũ ante secula voluit
fieri hominẽ in fine seculorũ. Sed
qꝛ ex duabꝰ psonis fieri solet ista
nuptialis coniunctio. absit hoc ab
intellectibꝰ nostris vt psonã dei
⁊ hois redemptoris nostri ihesu
xpisti ex duabꝰ psonis credamꝰ
vnitam. Ex duabꝰ quippe atqꝫ in
duabus hunc naturis existere di
cimus. sed ex duabus psonis cõ
positum credi. vt nefas vitamus
Aptius igitur atqꝫ securiꝰ dici po
test. qꝛ in hoc pater regi filio nup
tias fecit. quo ei p incarnatiois
misteriũ sanctã ecclesiã sociauit
Vterus autẽ genitricis virginis

huius sponsi thalamꝰ fuit Vnde
et psalmista dicit. In sole posuit
tabernaculū suū. et ipse tanq̄ spō
sus ꝓcedens de thalamo suo. Tā
q̄ spōsus quippe de thalamo suo
processit. qui ad ꝯiungendā sibi
ecclīam incarnatus deus. de incor
rupto vtero virginis exiuit Misit
ergo seruos suos. vt ad istas nup
cias amicos inuitarent. Misit se
mel. misit iteruz. q̄r incarnationis
dnīce predicatores et prius ꝓphe
tas et postmodū apostolos misit.
Bis itaq; seruos ad inuitandum
misit: q̄r incarnacōez vnigeniti. et
p ꝓphetas dixit futurā. et p aplos
nunciauit factam. Sz q̄r hij q̄ pri
us inuitati sunt ad nupciarū ꝯui
uiū noluerunt venire: in secūda in
uitacōe iam dicit. Ecce prandium
meū paraui. thauri mei et altilia
mea occisa sunt. et omnia parata
Quid i thauris et altilibꝰ fratres
carissimi. nisi noui et veteris testa
menti patres accipimꝰ. Quia ei
vulgo loquor. etiā ipsa me neces
se est verba euāgelice lectionis ex
planare. Altilia eniz saginata di
cimꝰ. ab eo eniz quod ē alere alti
lia quasi alitilia vocamꝰ. Cū vero ī
lege scriptū sit diliges amicū tuū
et odiū habebis inimicū tuū accep
ta tunc iustis licēcia fuerat. vt dei
suosq; adūsarios q̄nta possent vir
tute ꝯprimerēt. eosq; iure gladij
ferirent Quod i nouo procul dubio
testamēto ꝯpescit. cū p semetipsā
veritas predicat dicens. Diligite
inimicos vestros. benefacite hijs
qui oderūt vos Quid ergo p thau
ros. nisi patres testamēti veteris
significant. Nam cū ex pmissiōe
legis acceperant quatenꝰ aduersa
rios suos odij retribucōne percute
rent. vt ita dicā qd aliud q̄ thau
ri erant. q̄ inimicos suos virtutis
corporee cornu feriebāt Quid vero
p altilia nisi patres noui testamē
ti figurāt. Qui dū graciā pingue
dinis interne pcipiūt. eternis desi
derijs inniteteṡ ad sublimia ꝯtem
placōnis sue penna subleuant In
imo quippe cogitacōnem ponere
q̄d est aliud q̄ q̄daz ariditas mē
tis. Qui aūt intellectu celestiū iaz
p scā desideria de supnis delectacō
nis intime cibo pascunt quasi lar
giori alimēto pinguescūt. Hac ei
pinguedie saginari psalmista cō
cupierat cū dicebat. Sicut adipe et
pinguedie repleat aīa mea Quia
igit predicatores dnīce incarnati
onis missi. psecucōem ab infideli
bus et prius ꝓphete. et postmoduz
sācti apli ptulerūt. inuitatis et ve
nire nolentibꝰ dī. Thauri mei et al
tilia occisa sūt. et oīa pata. Ac si a
pertiꝰ dicat. Patrū precedētiū mor
tes aspicite: et remedia vite vr̄e co
gitate Nōnduz vero q̄r priori inui
tacōe. nil de thauris et altilibꝰ di.
In secūda aūt iam thauri et altili
a mactata esse memorāt: q̄r oēs
deus cū verba eiꝰ audire nolumꝰ
adiūgit exempla. vt oē quod im
possibile credimꝰ. tanto nob ad
sperandū fiat facilius. q̄nto p hoc
transisse iam et alios audimꝰ. Se
quitur. Illi autem neglexerūt. et
abierūt. alius in villam suā. aliꝰ

vero in negociacōez suā. In villaꝫ
ire est labori terreno imoderātius
incumbere. In negociacōem vero
ire est actionū secularium lucris in
hiare. Quia enī aliꝰ intentus labo
ri terreno. aliꝰ vero mundi huiꝰ
actionibꝰ deditꝰ. misteriū dn̄ice in
carnationis pēsare. ⁊ ꝫm illud vi
uere dissimulat: quasi ad villam
vel negociū ꝑgens venire ad nup
cias regis recusat. Et plerūqꝫ qḋ
est grauiꝰ. nōnulli vocātis grām
nō solum respuūt ſꝫ etiaꝫ ꝑsequū
tur. Unde ⁊ subdit. Reliqui vero
tenuerūt seruos eiꝰ. et ꝯtumelijs
affectos occiderunt. Sed rex ista
cognoscēs missis exercitibꝰ perdi
dit homicidas illos. ⁊ ciuitateꝫ il
lorū succendit. Homicidas ꝑdit:
qr ꝑsequētes interimit. Ciuitateꝫ
eorū igni succēdit: qr illorū nō so
lum aīe sed caro quoqꝫ in qua ha
bitauerāt. eterna gehenne flāma
cruciat. Missis exercitibꝰ extinxis
se homicidas dicit: qr in hoībus
omne iudiciuꝫ ꝑ angelos exhibe
tur. Quid namqꝫ sunt illa angelo
rum agmina: nisi exercitus regis
nostri. Unde ⁊ iisdem rex dn̄s sa
baoth dicit. Sabaoth quippe ex
ercituū interpretat. Ad ꝑdendos
ergo aduersarios suos exercitꝰ
mittit: nimirū qr dn̄s vindictaꝫ ꝑ
angelos exercet. Cuiꝰ vindicte po
tenciā tunc patres nostri audie
bant: nos aūt iam cernimꝰ. Ubi
sunt enī supbi illi. martiruꝫ ꝑsecu
tores. Ubi illi qui contra cōdito
rem suum ceruicē cordis erexerāt
et de huius mūdi gloria mortife
ra tumebāt Ecce iam mors marti
rum floret in fide viuentiū. ⁊ hij q̄
Sedie dimissa pc̄tā vbi frater na caritas non est dominus docet de illo seruo quē cuz inuenis set debitorem decem miliū talento rum. deprecanti aūt oīa dimisit. Il le aūt sui ꝯserui qui ei debebat cē tum denarios cum misertus nō fu isset: iussit eum domin⁹ reddere q̄ ei dimiserat. Tp̄us ergo quo acci pitur indulgentia ꝑ baptismum tanq̄ tp̄s est reddende racōnis vt oīa debita que inuenta fuerint di mittantur. Non tn̄ ille seruus p⁹ ea dedit ꝯseruo suo mutuatā pecu niam quā ille non posset reddere: non eius misꝑtus est: sed etiam ei debat. ⁊ sic cesserat vt ei dimitterꝫ domin⁹. Hoc indicant verba ꝯser uī dicentis. Paciam habē in me: ⁊ oīa reddā tibi. Alioquin dicerꝫ Jam in hoc dimiseras: cur iterꝝ re petis. Hoc ⁊ ipsius dn̄i verba ma nifestius apiunt. Ait em̄. Egress⁹ aūt seruus ille inuenit vnū de con ꝯuis suis qui debebat ei centum de narios. Non dixit. cui debitū iam centum denarioꝝ dimiserat. Si ei dimiserat: nō ei debat. Quia ergo dixit debebat ei: manifestum est. q2 non dimiseāt. Et melius quidē fuerat atq3 hoc potius ꝯgruebat tanto debitori reddenti rationem: ⁊ expectanti miam domini sui: vt prius ipse conꝯuo dimitteret qđ ei debebat ⁊ sic ad rationem reddē dam vbi mia domini implenda erat accederet. Nec tamen illud qđ nondum conꝯuo dimiserat im̄ре diuit dominū eius: quo minus in tempe illo accipiende racōnis di mitteret ei omnia que debat. Sed quid ꝓfuit quando quidem in ca put eius ꝓpter odiorum ꝑseuerā tiam rursus omnia cōtinuo repli cata sunt. Sic non impedimur a baptismi grā: quo minus omni a peccata dimittat: etiā si odiū fra ternum in eius cui dimittunt᷑ ani mo ꝑseuerat. Soluitur em̄ hester nus dies ⁊ quicq̄d supest soluit᷑. etiaz ipsa hora momentumq3 an ⁊ in baptismo. Deinceps aūt re⁹ esse incipit cōtinuo: nec solum cō sequentium: ſ3 etiam preteritoruz dieꝝ. horaꝝ. momentoꝝ redeunti bus omnibus que dimissa sunt. Et sepe ista ꝯtingunt in ecclesia.

Scdm matheum

n illo tēpore Dixit

ihs. d. s. parabolam hanc. Sile est regnū celoꝝ hoi regi q̄ voluit racō nem ponere cū seruis suis Et reliq̄

Omelia

Aluator nr̄ dilectissimi cū hoibus cōuersationē ha bens non solū pctā vitaē nos docuit: sed ⁊ q̄liter a reatu pec catoꝝ absolui possem⁹ pio ⁊ quo dā salubri ꝯsilio nos instruere cu rauit. Est aūt ꝯsilium eius hmōi vt si volum⁹ a debitis peccatorum nr̄orum corā deo absolui: nos q̄ꝫ offensores nr̄os a culpis q̄bus er ga nos rei tenent̄ absoluam⁹ Ad hec aūt non solū frequenti nr̄oꝝ exhortacōe: ſꝫ ⁊ opis execucōe nos inuitare dig̃tus est Verboꝝ exhor tacōne cū ait. dimittite ⁊ dimitte mini. Et rursū. Cū stabitis ad orā dū. dimittite si quid hētis aduersū aliquē. Et iterū. Si dimiseritis hoi bus pctā eoꝝ. dimittet ⁊ vobis pr̄ vr̄ celestis pctā vestra. Et cū inter rogaret̄ a petro: num vsq̄ꝫ septies dimittendū esset fratri: ait. Non dico tibi septies: ſꝫ vsq̄ꝫ septuagi es septies. Operis q̄ꝫ execucōe. g̃n de ac memorabile h⁹ rei nobis re liq̄t exemplū Quid em̄ ait cum a crucifixoribus suis mirra potaret̄ ⁊ felle: ⁊ subleuaret̄ in crucē. Pa ter dimitte illis. qꝛ nesciunt q̄d fa ciunt. Ita frēs dn̄s ihs xp̄us fa ctus ē nobis sicut aquila puocās ad volandū pullos suos ⁊ sup eos volitans. Paꝝ illi visum est solis verbis nos puocasse ad volandū vsq̄ꝫ ad eaꝫ pfectionē qua diligū tur inimici: ⁊ ignoscit̄ debitoribꝫ: n̄ ⁊ in seipso eiusdeꝫ rei nobis exē plū ondisset ⁊ q̄si quodam subli mi volatu suo ad imitandū se nos inuitassꝫ. Certe hoi sensato ⁊ lapi deū cor nō hn̄ti: solū hoc sufficere debat exemplū. ⁊ si oīs illa vestro rum exhortatio premissa non fuis set. Et verbis quidē aliqn̄ planis. et manifestis ad hanc pfectionē nos inuitat. sic in premissis pꝫ ex emplis. Aliqn̄ vero ⁊ parabolicis si cut in euangelio q̄d pre manib⁹ nunc hēm⁹ dicit em̄. Simile ē reg num celoꝝ ⁊c̄. Qui sunt celi: ⁊ q̄d est regnū celoꝝ q̄d assimilatuꝫ ē hoi regi. Sicut ait scriptura aīa iu sti sedes ē dei. sedes aūt dei celū est ꝯsequens ē vt aīe scōrum celi sunt Sꝫ ⁊ angelici spūs celi dicunt̄: q̄s ad laudem dei inuitat ps̄. dicens. Laudate eum celi celoꝝ. Regnuꝫ celoꝝ ⁊ beatoꝝ oīm: quid est nisi vita eterna. Vita aūt eterna xp̄s est qui ait. Ego sum via. veritas ⁊ vita. Ipse vtiq̄ꝫ terra viuentiū he reditas scōꝝ. ipse padisus volup tatis. locus spaciosus in quo sta tuitur pes fideliū. ipse ⁊ rex ⁊ reg num sanctoꝝ in quo. cū quo. ⁊ p quē regnāt omnes electi. Regnū itaq̄ꝫ celoꝝ xp̄s est. Bene aūt hoc regnū celoꝝ ꝯpatur hoi regi qui misericors fuisse phibet̄ debitorē absoluendo. ⁊ iustus ingratū pu niendo qm̄ ⁊ xp̄s homo ⁊ rex regū

& multum misericors misericordi
am querentibus & iudex durus in
gratis. Qui voluit ratione ponere
cum seruis suis. Tres sunt serui re
gis nostri: cum quibus ronem pone
re h3 de debitis suis: Vnus est q
nunquam a debito absoluit nec postulat
vel meret. Alter qui ad tps quidem
absoluit: sed ingratus efficitur.
Tercius qui & absoluit & gratus p
manet. Seruus qui nunquam a debi
to absoluit: vniuersus infideliu est
populus. qui inestimabili debito coram
creatore suo constrictus absolucionem
nec vnquam meretur. nec vnquam inueit
iamque a deo iudicatus est. Duo reli
qui serui duo genera hoim sunt ad
fidem ecclesie venientium. Nam cum
electi & reprobi cotidie sacramen
ta ecclastica suscipiunt. simul cum il
lis in ecclesie gremio nutriuntur:
sed aduersarij illis & doloribus mul
tis eos afficere non desinunt & coar
tat esau iacob in visceribus matris
Sunt ergo in ecclesia serui duo bo
nus & malus. electus & reprobus
Nam tercius ille de quo diximus fo
ris est. Et omnes quidem serui sunt
summi regis qui ad sibi seruiendum
seque laudandum omnes ad imagi
nem suam condidit. sed a seruitio
eius duo recedunt. vnus autem per
manet. Sed quod est debitum quod dnt
singuli domino suo. Debiti nomi
ne peccatum in scripturis appella
ri ex hoc ppendimus. quod dum
docuisset saluator sic nobis oran
dum esse dimitte nobis debita no
stra: sicut & nos dimittimus debito
ribus nostris. statim post pauca sub
iecit. Si enim non dimiseritis homi
nibus peccata eorum: nec pater vester ce
lestis dimittet vobis peccata vestra.
Hoc autem debito omnis homo obliga
tus est deo. Omnes enim in peccatis
concipimur: & in peccatis nascimur
& in peccatis omni tempore viuimus.
Ponit autem ratione cum seruis
suis dns: quando per ora predicatorum: si
ue etiam per occultam inspirationem
culpas quorumlibet delinquentium
redarguit. & satisfactione de pecca
tis exigit. Audit seruus ille infidel
contemnit. induratur ad increpatio
nem. veniam nec querit. nec inueit.
sed damnatur in infidelitate sua.
Audit seruus electus. compungi
tur. satisfacit. de peccato absoluit
& pmanet gratus quia delinquen
tibus in se conseruis suis libenter ig
noscit. Quid autem agat seruus
ille reprobus qui quidem cum electis
ad tempus in ecclesia conseruat au
diamus ex verbis euangelice lectio
nis. Is enim est de quo dicit. Ob
latus est vnus qui debat decem mi
lia talenta. Debitor plurium talen
torum est homo multorum criminalium
peccatorum reus qualia sunt adulte
rium. homicidium. sacrilegium. fur
tum. periurium. rapina. aut etiam in
fidelitas & similia. Talenti nomie
autem apte designantur que huiusmodi
sunt: pro eo quod hec grauissima sunt
sicut hoc genus ponderis inter cete
ra pondera que certis nuncupationi
bus distinguunt grauissimum est. Vnde
& in zacharia propheta talenti noie
impietas designat cum dicit. Et vi
di & ecce talentum plumbi portabat

& ꝓiecit illud in medio amphore
& dixit. Hec ē impietas Sicut aūt
talenti diuerse sunt species. & ita
ipsa criminalia inter se differenti
a sunt. Et reuera portasse. q̄ nomi
ne talenti peccata grauissima in
telligi voluit. non adiecit vt dice
ret talenta auri aut argenti q̄ no
mina hec preciosaꝝ reꝝ significa
tiua sunt: vtpote virtutum atꝫ sci
entie: sed simpliciter dixit decē ta
lenta. Mille vero taleñ debere dica
tur: qui q̄libet grande pct̄m toti
ens iterauerit: vt etiam ꝯsuetudi
nem duxerit. Apte em̄ p millena
riū qui quartus est in ordine eo
rum nūorum a quibus inchoatur
numerandi ꝓgressio. consuetudo
peccati intelligi pt̄. q̄a ipsa in pro
gressu peccatoꝝ quartū obtinet
locū. Sicut em̄ ab vnitate vsq̄ de
cem p adiectionē vnitatū. & a. x.
vsq̄ ad centum p adiectionem de
narioꝝ. & a centū vsq̄ ad mille p
adiectōꝫ cētenarioꝝ nūando ꝓgredi
mur: sic a delectatione peccati que
prima est vsq̄ ad ꝯsensum. a ꝯsē
su vsq̄ ad actū. ab actu vsq̄ ad cō
suetudinē ꝓgressio fit. Decies aūt
mille taleñ debet: qui cuncta deca
logi mandata iniqua cōsuetudīe
violauit. iamq̄ omnis iusticie cō
temptor effectus est. Sicut enim
post mille quintus inter limites
numeroꝝ est decē milia: ita p⁹ pec
candi cōsuetudinem quintum ob
tinet locum ꝯtemptus. Iux̄ illud
q̄d alibi dicit̄. Impius cū venerit
in ꝓfundum vitioꝝ: ꝯtemnit. Q̄d
si cui onerosa est expositio hec: di

cat simpliciter̄ decē milia talenta
debere eum: qui multa criminalia
pct̄ā ꝯmisit. sicq̄ vt fieri solet nūe
rus finitus ꝓ infinito positus. Se
quit̄. Cum aūt non haberet vnde
redderet: iussit eū dn̄s suus venū
dari &c̄. Peccator cum arguitur
a domino p os ministri sui: siue p
ꝓpriam ꝯscientiam non habet vn
de reddat debitū: dum adhuc ad
correptionem cor obdurat. dum
nec timore ꝯcutitur nec salubri do
lore ꝯpūgitur. neq̄ ad lacrimas
vsq̄ succenditur Iubet ergo mini
stris suis domin⁹ venundare eum
qui eiusmodi est cū vxore & filijs
vt debitum possit exsolui. Iuxta
em̄ loquendi modū quo viuifica
re dicunt̄ animas: qui viuere eas
ꝓnūciant. et mortificare qui mor
tuos esse testantur etiam venūda
re pctōrem nō incongrue dici pos
sunt ministri domini: qui eum p⁹
simplicē & blandā ammonicōem
aspera inuectione minis gehēne
pterrent. atq̄ in potestate satha
ne venundatum esse ꝓnunciant.
Moneta quippe dyaboli pct̄m est
p cuius breui delcāmento in ma
nus illi⁹ se tradit hō cū peccat Vn̄
in psona pctōris apl̄s loquens
ait. Ego aūt carnalis venundat⁹
sum sub pctō Et p ꝓphetam pctōri
bus dr̄. Gratis venundati estis.
vtiq̄ gratis. q̄ pct̄m pro quo se
vendit homo: nullius est precij &
nihil est. & nihil fiunt hoīes cum
peccāt. Vxorem q̄q̄ pctōris vna cū
filijs venundare est ꝯcupiscentiā
eius prauam: atq̄ opa iniq̄tatis

que ex ipsa propagata sunt· pro eternis cruciatibus venūdata firmis assertōibus cōprobare Aliū quoqꝫ venūdacōis modum in hoc loco possumꝰ intueri Jubet ecclesiastica regula eos qui manifestis criminibꝰ detinētur ꝛ correctionem non recipiūt· ꝑ excōmunicacōis sententiam· a cōmunione ecclie alienos fieri· ꝛ sic sathane tradi· vt spiritus saluꝰ fiat per penitētiam· Nūquid enim non bona venditio quedam est· cum tradimꝰ sathane peccatorem· vt recipiamꝰ iustum penitētem· Sic vendidit apostolꝰ fornicatorem· de q̊ ad corinthios loquitur dicēs Ego quidem absens corpe· p̄sens autem spiritu· iam iudicaui vt p̄ns eum qui sic opatus est· in nomie domini nostri ihesu xp̄i trādere huiusmodi sathane in interituz carnis· vt spiritus saluus fiat· in die domini nostri ihesu xp̄i· Sꝫ quasi alium vicū pro eo recepit· quādo emēdatum cōmunioni ecclesie admisit· scribens pro eo corinthijs vt cōsolarentur eum· et cōfirmarent illum in caritate. Vxorē quoqꝫ obstinati peccatoris vendere iubemur· quia nō solum scd̄m spiritualem: sed ꝛ ꝫm carnalem cōmuniōem a nobis alienādus est· vt ꝛ tōtus sathane deditꝰ appareat· videlicet spū ꝛ carne· vxoris quippe nomie caro solet itelligi· Hinc apostolꝰ ait· Si is qui nominatur frater· est auarꝰ· aut fornicator· aut ydolis seruiēs· aut maledicꝰ· aut ebriosus· aut rapax· cū eiusmodi nec cibū sumere· Non ergo bene vxorem impij vendūt nōnulli prelatorū· qui eisdem quos spirituali cōmunione priuauerunt· vel ab alijs ꝓuatos cognouerūt alicuius familiaritatis causā· carnaliter cōmunicare nō formidāt· Filios similiter vēdere est· eos qui cōsentiunt vel cōmunicāt excōmunicatis eadem ferire sentētia· Horrēdūs est vterqꝫ modus venditionis· ꝛ nōnunq̄ durissima corda etiam reprobōrū nō mediocriter cōturbat· ita vt iniquitate sua ad tempꝰ dimissa· cum lacrimis hūiliētur coram ministris domini· ꝛ satisfactōnem qūtumlibet asperā exhibeant· qd̄ est procidere ante dominū· de qualium numero est seruus hic· de quō dicitur· Procidens autē seruꝰ ille rogabat eum dicēs· Paciētiam habe in me· Ac si diceret· dn̄e ne in furore tuo arguas me: neqꝫ ī ira tua corripias me· Et omnia reddā tibi· qd̄ est dicere· lauabo ꝑ singulas noctes lectū meū· hoc est ꝑ singula peccata quibꝰ iram merui cōscientiā meā emūdare studebo· Sequit Misertꝰ autez dn̄s serui illiꝰ dimisit eū· ac oīe debitū dimisit illi· Miserationes domini sup ōnia opa eius· qꝫ nō solum electis: sꝫ ꝛ ꝛ̄probis qui ad tempꝰ credūt· siue ad tempꝰ penitētie fructus exercent· ꝑ baptismuz· aut penitētiam peccata dimittit· sicut per prophetā promittit dicens· Si dixero impio morte morieris· et conuersus egerit penitentiam a peccato suo· feceritqꝫ

iudiciū ⁊ iusticiam. omnia pecca
ta eius que peccauit non imputa
būtur ei. Egressus autem seruꝰ ille
inuenit vnū ex cōseruis suis qui
debebat ei centū denarios. Omne
debitum qđ homo homini obliga
ri potest. parui ponderis est respe
ctu eius. qui erga deum reꝰ tenet.
ac si decem milibꝰ talentorum cen
tum denarij cōparentur. Et tenēs
suffocabat eum dicēs. Redde qđ
debes Et ꝓcidens cōseruꝰ ille roga
bat eum dicens. Paciētiam ha
be in me ⁊ omnia reddam tibi. Il
le autē noluit: sed abiēs misit eū
in carcerem. quo adusqꝫ redderet
vniuersum debitū. In verbo suffo
candi sṕba ⁊ tyrānicā debiti ex
actō notat. q̄ fit cū vel ꝑ vim vel ꝑ
asperas obiurgatiōes debitor ita
opprimitur. ⁊ quasi strāgulatur.
vt vix respōdendi aut excusādi fa
cultatē possit habere In carcerē ve
ro mittitur. dum coram iudice sta
tuitur. ac per districtā iusticiā vn
diqꝫ coartatur. vt nullꝰ euadendi
locus relinquatur. Videtes autē
cōserui eius que fiebant ⁊c̄. Con
serui nostri. qui cōtristantur sup
iniquitate nostra. ⁊ domino eam
annūciant iusti viri sunt. qui zelo
iusticie accensi. dum enormitates
nostras corrigere non valent ad
deum suspirāt. ⁊ correctōnem nos
tram illi cōmittunt. Sed ⁊ angeli
dei cōserui nostri dicūtur. qui sem
per vidēt faciem patris. ⁊ omnia
nostra intuentes. in conspectu dei
singula annūciant. Tūc vocauit
eum dominꝰ suus ⁊c̄. Seruꝰ neq̄ de

ingrātitudine iudicābūs a domio
vocatur. ⁊ tortoribꝰ traditur. cū
de hac vita per mortem rapitur. ⁊
potestati pessimorū spirituum tor
quendus subijcitur. Tradidit in
quit eum tortoribꝰ. quo adusqꝫ
redderet vniuersum debitū. Sic et
pater meus celestis faciet vobis.
si nō remiseritis vnusquisqꝫ fratri
suo de cordibꝰ vestris. Formidan
da nimiū. ⁊ horrore plena senten
tia. in hoc loco fratres nobis inti
matur. videlicet ꝙ si immisericor
des extiterimꝰ erga debitores nos
tros non solum ea peccata que
post remissionem cōmisimus: sed
⁊ eā que vel ꝑ baptismū siue per
penitētiam nobis dimissa sunt. in
nobis esse punienda. Vnde quidā
ex patribus ait. Qui diuini obli
tus beneficij suas vult vindicare
iniurias. nō solum de futuris pec
catis veniam nō meretur: sed eti
am preterita que sibi dimissa cre
debat. ad vindictam replicabun
tur. Idem rursus ait. Peccatū qđ
ex adam trahitur tēporaliter red
ditur. quia oms propter hoc mo
riūtur. non autem in eternum eis
qui per gratiam renascūtur. si in
eā permāserint. Item alius. Ex di
ctis euangelij constat quia si q̇d
in nos delinquitur. ex corde non
dimittimꝰ. ⁊ illud rursus exigit.
qđ iam ꝑ penitētiā dimissum gau
debamꝰ Alius quoqꝫ eādem affir
mat dicēs. Considerādum est qđ
dicit vniuersum debitū. quia non
solū peccata. q̄ post baptismū ge
rit homo. reputabūtur ei ad penā

sed etiā originalia peccata. que in baptismo ei dimissa sunt. Item ex verbis prophete eadem sententia cōfirmatur cum dicitur. Si auerterit se iustus a iusticia sua. et fecerit iniquitatē secundum omnes abhominationes quas operari solet impius. nūquid viuet. Omēs iusticie eius quas fecerat. nō recordabūtur. Si enim omīs iusticie quas fecit in obliuionem ducitur. ergo et penitentia quā pro peccatis exhibuit. in nihilū reputanda est. Restat igitur ad penā reuocari peccata. pro quibus penitētia exhibita fuerat. cum nihil iam sit qd illa excuset Sed forte queret aliquis. Quomō peccatum qd imputatur peccatori ad penam remissum fuit in baptismo ei. aut penitētia. Ad qd dicimus quoniam eo tempore in tali statu per gratiam domini cōstitutus fuerat. in quo si permāsisset nequaquam ei preterita peccata nocitura fuissent. qd vtique fuit a peccatis esse solutum. Quid ergo fratres dicemus ad hoc. Horrenda plane et supra modum timēda ē sententia quā audistis. Quid obsecro proderit nobis baptisatas esse animas nostras. sepius afflixisse ieiuniis. vigiliis. et ceteris operibus penitētie. elemosinas quoque pauperibus distribuisse vt remissionem acciperemus peccatorū. si peccata nostra que hiis remediis iā nobis a deo dimissa sunt. iterū prauitate nostra aduersus nosmetipsos suscitamus. Quid prodest vulnerato plagā sanasse. si propria negligentiā cicatricem corrūpat ac denuo vulnus apiat. Plane iuxta sermonē domini. et patrū assertiōes. vulneā nostra a celesti medico iam sanata. videlicet peccata iam nobis dimissa. in nostrā perniciem suscitamus. ita vt in futuro examine. singula cruciatum suum nobis inferāt si odium erga debitores nostros gerimus. si veniam delictorū postulantibus obstinate. et inmisericorditer denegamus. Illud quoque attendendum. qd non simpliciter ait. si nō dimiseritis: sed si non dimiseritis inquit in cordibus vestris. Hoc quippe additamēto simulatam recōciliacōnem exclusit. que fit cum quis importunitate rogātium euictus. odio in corde rētento. pacem cum inimico simulat. oportunū tempus vindicte expectat. Restat ergo carissimi vt grāde illud remedium peccatorum. qd tanta diligentia sepius a saluatore nobis cōmendatum est. et sine quo infructuosum nobis est. quicquid pro obtinenda coram deo venia delictorū agimus. sollerter seruare curemus. Supportemus cum omni māsuetudine iniurias proximorū. simus ad ignoscendum debitoribus mansueti. ad miserēdum misericordiam querētibus parati. vt et nos in cōspectu districti iudicis nostri. misericordiam inuenire possimus. prestāte domino nostro ihesu xpō. qui cum patre etc.

Dominica. xxiii.
Scdm Matheum

In illo tẽpore. Abeũtes pharisei consilium inierũt. vt caperent ihm in sermõe. Et reliq.
Omel beati Johis epi.

Omnis malicia ↄfũnditur quidem aliquociẽs racione veritatis. corrigitur autem nunq̃ maxime eorũ qui proposito malo. ⁊ nõ ignorantia peccant. Sacerdotes postq̃ terrere dominum nõ potuerũt dicentes. In qua potestate facis hec postq̃ parabolaꝝ ratiõe cõstricti suo iudicio ipsi se reos fecerũt dicentes Malos male pdet. nemine cõtra eos dante testimoniũ nisi cõsciẽtia sola. Nũquid cõpunxit eos timor peccati. Nũquid cõpescuit eos vel consideratio libertatis. Sed qd. Abierũt ⁊ cõsilium acceperũt. vt eum caperent in sermõe. Quẽadmodum si aliq̃s claudere voluerit aque currentis meatũ. si hic exclusa fuerit aque violentia. aliũde sibi semitã cupit. sic eorũ malignitas ex vna parte confusa. alium sibi aditum adinuenit. Sicut enim nõ potest fieri. vt ligna mittẽdo extinguas incẽdiũ. sic non potest fieri vt rationẽ dicẽdo. places hoiem malũ Sicut ignis q̃nto amplius ligna susceperit in maiorem flammã erigitur. sic anima mala q̃nto magis veritatẽ audierit. eo amplius in maliciam excitatur. Abierũt ergo ⁊ cõsilium acceperũt Quo abierũt. Ad herodianos Nam ex eo q̄ nõ dicit consiliati sunt: sed cõsilium acceperũt. et ex quo pariter cum herodianis venerũt apparet. quia cum illis eiusmodi circũuentiõis consilium tractauerũt. Homo colonus cuius terrã possidet. illius auxilio opus habet. Qui iusticiã tenet nullius patrocinio indiget nisi dei. Qui in dyaboli iniquitatibus ambulat. dyaboli adiutorium necessariũ habet. Colonus enim dei. dyaboli auxilium nõ requirit. Colonus autem dyaboli. auxiliũ dei. ⁊ si querat nõ inueniet Vidisti aliquãdo euntem ad furtum. deum orare. vt bene prosperetur in furto Aut qui vadit ad fornicatõem nũquid signum crucis ponit sibi in fronte. vt non cõprehendatur in crimine. Quod si fecerit nõ solum nõ adiuuatur: sed adhuc amplius traditur. quia nescit iusticia dei patrociniũ dare criminibus. Sic ⁊ isti expugnare christũ cupientes. cõuenienter nõ ad seruos dei viros religiosos: sed ad gentiles se contulerũt. idest ad herodianos. Quale cõsilium tales ⁊ consiliatores. Quis autem dare poterat cõsilium contra christum. nisi dyabolus. qui erat aduersarius christi. Concitabãt enim apud se sacerdotes. si nos soli eũtes interrogauerimus xp̄m. q̃uis dixit quia nõ licet dare cesari tributũ. tamen nemo nobis credit dicentibus cõtra eum Iam enim omnes sciunt. quia inimici eius sumus. Inimicorum autem testimonium in iudicio. ⁊ si verum fuerit. quasi suspectum reprobatur. Sed nec per seipos christum interrogare

volebāt. quia in m̄gna suspectōe
inimicicie fuerāt apd xp̄m. ne for
te quasi suspecti. circūuenire eū nō
possent. Nam inimic⁹ manifest⁹.
melior est q̄ amic⁹ fictus Jlle dū
timet. facile vitatur. iste dum nō
cognoscitur. p̄ualet Miserūt ergo
discipulos suos q̄si adhuc min⁹
cognitos. et min⁹ suspectos vt aut
absconse facile deciperent eū. aut
dep̄hensi. min⁹ erubescerent apud
eum. Nam cōsilio malo dep̄henso
tanto minor nascitur cōfusio. q̄to
fuerit p̄sona deterior. Sed discipu
li illi magistris suis etate minores
erāt. malicia autē pares. Nā pul
li serpētium. statura breuiores sūt
veneno aūt equales et catuli lupo
rū adhuc teneri cōstituti. et sivena
tiōem attingere nō possunt. iam
tamē sanguine gaudēt et morsib⁹
ludūt Magister scim⁹ quia verax
es. et viam dei in veritate doces Ma
gistrū eum vocant. et veracem ma
gistrū. vt quasi honorat⁹ et lauda
tus. misteriū sui cordis simplicit
cis aperiat. tamq̄ volens eos ha
bere discipulos. Hec est enī ypo
critarum prima potentia. simula
tio. et laudatio. laudāt enī quos
p̄dere volūt. vt p̄ delectacōem lau
dis paulatim corda hominū ad
simplicitatē benigne cōfessionis
inclinēt. veluti si quis taurum va
lidum quē viribus nō potest sub
iugaē. vinculo flectere. mollibus
manib⁹ in dorsum eius fricat cer
uicem. et quē virtute tenere nō po
tuit. per blandimētum comp̄hen
dat. Sic et isti cathenam subdole

laudis portantes in ore. et gladiū
malicie abscondētes in corde tau
rum ecclesiastici gregis. dolo lau
dis comp̄hendere festinabāt. De
quo thauro prophetabat iacob
Jam tūc increpabat leui filiū su
um. quia de leui nascituri sacerdo
tes. insecuturi erant xp̄m. Symeō
et leui fratres consūmauerūt iniq
tates suas Jn cogitatiōes eoꝝ nō
veniat anima mea. et in cōsilio eo
rum non cadant p̄cordia mea. q
in ira occiderūt virum. et in furore
suo subneruauerūt tauruz. De ta
libus dicit propheta. Molliti sūt
sermōes eorum sup̄ oleum. et ipsi
sūt iacula. Quid tibi videtur. licet
censum dari cesari: an non. Non
est iustum vt serui summi regis.
terrenis regib⁹ seruiamus. Si enī
indignuz est. vt ex duobus regi
bus homo alteri⁹ alteri obsequa
tur. et iniuriam faciat suo. si sbia
ceat alieno: q̄nto magis indigni
us est vt cultores dei. humanarū
potestatuz grauamina cognosca
mus. Cognita autez nequicia eo
rū. ihesus non scd̄m sermones eo
rū pacificos blande respōdit: sed
scd̄m consciētiam eorum crudelez
et asperam. dixit quia deus plerū
q̄ ad animā loquitur. nō ad cor
pus. voluntatibus rēspōdet. nō ver
bis. Ypocrite quid me tēptatis.
Ostendite mihi numisma census
At illi obtulerunt ei denarium.
dicit eis Ypocrite vt qd abeo au
dierūt in aure. apud seipos inue
niant in corde. vt cōsiderantes eū
humanorū cordium cognitōem.

quid facere cogitabāt pficere nō
auderent Vide ergo quoniā pha
risei blandiebātur vt perderent.
ihesus autem cōfundebat. vt sal
uaret: quia vtilior est homini de⁹
iratus ꝙ homo propicius Et ait
eis. Cuius est ymago hec: et sup
scriptio. Dicit ei. Cesaris Tūc di
cit eis. Reddite ergo que sunt ce
saris cesari. ⁊ que sūt dei deo Yma
go dei nō est in auro depicta: sed
in hominib⁹ figurata. Numisma
cesaris auruz est. nūmisma dei ho
mo. In solidis cesar videtur. in ho
minib⁹ deus agnoscitur Ideo diui
tias vestras cesari date. deo autē
cōscientie vestre solam innocētiā
reseruate. vbi deus videt. Cesaris
enim ymaginē manus artificis
sculpsit. ⁊ corruptibilib⁹ litteris
annotauit. dei autem ymaginem
homine in diuina man⁹ decem viuis
apicibus demōstrauit Quibus.
Quinq̧ sensib⁹ carnalib⁹. ⁊ quin
q̧ sensibus spiritualib⁹. p quos
cōsideramus ⁊ apprehendim⁹ que
sunt vtilia sicut deus. Tu

Scdm Matheum

In illo tēpe. Abeūtes pha
risei cōsilium
inierūt vt caperēt ihesum in smo
ne. Et reliqua. Omel Herici

Vera referente euāgelista
manifestum ē. quia ipso
saluatorē nato sub cesare
augusto. in toto orbe celebrata est
descriptio. ⁊ inter omēs nacōnes
totius orbis. que romano impio
subiecti erāt. iudea quoq̧ eis sti
pēdiaria facta fuerat Quā ob cau

sam. magna sedicio tunc tēporis
in populo feruebat. Quidā enim
dignuz esse iudicabāt vt quia ro
mani pro securitate ⁊ quiete om
nium assidue militabant. censum
eis deberent persoluere. At cōtra
pharisei. qui sibi de falsa iusticia
applaudebāt nitebantur asserere
ꝙ popul⁹ dei. qui decimas soluēt
primitiua daret. ⁊ cetera legis de
creta obseruaret. nō deberet hūa
nis legibus subdi. Que sedicio in
tm̄ cōualuit. vt domini passionē
in hac ipsa ptinacia ⁊ rebellione
iudei p durātes romanis sub hac
occasione in vindictā necis salua
toris vinētibus amitterēt locum
gentē ⁊ regnū vitam etiam psen
tem perderent. ac futurā diem ma
luerūt hec omnia cecāte auaricia
ppeti. q̄m tributa romane militie
pendere. Quia ergo pncipes sacer
dotū timore populi dominū cōpre
hendere nō poterāt. saltē vt in ser
mone eū caperent laborabāt Abi
erūt ergo pharisei ⁊ cōsilium ac
ceperūt Quo abierūt. vtiq̧ ad he
rodianos. q̄ erāt milites herodis
ac in exigēdis tributis prepositi.
Nam cesar august⁹ herodem filiū
antipatri alienigenam ⁊ proseli
tum regem iudeis cōstituerat. qui
tributis preesset ⁊ romano pare
ret imperio. Ergo ex eo ꝙ non di
cit euāgelista consiliati sunt: sed
consilium acceperūt. vt ex eo qd
dicit cum herodianis pariter con
uenerunt apparet. quia cum illis
huiuscemodi circumuencōnis con
silium tractauerūt. Cogitabant

enim apud se sacerdotes dicētes
Si nos soli eūtes iterrogauerim⁹
xp̄m q̄uis dixerit. quia non licet
dare cesari tributū. tamē talia di
centibus nobis cōtra eum nemo
crederet. quia omēs iam sciūt. q̄
inimici eius sum⁹ Jnimicorū autē
testimoniū in iudicio. ꝛ si verum
sit. tamē quasi suspectum ꝛ̄probatur.
Per seipsos ergo ihesuꝫ xp̄m
interrogare nolebāt. quia in mag̃
na suspectōne inimicicie iam erāt
apud xp̄m. ne forte quasi suspec
ti circūuenire eum nō possent. Et
mittūt ei discipulos suos. qui se
iustos simulātes salteꝫ in sermo
ne eum caperēt. ꝛ sic potestati pre
sidis traderent. vt velut ipsi a mor
te eius immunes esse viderentur.
Mittūt ergo discipulos suos ad
illum quasi adhuc minime suspe
ctos vt aut facile eum deciperent.
aut si vincerentur sicut ꝛ cōtigit. il
li. qui eos miserant min⁹ erubesce
rent. Nam cōsilio malo dep̄henso
tanto minor nascitur confusio. q̄n
to fuerit persona deterior. Mittūt
igitur pharisei discipulos suos
cum herodianis. militib⁹ herodis
seu quos illudētes pharisei. quia
romanis tributa soluebant hero
dianos vocabāt. ꝛ nō diuino cul
tui deditos Quidam latinorū ridi
cule herodianos putāt. qui hero
dem xp̄m crederent. q̄d nusq̄ om
nino legim⁹ Herodianos itaq̄ vt
diximus. milites herodis appellat.
qui in exigēdis tributis. erāt pre
positi. Dicunt ergo. Magister: sci
mus quia verax es. Magistrū ꝛ ve

racem vocāt. vt quasi homo eoꝝ
adulacōne delectatus. secretū sui
cordis eis simpliciter aperiat. Sci
mus inquiūt quia verax es. et vi
am dei. id est legem dei in veritate
doces. ꝛ nō est tibi cura de aliquo
id est in proferēda veritate. nulli
us vel amiciciā. vel inimiciciam
curas. Quare hoc dixerūt. manife
stant cum subdūt. Non enim res
picis p̄sonam hominū. id est nec
propter pauperē. nec propter di
uitem. veritate relicta. mēdatium
loqueris. Dic ergo nobis quid ti
bi videatur. licet censum dare cesari
an nō. Tamq̄ dicerent. Nos ser
ui sum⁹ summi regis. legem ab eo
accepimus. decimas. primicias.
oblationes. ac victimas. iuxta le
gis mādata ipsi offerimus. ꝛ ideo
iniustum est. vt terrenis regibus
seruiam⁹. Hoc autem blanda et
fraudulenta interrogatiōe dicen
tes. ad hoc illum p̄ducere labora
bant. vt magis deum q̄ cesarem
timens. diceret nō romanis debe
re solui tributa. quaten⁹ hoc audi
entes herodiani. id est ministri p̄
sidis qui presentes erāt. tenerent
eum quasi sediciōnis principē con
tra iudeos. si vero deberet tributū
esse reddēdum. tamq̄ destructorē
legis illum calūniarentur. Cogni
ta autē ihesus nequicia illorū hoc
est cōsiderans dolū ꝛ fraudes eoꝝ
dixit. Quid me tēptatis ypocrite.
Attendendū. quia non s̄m sermo
nes eorū fictos. blande respōdit: s̄
iuxta cōscientiā eorum crudelem.
aspera obiecit cogitacōnib⁹ illoꝝ

non verbis respōdens. Prima etenim virtus est respōdentis. interrogātium verba cognoscere. ⁊ nō discipulos: sed temptatorēs vocare. Ypocrita ergo vocatur. qui aliud est ⁊ aliud simulat. idest aliud opere agit. ⁊ aliud voce pretēdit. Ypocritas autē idcirco eos nūcupat vt audientes ex ore eius: que ipsi cogitabāt in corde. cōsiderarent deum humanorū cordium cognitorem. tamq̄ omnipotētem deum. ⁊ q̄d facere in illum cogitabant. perficere nō auderent. Ypocrite autem subaurati dicūtur. Ypo enim grece sub. crisis aurū dicitur. Merito ergo temptatorēs suos. ypocritas nūcupat: qui aliud nitebantur opere. aliud simulabāt voce. Ostēdite mihi nūmisma census. Sapientia semper egit sapiēter: vt suos temptatorēs proprijs illorū sermonib⁹ vinceret. Ostendite inquit michi nūmisma. idest inscriptionem denarij. vel vt alij dicunt monetā. Dictū autem est nūmisma a nomie q̄d inscribebatur denario. Est autem denari⁹. genus nūmi. q̄d pro decem nūmis imputabatur. ⁊ habebat nomē ⁊ ymaginem cesaris. Et ait illis. Cuius est ymago hec. et superscriptio. Ex hoc loco conicere possunt veritatē qui dicūt dominum ihesum xp̄m causa ignorantie. aliquādo interrogasse iudeos. ⁊ non potius causa dispēsacōnis. Interrogat enim cuius sit ymago nūmi. ⁊ superscriptio eius. non quo ipse nesciat q̄d omnes scire poterant qui videbant denariū: sed ideo vt ad sermōem eorum cōpetenter respōdere valeat. Dicūt ei cesaris. In hoc loco cesar nō augustus octauian⁹ intelligēdus est: sed tyberius priuignus eius qui successerat in imperio sub quo ⁊ passus est domin⁹. Sciendum vero est oms reges romanorum cesarēs esse appellatos. a primo gaio iulio cesare. Qui ideo sic appellatus est. q̄ vel ceso vtero matris in lucem eruperit vel q̄ cum cesarie capillorū fuerit nat⁹. Tūc ait eis. Reddite ergo que sūt cesaris cesari. et que sunt dei deo. Reddite cesari que eius sūt. id est nūmum tributum ⁊ pecuniam. ⁊ que dei sunt deo. idest decimas et primicias. ⁊ cetera donaria. que legis decreto mandātur. Q̄d dominus faciēdum precepit. ipse quoq̄ opere impleuit. nam cum venisset capharnaū. accesserūt qui didragma accipiebāt ad petrum ⁊ dixerūt. Magister vester non soluit didragma. At ille ait. Etiam. Et cum introisset petrus domū preuenit eum ihesus dicēs Quid tibi videtur symō. Reges terre a quibus accipiūt tributū vel censū. A filijs suis an ab alienis. At ille ait. Ab alienis. Dixit illi ihesus. Ergo liberi sunt filij. Ac si diceret. Si filij regū liberi sunt a tributo. ego qui sum filius regis eterni. atq̄ de stirpe regis terreni. generat⁹ a tributo liber esse deberē. Vt autem nō scandalisemus eos. vade ad mare ⁊ mitte hamū. ⁊ eum piscem qui prim⁹ ascenderit. tolle ⁊

387

apto ore ei⁹ inueniens staterē. Illū
sumēs da eis p me ꝛ p te. In q̄ loco
dicit btūs iheronim⁹ ignorare se
q̄d potissimū mirādum sit. vtꝝ p̄
sciētia saluatoris an magnitudo ei⁹
v̄tutis. Prescietia q̄dem qd noue
rit. piscē hr̄e staterem in ore ꝛ ꝙ
primū ipse capiēdus eēt. magnitu
do autē virtutis. si ad verbuz illi⁹
stati stater in ore piscis creat⁹ est
Et qd futuꝝ erat loquendo fecerit
Ergo vt an̄ dictuz est. dn̄s noster
ꝛ ꝑm carnē: ꝛ ꝑm spūm. fili⁹ regis
erat vel ex dd stirpe gn̄atus vel oi
potētis verbū patris. Tributa q̄si
regis fili⁹ non debebat: s; q̄ humili
tatē carnis assumpseāt. debuit ad
implere oēm iusticiā. Nosq; infeli
ces. qui xp̄i cēsemur noie ꝛ nihil
dignū facim⁹ tanta maiestate. Il
le ꝑ nobis ꝛ crucē sustinuit. tribu
ta nō red dim⁹. ꝛ q̄si filij regis a ve
digalibꝫ imunes sum⁹. Deo etiam
reddidit dn̄s ihesus q̄ dei sunt qm̄
in oībus opib⁹ suis volūtatē pr̄is
adipleuit iuxta qd ipse loq̄tur. n̄
veni facere voluntatē meā: s; volu
tatē eius q̄ misit me pr̄is. Spūalit̄
sic cesar exigit denariū a suis sub
iectis. in q̄ ymago ei⁹ exquirit̄. ita
de⁹ req̄ret a nob̄ aiam lūine vult⁹
sui insignitā Vnde ps̄ ait. Sig̃tuz
est sup nos lumē vultus tui dn̄e.
Quēadmodū ei denari⁹ insignit̄.
regis ymagie ita aia nr̄a dīni lūi
nis illustrat̄ dītate. Hō nāq; ad
ymaginē ꝛ sīlitudinē dei ꝯdit⁹ est
n̄ in corpe: s; in spū. ꝟ aia. Qd pau
lus apl's manifestat cū dicit. Re
nouami spū mētis vr̄e. ꝛ induite
nouū hoīem. qui ꝑm deum creat⁹
est in iusticia ꝛ scītate veritatis.
Quib⁹ modis n̄ in corpe: s; in spū
ad ymaginē ꝛ similitudinē dei hō
creat⁹ esse on̄ditur. Creat⁹ ergo ē
ad ymaginē ꝛ similitudinē dei in
aīa. vt sicut est de⁹ scūs iust⁹ et ve
rus. discernitq; inter bonū ꝛ malū
ꝛ ipse hō sanct⁹ iust⁹ verusq; ma
nēs discrecōem eque boni malive
retinet. Ad similitudiez nihilomi⁹
dei fact⁹ est. vt sicut est de⁹ ꝑpetu⁹
ꝛ immortalis. ita esset etiā hō nisi
peccassz imortalis atz etern⁹. Tali
ter ḡ vt diximus ad similitudinē ꝛ
ymaginē dei est hō ꝯditus non in
corpe: s; in spū ea distinctiōe sua
ta vt ymago accipit̄ in scitate sili
tudo aūt in etnitate. Studeam⁹ er
go renouari spū mētis nr̄e ꝛ indu
ere nouū hoiem q̄ ꝑm deuz creat⁹
est. vt mēamur ei reddere denariū
suū. hoc est vitā nr̄ām scām ꝛ ima
culatā. Aliter phariseos ꝛ herodi
anos. q̄ ad tēptandum dn̄m fuit
missi diuerse cōstat fuisse volūta
tis. Alij ei nil reddere cesari. alij ve
ro tm̄ cesari oia censebāt esse red
deda. ꝑinde duo isti ordines tēpta
toꝝ. duo significāt gn̄a hereticoꝝ
quoꝝ alterꝝ docet tantūmō corpi
obseq̄ndū. ꝛ cesari. ꝟ ventri. q̄ ꝛ in
libro beati iob exactor vocat̄ solū
mō militandū. Alterꝝ vero gen⁹ he
reticoꝝ suadet corpis curā penit⁹
omittēdaz. ꝛ ai tantūmō ꝑfectibꝫ
inuigilādum. nōnunq̄ etiaz ipsi
corpi causa aie pnicie inferendā
S; dn̄s vtrūq; abnuēs regia via
docet esse gradiēdū ꝛ corpi q̄dem

subsidiū non negandū. anime ve
ro pfectui pro vtilitate ⁊ tempe in
sinuat insistēdu; discretōe in ōni
bus ↄseruata. quaten⁹ ⁊ corpus
subiacere valeat. et anim⁹ inedia
corpis nō tabescat. Item alio sensu
Cesarem intellige diabolū. qui se
mel in padiso hoī vilem psuasio
nis nūmū contulit ⁊ quotidie ab
eo h⁹ debiti reatu; querit. Cui tūc
nō sicut ille expetit: ꝟ sicut vtilitas
nostra poscit censū reddim⁹. cum
puersa agere despicim⁹. cum pec
catū qd eo suadēte ↄtraxim⁹. dig
na penitētie satisfactōe purgam⁹
cu; vicia deserim⁹. eisqꝫ cū suo au
ctore abrenūciam⁹. vt tali tribu
to reddito. liberi ac securi deinceps
viuam⁹. S; postq̄ ita dyabolo qd
ab illo accepim⁹ reddim⁹. necesse
est vt deo oīpotēti qd ab illo sump
sim⁹. intemeratū restituam⁹. aīa;
videlicet nrām lūine vult⁹ eius in
signitā ⁊ immaculatā. actionib⁹
adornatā. Moneta enī dei sum⁹. ⁊
thesauro ei⁹ decidim⁹. errore det ī
tū est. qd in nobis fucāt impssu;
Quo circa sollerter est studēdum
vt ymagie; dei quā peccādo in no
bis corrupim⁹. penitēdo. ⁊ digne
viuēdo. reparare satagam⁹. ipso
adiuuāte qui viuit ⁊c.

Dominica. xxiiij.
Scdm Matheum

In illo tēpe Loquēte ihesu ad turbas. ec
ce pnceps vnus accessit. ⁊ adora
uit eum dicēs. dñe: filia mea mō
defuncta est: ꝟ veni impone manū
sup eam ⁊ viuet. Et rliqua. Omel
beati Ambrosij epi.

Reliquerat in gerasenis sy
nagogam xpc. ⁊ quē sui
nō recepant. excepim⁹ ali
eni. excepim⁹ quē expectabam⁹.
Nec nob ergo a quib⁹ expectaba
tur diu abfuit. nec ad illos si ro
garet̄ fastidit redire. Vir enī iste
pnceps: synagoge percūtis reme
diū precabatur. que vrgebat̄ in
morte. ꝙ deserebatur a xpō Quem
synagoge pūtam⁹ principē esse.
nisi legē. Cui⁹ ↄtemplacōe dñs sy
nagogā non penit⁹ derelinqt. cu;
medicinā salutis credentib⁹ reser
uauit. Ad hāc ergo pncipis fili
am dū pperat dei verbū vt saluos
faceret filios isrl'. sancta eccīa ex
gentib⁹ ↄgregata q̄ inferiori lap
su criminū depibat. patam alijs
fide preripit sanitatē. Moraliter
hūc locum satis putam⁹ exprimē
du;. ⁊ ideo nō illa que dicta sūt re
censem⁹: ꝟ mistica breui volum⁹
smōe pstringere At nō ita factū
est. vt dei verbū cum venisset ad iu
deos asciscerent a gentib⁹ ⁊ pri⁹ ab
illis qui in lege non crediderāt in
gratia crederet̄. Nam sicut ille que
in medicinis erogauerat omem
substātiam suā. ita etiam ↄgrega
tio gentiū amiserat oīa dona na
ture ⁊ patrimoniū vitale pdegeāt
facta verecūda rligiosa fide pmp
tior. pudore cūctatior. Hoc est em
pudoris ⁊ fidei agnoscere infirmi
tatem. nō desperare veniā. Verecū
da ergo fimbriā tetigit. fidelis ac
cessit. religiosa credidit. sapiens
sanatā se esse ↄgnouit. Sic sācta

plebs gẽtiũ que deũ credidit. pec
catũ erubuit. vt desereret. fidez de
tulit. vt crederet. deuocõnem exhi
buit vt rogaret. sapiam idiuit. vt
sanitatẽ suã ⁊ ipsa sentiret. fiduci
am sumpsit. vt fateretur q̄ pripu
isset alienũ Cur autẽ retro tangit
xp̄c. Quia scriptũ est post dñm de
ũm tuũ ambulabis. Quid etiã si
bi vult q̄ ⁊ principis filia anno
rum duodecĩ moriebatur. ⁊ mulier
ista ab ãnis duodecim fluxu san
guinis laborabat. nisi vt itelligatur
quia q̄ diu synagoga viguit labo
rauit ecclesia. defect⁹ illius hui⁹
est virtus. quia illorũ delicto sal⁹
gentib⁹. ⁊ cõsummacõ illius. hu
ius exordiũ. non nature exordiũ:
s; salutis quia cecitas ex parte in
israhel cõtigit. donec plenitudo gẽ
tium intraret. Nõ igitur tempore: s;
specie sanitatis antiquior synago
ga q̄̃ ecclesia. quia q̄ diu illa cre
debat. ista nõ credidit. ⁊ p varias
corpis. atq; anime passiões imme
dicabili remedio egra lãguebat
Audiuit egrotare populũ iudeorum
sperare cepit salutis remediũ. Tẽ
pus venisse cognouit quo medi
cus adesset e celo. Surrexit vt oc
curreret v̄bo. vidit quia cõprime
batur a turbis. Nõ enim credunt
qui ɔprimũt. credunt qui tangũt
fide tangitur xp̄c. fide xp̄c videtur
Non corpore tangitur. nõ oculis
cõprehenditur. Neq; enim videt q̄
videns nõ vidit neq; audiuit qui
ea que audit nõ intelligit. neq; tã
git qui fideliter nõ tangit. Demiq;
vt fidem agẽtis exp̄meret ait Te

tigit me aliq̄s. nã ⁊ ego cognoui
virtutẽ de me exisse. Qd est euiden
tis indicij. quia nõ inter passibili
tatem cõditionis humane. atq; i
tra corpis claustrũ inclusa sapiẽ
tia diuinitatis coartata est. nõ capi
tur ãgustijs corpalib⁹ non tene
tur: s; vltra fines nostre mediocri
tatis virtus exũdat eterna. Non
eniz humana opera plebs gẽtium
liberãtur: sed dei mun⁹ est cõgrega
tio nationũ qui etiã breui fide mi
sericordiã inclinat eternã. Nam si
cõsideremus q̄ta sit fides nostra.
⁊ intelligam⁹ q̄ñtus sit dei filius.
videm⁹ qua cõparacõne eius fim
briam tantũmodo tangim⁹ Supi
orem vero vestimẽti eius partem
nequim⁹ attingere. Si igitur ⁊ nos
curari volum⁹ fimbriam xp̄i fide
tangam⁹ Non latet eum quicũq;
fimbriã tetigerit. q̄ tetigerit auer
sum. Neq; enĩ deus idiget oculis
vt videat. neq; corpaliter sentit:
sed in se habet cognicõem omniũ
Beat⁹ ergo qui vel extremã partẽ
verbi contigerit. Nam totũ quis
potest cõprehendere verũ vt ad il
lam que adhuc egra est reuerta
mur. ne p nostrã moram dñ diu
xp̄i moueamur ingressu. mortua es
se credatur Venerũt ẽgo serui di
centes p̃ncipi. Noli vexare illum.
filia mortua est. Et primũ illud cõ
sideremus q̄ suscitatur⁹ mortuaz
ad faciendã fidẽ emorroyssam an
te curauit vt scias exempli grãtia
stetisse sanguinis fluxũ. Duz illa
petitur ista curatur. Sic ⁊ resurrectio
tpalis. i domini passiõe celebratur

Sic et marie pitura stellis indicatur
vt concepturavirgo crederet. Denique
audiuit parituram elisabeth maia
nec de sua gnatione dubitauit. Ve
nerunt inquit serui dicentes principi
Noli vexare illum Adhuc enim hij incre
duli ad resurrectionem sunt quam ihe
sus in lege predixit. in euangelio com
pleuit Itaque cum venisset in domum
paucos future resurrectionis arbi
tros asciuit. non enim multis conti
nuo est credita resurrectio. Denique
dicente domino. non est mortua puella
sed dormit. et deridebant inquit eum.
Quicumque ei non credunt irrident. fle
ant igitur mortuos suos qui putant
mortuos. vbi resurrectionis fides est.
non mortis species: sed quietis est.
Nec illud abhorret mathei quod dicit
tybicines fuisse in domo principis
et turbam tumultuantem vel quia more
veteri tybicines ad incendendos ex
citandosque luctus ferebantur adhibe
ri. vel quia per legis et litere cantilenam. ex
ultationem synagoga non poterat ca
pere spiritalem. Tenens ergo ihesus ma
num puelle. sanauit eam. et iussit da
ri ei manducare. Quod est testimonium vi
te. vt non fantasma: sed veritas crede
retur. Beatus ille cui manum sapientia te
net Vtinam meos quoque teneat actus. te
neat manum iusticie teneat dei ver
bum inducat in penetralia sua spiritum.
auertat errores. conuertat salutem
dari. mihi iubeat manducare. Pa
nis enim celestis est dei verbum Inde et
illa sapientia que diuini corporis et sangui
nis sacrosancta altaria repleuit alimen
tis. venite inquit et edite panes me
os. et bibite vinum quod miscui vobis

Que tamen tante diuersitatis est causa.
Super publice. vidue filius suscita
tur. hic remouentur plures arbitri.
Sed puto quod in eo quoque pietas ibi domini
declaretur. quia vidua mater vnici non
patiebatur moras. et ideo ne ampli
us afficeretur. maturitas additur. Est
etiam forma sapientie in vidue filio ci
to ecclesiam crediturum. in archisyna
gogi filia. credituros quidem iudeos.
sed ex pluribus pauciores.

Secundum Matheum

In illo tempore Loquente ihesu ad turbas
Ecce princeps vnus accessit. et adora
uit eum dicens. Et reliqua. Omelia venerabilis bede presbiteri.

Credit vir erat cui nomen erat
iairus. et ipse princeps sy
nagoge erat. Priori lectioni
quam de abiectione synagoge. fideque
ecclesie atque iterum instauratione sy
nagoge sumus interpretati. consequenter
archisynagogi filia moriens sub
iungitur. Quam dum suscitare properat
dominus. preoccupatus. emorroyssa
mulier percipit salutem. fitque vt post
veniens prior salutem perciperet. Et hic
pia enim peruenit manus eius deo.
et cum intrauerit plenitudo gentium
tunc omnis israhel saluus fiat. Prin
ceps itaque synagoge. nullus melius
quam ipse moyses intelligitur Vnde le
ne iairus. id est illuminans siue illu
minatus vocatur quia qui accipit ver
ba vite illuminat. et ipse a spiritu sancto
quo vitalia monita scribere vel do
cere possit illuminatur Et cecidit ad
pedes ihesu rogans eum. vt intraret
in domum eius. Si caput christi deus.

pedes eius consequenter incarnatio q̄ terrarum nostre mortalitatis tetigit. accipiendi sunt. Cecidit igitur archisynagogus ad pedes ihesu. quia legislator cum tota patrum progenie xp̄m in carne apparentem longe sibi dignitatis gloria preferendum esse cognouit illud apostoli sedula deuotione prestans. quia quod infirmum est dei. fortius est hominibus. Rogauit eum intrare in domum eius. quia continuis gaudiorum votis eius videre desiderabat aduentum. Anima autem mea inquit exultauit in domino. et delectabitur super ihesu eius. Omnia ossa mea dicent domine quis similis tibi. Et hoc est ad pedes ihesu cadere. eum super omnes singulariter magnum pia fide fateri. Quia filia vnica erat illius. fere annorum duodecim. et hec moriebatur. Ipsa synagoga que sola legali institutione composita quasi vnica moysi nata erat quasi duodecimo etatis anno. Hoc est tempore pubertatis appropinquante moriebatur. quia nobiliter a prophetis educata. postquam ad intelligibiles annos peruenerat. postquam spiritales deo fructus gignere debebat. subito errorum languore consternata. spiritales vias ingredi desperabiliter omisit. et si non a xp̄o succurreretur. horrendam super omnia corruisset in mortem. Et factum est dum iret a turba comprimebatur. Ad puellam pergens sanandam dominus a turba comprimitur. quia genti iudee salutaria monita prebens. quibus egram viciis eius conscientiam erigeret noxia carnalium populorum est consuetudine grauatus. Et mulier quedam erat in fluxu sanguinis ab annis duodecim Mulier sanguine fluens: sed a domino curata ecclesia est ex gentibus congregata. que ingenti carnalium delectationum polluta fluxu atque a cetu iam fuerat segregata fidelium. Sed dum verbum dei iudeam saluare decerneret patrum iam promissam que aliis preripuit spe certa salutem. Notandum quoque quod et archisynagogi duodennis sit filia. et mulier hec ab annis duodecim sanguine fluxerit. hoc est eodem quo hec nata sit tempore illa ceperit infirmari. vna enim pene eademque seculi huius etate et synagoga in patriarchis nasci et gentilium natio per orbem cepit ydolatrie same fedari. Nam et geminus fluxus sanguinis. hoc est et super ydolatrie superstitione. et super hiis que carnis ac sanguinis oblectatione polluuntur potest intelligi. Vnde pulchre sacra refert hystoria tempore quo dauid adhuc puer goliad gygantem strauit philistiim. in finibus dommim. idest sanguinum fuisse castrametatos. quia videlicet dominus ad debellandum mundi principem humilis apparens nullo modo operibus infructuosis: sed et religioni spurcissime deditos gentilium populos inuenit. Ergo quamdiu synagoga viguit laborauit ecclesia. Defectus illius huius virtus est. quia illorum delicto salus facta est gentibus. Que in medicos erogauerat omnem substantiam suam. nec ab vllo potuit curari. Medicos siue falsos theologos siue philosophos legumque doctores secularium. qui multa de virtutibus viciisque subtilissime disserentes.

vtilia se viuēdi credēdiq; instituta
mortalib⁹ dare ꝑmittebāt seu cer
te ipōs spūs immūdos significat
qui velut ꝯsulendo se iam ꝓ deo co
lendos ingerebāt. Quib⁹ vicissim
audiendis gētilitas. q̄ꝑto magis
naturalis īdustrie vires expēderet
tanto min⁹ potuit ab iniquitatis
sue sorde curari Vn̄ marcus bene
de hac muliere scribēs ait. Et fue
rat multa ꝑpessa a cōplurib⁹ me
dicis ⁊ erogauerat ōnia sua. nec
quicq̄ꝑ profecerāt: ſ; magis deteri⁹
habebat. S; hec vbi populū in de
orū egrotare. verū q; de celo ꝯgno
uit adesse medicū. cepit ⁊ ipa lan
guoris sui spare piter ⁊ queritare
remediū Accessit retro ⁊ tetigit fim
briā vestimēti eius ⁊ cōfestim flu
xus stetit sāguinis eius Accedit ⁊
dominū tangit ecclesia. que ei per
fidei veritatē appropinquat. Acce
dit autē retro. siue iuxta id q̄d ipē
ait. si q̄s mihi ministrat me seq̄tur
Et alibi p̄cipitur. P⁹ dominū de
um tuū ambulabis. siue q̄r p̄sen
tem in carne dn̄m non videns pa
dis tempalis dispēsacōis sacra
mētis. eius iam ꝑ fidem cepit ves
tigia subsequi. Tangit autē fim
briam vestimēti eius. ⁊ vndam re
stringit sāguinis. q̄r beat⁹ ⁊ vere
mūdatus qui vel extremā verbi fi
dei manu cōtigerit. Nā ratus val
de qui ei⁹ vel in pectore recūbere vel
caput mereat pistico nardo ꝑun
gere. cū ⁊ ille magn⁹ fuerit. qui se
indignū dicebat eius calciamēta
portare. magna ⁊ illa que vngere
pedes ei⁹. ⁊ capillis suis tergere ꝑ

meruit. Et ait ihesus Quis est qui
me tetigit. Nō vt ipē q̄ nesciat do
ceatur: ſ; vt virtus fidei quā noue
rat. immo quā ipse dederat in mu
liere declaret interrogat. Negāti
bus aūt omnib⁹ dixit petrus ⁊ q̄
cum illo erāt. Preceptor. turbe te
cōprimūt ⁊ affligūt ⁊ tu dicis q̄s
me tetigit. Quō turbe cōminātes
passim comprimūt. vna credula
mulier dn̄m tangit. q̄r qui diuer
sis inordinate glomerātur hereſi
b⁹ affligit. solo catholice ecclesie
fideliter corde queritat. Nā sicut
quidā videntes nō vident ⁊ audiē
tes nō audiūt. ita etiā tangentes
non tangūt. q̄r non fideliter xp̄m
tangūt Vnde cuidā amāti quidē:
ſ; nōdum plene credēti dicit. noli
me tangere. nōdum eī ascendi ad
p̄rem meū. apte docens. q̄d sit eū
veraciter tāgere. patri sc; equalē
credere Et dixit ihesus Tetigit me
aliquis. Nā ego noui virtutē de
me exisse. Dicat pelagi⁹ si placet.
se suo conamie saluari dicam⁹ au
tem nos. q̄r vana salus homis. in
deo faciem⁹ virtutē Nam ⁊ ipē vir
tutē que ꝓpiciat omnib⁹ iniquita
tib⁹ nostris. ⁊ sanet omēs lāguo
res nostros. nō de nobis ipis: ſ; de
se nouit exire. Nō ergo latet eum
qui fimbriā tetigerit. id est quis
incarnacōnis misteria. donec ad
maiora capiēda perueniat. pfecte
amādo crediderit At ipē dixit illi.
Filia fides tua te saluā fecit. Nec
dixit fides tua te saluā factura est
sed saluā fecit In eo enī q̄r credidi
sti. iam salua facta es Adhuc illo

lo sedere desiderabāt āmonet eos
primo passionis sue sequi exēpla
ꝛ ita demū aptare maiestatis cul
men appetere. Que vinedi ordinē.
cūctis fidelibus se quēdum docet
apostolꝰ dicens. Si enim cōplan
tati facti sumꝰ similitudini mortis
eiꝰ. simul etiā ꝛ resurrectōnis eius
erimus. Dicit illi. Possumꝰ Men
tem quidē. deuotiōemqꝫ suaz. qua
lis in p̄senti erāt simpliciter domi
no pandebāt dum se calicez eius
bibere posse testabātur. qui tamē
ꝙte ifirmitatis adhuc essent. pꝰ
modū patenter ostendebāt. duz
adueniēte tempe quo ipse dominꝰ
eūdem calicem biberet. etiam illi
cum ceteris discipulis eius relicto
eo fugerūt. Sed non diu metus
idem bibēdi calicis eorum corda
p̄mebat. quinn potiꝰ qui passuro
domino fugerūt. eo resurgēte oci
us redierūt. et qui passionis tur
bine frente trepidauerūt. fulgen
te resurrectōnis eius triumpho. cō
firmati sūt. atqꝫ accepta sancti spi
ritꝰ gratia firmiz de reliquo pectꝰ
ad bibēdum domini calicem tene
bant. quia ad paciēdum. moriē
dumqꝫ pro illo. iam inuincibiles
esse ceperūt. impleta sua passione
qua dixit eos calicē suum esse bi
bituros. Nam sequitur. Calicem
quidē meum bibetis. sedere autem
ad dexterā meam. ꝛ sinistram. nō
est meū dare vobis: sed quibꝰ pa
ratum est a patre meo. Sedet ad
dexterā saluatoris. qui in superna
beatitudine. de presenti eius visio
ne letatur. Sedet ad sinistraz. qui
in hac pegrinacōe sancte ecclesie
sacerdotali r̄gimine p̄sidet. Sed in
tuēdum sollercius. quomō se pe
tentibus discipulis. dixerit verax
magister. Non est meum dare vo
bis: sed quibus paratū est a pa
tre meo. cum alibi dixerit. omnia
michi tradita sunt a patre meo.
ideoqꝫ cōstet. quia omnia quecū
qꝫ pater dederit. vel pauerit dona
fidelibꝰ. hec eadem vna cum filio
vult parare siue dare. Nā ꝛ rursuz
de patre dicit dominꝰ. quecūqꝫ em̄
ille fecerit. hec ꝛ filiꝰ similiter facit
Si ergo ōnia quecūqꝫ pater fecerit
hec ꝛ filiꝰ similiter facit. q̄uo dicit
filius. nō est meū dare vobis: sed
quibꝰ patuz est a patre meo. nisi
qꝛ idez filiꝰ ꝛ deꝰ ꝛ homo est. Ideo
qꝫ p euāgelium suū. aliquādo ex
voce diuine maiestatis. qua equa
lis est patri. aliqn̄do ex voce loq̄
tur hūane assumptionis qua eq̄
lis factꝰ est nobis. In hac autē le
ctōe. qua humilitatis formā erat
p̄bituros hominibꝰ. cūcta marie

ex assumpti hoīs natura loq̄tur
Nam ꝗ in pn̄cipiis. vt mater ad
eū cū filiis petitura aduenit. que
siuit ab ea q̄d vellet. interrogans
quasi homo. quasi nesci⁹ occulto
rum. quasi ignar⁹ futuroꝝ. qui in
eternitate diuīe potētie. omnia no
uit anteq̄ fiant. Et quia illa in pn̄ci
bus hūanitatis ei⁹. potius q̄ di
uinitatis ei⁹ memoriā pretulit. po
stulans sedē filiis a dextris ei⁹ ꝗ si
nistris. qui in habitu corporeo. dex
terā habuit ꝗ sinistrā: sed in diuīa
maiestate. nulla est mēbroꝝ ꝯpo
sitōe format⁹. ꝯsequēter ꝗ ipse ta
cita impassibilis gloria deitatis.
memoriā passionis quā hūanit⁹
erat suscepturus. in mediū protulit
atq̄ hāc discipulis imitandā pro
posuit. Cū deuotam eoꝝ sponsionē
sua etiā attestatione cōfirmasset
dicēs. Calicem quidē meū bibetis
sedere autē ad dexteram meā ꝗ sini
stram. nō est meum dare vobis: ſ;
quib⁹ paratum est a patre meo. Ac
si aperte diceret. Passionē quidem
quā s̄m carnē subeo. vos patiēdo
estis secuturi: ſ; nō est meum. s̄m
ip̄am quā patior humane fragi
litatis substātiam. donorum celes
tiū vobis munera dare. que dig
nis quibusq̄ ad pcipiēdum sūt
a patre parata. me pariter cum
illo eadem in diuinitate parāte ac
dante. quia omnia quecūq̄ ille fe
cerit. hec ꝗ ip̄e per diuinitatē simi
liter facio. Quia vero idem filii zebe
dei. promptū gerebant animū
ad bibendum domini calicem. cō
stat eos cū ceteris apostolis. dig

nitatē sed iuīt accēpisse. nō tamen
ea distinctōne qua petebant. vt
vn⁹ a dextris illius in regno eius
alter sederet a sinistris: ſ; iuxta q̄d
supra exposuim⁹. ambo prius ad
sinistram eius ad tempus. ambo
nūc ad dexteram eius sedere ppe
tuo meruerūt. A sinistris quippe
xp̄i sedebant. cum regēdis in hac
vita fidelium populis. apostolico
iure p̄siderent illo nimirū in regno
de quo ipse ait. Regnum dei intra
vos est. Sedent a dextris eius nūc
in illa que mortem nescit. iudices
mūdi cum illo. vtramq̄ hanc se
dem illis ipso filio cum patre pa
rante. Neq̄ enim largitio donorū
in eis separari potest. in quibus
vnitas nature. semp inseꝑabilis
manet. eodem filio attestāte qui
ait. Ego ꝗ pater vnum sumus. Ne
q̄ hoc sine consideratōne transeū
dum. quomodo dixerit domin⁹ in
differenter. filios zebedei calicem
suum bibituros. cum nouerim⁹
ex hiis vnum. iacobum scilicet p
effusiōem sanguinis vitam fini
se. aliū vero idest iohānem. in pa
ce ecclesie quieuisse. Nam de iaco
bi martirio lucas apte testatur.
quia misit herodes rex manus vt
affligeret quosdā de ecclesia occi
dit autē iacobum fratrem iohā
nis gladio. De cuius passiōe eti
am hystoria ecclesiastica. rē quā
dam dignam memoria refert. Et
is inquit qui obtulerat iacobum
ad martiriū. motus etiam ipse cō
fessus est se christianū. Ducti sūt
ambo pariter ad suppliciū. Et dū

ducerētur. in via rogauit iacobū
dari sibi remissiōem. At ille paruū
per deliberās. pax tibi iquit. ⁊ os
culatꝰ est eum. Et ita ambo capite
plecti sunt. Porro de iohāne narrāt
hystorie fideles. quia cū sciēt sibi
superuenisse diē recessus sui. conuoca
tis discipulis suis i ephezo. p mul
ta signorū experimēta. promens
xp̄m. descendit in defossum sepul
ture sue locū. ⁊ facta oracōne posi
tus sit ad p̄res suos. tam extrane
us a dolore mortis. q̄m a corrup
tiōe carnis inueni͛t alienus. Quō
ergo calicē domini bibere dictꝰ est
de quo cōstat. quia nequaꝙ per
mortē passionis de corpe exiuit.
nisi quia duobꝰ modis. idem calix
bibitur. vno videlicet. cū a p secu
tore illata mors patiēter suscipit͛.
alio modo. cū mens ad passionē
p̄mpta habet͛. cum vita martirio
digna gerit͛. Nam ⁊ iohānes ip
se. q̄m sit p aratus ad potādum
pro domino mortis calicem docuit.
quādo cū ceteris apostolis. sicut
in actibꝰ eorum legimꝰ. carcerē ⁊
verbera gaudēti animo tolerābat
q̄ndo propter verbū dei ⁊ testimo
niū ihesu i pathmos insula exilio
relegatꝰ est. quādo sicut historia
narrat ecclesiastica. a domiciano
principe missus est i feruētis olei
dolium. de quo tamē propicio do
mino. tam sospes ⁊ mūdus exijt.
ꝙ fuerat mente ⁊ vita castissimꝰ
⁊ in exiliū ab eodem missus. quo
magis humano solacō destitutꝰ
esse videbat͛. eo ampliori supno
rum ciuiū meruit frequētia con

solari. Vnde ip̄e quoqꝫ veraciter
calicē domini. cum fratre iacobo q̄
occisus est gladio. bibisse intelli
git͛. quia qui tanta pro veritate su
stinuit. q̄m promptus etiā ipsā
mortē si offerretur exciperet ostē
dit. Sed ⁊ nos frēs carissimi. etiā
si nil tale p̄petiamur. si non vincu
la. nō verbera. nō carceres. nō sup
plicia corpis alia. nō vllā hominū
psecutiōem. propter iusticiā tole
remus. calicem tamē saluatoris
accipe. ⁊ martirij palmā obtine
re valemus. si castigare corpꝰ no
strū. ⁊ seruituti subicere curamꝰ.
si in spiritu humilitatis. ⁊ animo
cōtrito. domino supplicare assuesci
mus. si illatas a p̄ximo cōtumeli
as. placida mente suscipe satagi
mus. si ⁊ eos qui nos odio hn̄t.
qui iniurias nobis inferūt dilige
re. hijs bene facere. p horū vita ⁊
sospitate gādemꝰ exorare. si cū vir
tute patiētie. bonorū quoqꝫ operū
fructibꝰ adornari contendimꝰ. Tali
ter enim conseruantibꝰ nobis. ⁊ cor
pora nostra iuxta apostoli vocem
hostiā viuentē. sanctā. deo placen
tem exhibētibꝰ. domino largiēte
dabitur. vt cōi cum eis. qui mem
bra sua in mortē. pro xp̄o dederūt
gloria remunēmur. ⁊ sicut mors
illorū. sic ⁊ vita nostra p̄c osa sit.
in cōspectu domini. disruptisqꝫ vin
culis carnis. ⁊ ipsi atria supne ci
uitatis intrare. atqꝫ inter choros
beatorū martirū. vota gratiarū re
demptori nostro reddere mēbimur
qui viuit ⁊ regnat ⁊c.

Sermo in vinculis beati petri
apostoli.

ymon iohan
ne filiꝰ. petrus a petrō vo
catus. pꝰ pisces piscator homī nū.
ecclesie fundamētum. cōfessor dei
filij. pastor ouilis dnīci. quōdam
despectus crucifer. modo celorū cla
uiger. tres p anni circulū dies fe
stiuos facit ⁊ celebres. Prima cō
secrat anthiocena cathedra. secū
dā passio crucis gloriosa. tercia
est hodierna. que tytulat̄ ad vin
cula. De hac a plerisqꝫ voluūtur
opiniōes diuerse. quas nō ex veri
tatis auctoritate: ſʒ ex dubietatis
confingūt errore. Videtur eis ho
dierna solemnitas. inde veneratō
nis exordiū accepisse. ꝙ in hac
nocte. sanctus apostolꝰ absolutꝰ
sit carcerali ꝯpede. Sed veritati nō
cōcordat ordo tempoꝝ. cum nō ho
die: sed azimorū diebus legatur
in carcerē missus. ⁊ post pascha
de manu herodis. ⁊ de omni expe
ctacōne plebis iudeorū liberatus.
Qui credunt in augusto legitimū
celebrari pascha. credāt hodie pe
trum euasisse vincula. Et si volūt
opponere qd̄ dicit̄ post pascha.
futurū aliquid significare. quasi
a pascha vsqꝫ ad presentē diem
seruaretur in carcere. occurrit eis
⁊ herodis seuicia. ⁊ iudeorū vesa
nia. qui vix quo tentus est die. si
uissent apostolū viuē. si pascha
le festum nō timuissent violare.
Sūt ⁊ alij qui solucōnem aposto
licam minime credūt hodie factā

sed statutū esse a patribꝰ vt hodi
erna die veneraret̄ur a fidelibꝰ. si
cut apostoloꝝ symonis ⁊ iude cō
memoratio. q̄nto kalendas nouē
bris agit̄. quoꝝ passio kalendas
Julij facta describit̄. Legimꝰ etiā
de alijs sanctis. aliū diem ꝯmemo
rationis. aliū de seculo migracōis
de qꝛibꝰ plurima suppeterent exē
pla. si fastidium nō generaret ora
tio prolixa. Sed quid visū fuerit
patribꝰ. hec ita ordinasse. nō est
modo tempis p singula dicere. tā
tum sub breuitate pstringā. quā
hodierna festiuitas habuerit cau
sam. Si legētium displicuerit indi
cio. iuste repꝛhendi de falsitate nō
timeo. quia nō quasi alicuius au
ctoritatis publico mea: ſʒ minꝰ ca
pacibus aliorū aperio clausa. Au
gusti mēsis kalendas. ante salua
toris aduētum celebrauit antiq̄
tas. cuius celebritatis pncipiū.
videtur sub breuitate pādendum
Octauianꝰ cesar augustus. roma
nis imperauit fascibꝰ. Cui cū re
bellaret egiptꝰ bellum suscepit cō
tra fines eiꝰ. in quo cleopatrā in
quā ceciderūt vltima regna ptho
lomeorū. ⁊ incestuosum cū copijs
suis cōtriuit anthoniū. Cumqꝫ vi
ctor potitus alexādria. victrices a
quilas ēportasset rome vt victorē
decebat. ab vtriusqꝫ sexus populo
susceptꝰ est honorifice. Et quia in
tantū opibus alexādrie. romanū
cōmodum auxit vt duplicia q̄m
vsqꝫ ad id fuerāt possessionū ali
arūqꝫ rerū precia statuerit. decre
tū est a primatibꝰ ciuitatis vt eiꝰ

memoria victorie. singulis recole
retur ānis. Placuit igitur cōsilio
cōmuni. id ꝯmemerationis in sex
tilibꝰ kalendis fieri. vt in ipso mē
se ageret̄ dies victorie. qui ab au
cta re publica ⁊ cesare augustꝰ de
nomiaretur vocabulo. Ex hinc cō
suetudo inoleuit. magna deliberatione
tione primatū. vt in gloriam tan
ti principis. ꝑ omne āniuersariū
romanus populus cōueniēt in v
num. et ob cesareanas victorias
coronata ciuitas sexti mensis ini
cia. plausibꝰ et choreis honoraret.
⁊ nemo ex cōfluentium turba. in
sua remeasset. priusq̄ꝫ simplicem
panis scilicet ⁊ vini liquoris sūp
tum libasset. Sic ergo huius ob
seruantia. diei vigesimo octauo.
ante incarnacōnem domini cepit
āno. et preualuit apud gentiles
ꝑ tempora quadringentoꝝ septē
annorū. vsq; in vltima xp̄iani pn̄
cipis adriani tempora. Tūc apud
paganos finem fecit. ⁊ deinceps
ad xp̄ianos transiuit. Transiuit
ab infidelitate ad fidem. ab impie
tate ad pietatem. a gētium prin
cipe. in xp̄ianorū principem. ab
augusto cesare. in euāgelicum pi
scatorem. Tūc solemnisabatur in
templis ydoloruꝫ. nūc festiuatur
in ecclesijs sanctorum. Tūc exhi
bebatur demonibus. nūc exhibet̄
ei. qui est deus deorum. Procedat
dicere sermo. quomodo mutauit
hāc christiana religio. Archadi
us imperator augustꝰ. magni the
odosij filius. post mortem patris
imperiuꝫ gubernauit quatuorde

cim ānis. Sic factus de medio. reg
num reliquit theodosio iuniori fi
lio. qui vix etatis annos contige
rat octo. Cuiꝰ mater eudoxia. me
morābilis vite femina. virilem in
duens animū. strennue guberna
uit imperiū. ⁊ facta filio virtutuꝫ
disciplina docuit eum vite pater
neq; bonitatis sequi vestigia. De
diuinis enim legibꝰ eum āmone
bat. ⁊ perfecte seipsam cum ipō eru
diebat. Non regni fastigijs eleua
batur: sed potiꝰ diuino timore suc
cendebatur. Magnitudo beneficij.
auxit ei desideriū benefaciendi. Ideō
ecubuit purpurā indmaē. ⁊ pau
perum debiliūq; curam agere. Nō
seruos. nō ministros. ad infirmo
rū habitacula mittebat: sed ipsa
ꝑ se veniēs. que necessaria erant
ministrabat. Cibos ipā parabat
panem frangebat. epulas minis
trabat. calices lauabat. potū por
rigebat. Leua egrum sustētabat.
dextera manu cibabat. Alia etiā
que seruorum erant officia. cōple
uit humilis regina. cupiēs ab ip
so bene ministrādi gradū prome
reri. qui se in suis minimis profite
tur visitari. Propterea sollicitudi
nem gerebat maximā. sacrilego
gentilium ritu. mūdare patriam.
⁊ heretice paleas prauitatis. catho
lice fidei excutere granis. Inter hec
pietatis opera. cōcepit animo ihe
rosolimorū visitare loca. saluato
ris vestigia lacrimis rigare. cruci
fixum in sepulchro. non iam cum
mortuis querere: sed viuētem ⁊ in
celis regnātem adorare. Effectum

habuit affectꝰ quē inspirauit spi
ritussanctꝰ. Cum regio comitatu
profecta. suscepta est ab ierosoli
mitis. vt regina ⁊ domina. magnis
qȝ muneribꝰ a populo iudeorū ho
norata. Interfuit dona ferentibꝰ
pocioris muneris vnꝰ licet aliorū
oblatis videretur vilius Alij argē
tum septies purgatū. alij aurum
igne probatū. alij lapidem preci
osum ⁊ multum. iste argēto ⁊ au
ro lapideqȝ p̄ciosius obtulit ferrū
illas scilicet cathenas. quibus pe
trum in carcere vinxit herodis feri
tas. quasqȝ verbi sui claui disiecit
angelice visitacōis claritas Si cui
videtur incredibile. iudeos vincu
la petri vel pro honore seruasse vel
pro honore dedisse. quippe qui eiꝰ
sanctitati nō cessabant detrahere
sciat nichil impossibile diuine vo
luntati. que qȝ diu voluit. talez mar
garitam apud immūdos sues cō
culcari pmisit. donec reuelaret eā
in tempore quo fieret ornamentū
ecclesie. Voluit qui potuit sui mi
litis tropheū manifestari per iude
um eudoxie qui p eiusdē incredu
le gentis hominem. sue crucis stig
mata detexit helene. vt cōtrarius
veritati populus. tāto maiori sue
confusionis suffunderetur rubore.
quāto per seipsuz crucifixi testes
pocioris confiteretur glorie. Quis
dubitet. eudoxiam gaudio triū
diasse nō minori. cum agnouisset
cathenas petri. qm̄ helenam. cuz
diu desideātam vidisset crucem do
minic Vtriusqȝ inuētricis potuit
par esse gaudium. vtriusqȝ tamē

thesauri. non audeo par profiteri
meritū Quem inuenit helena ma
ior est meritis. quātum ad perso
nam impeātoris. ad psonam do
mini. ad personam magistri. ad
personam sponsi. ad personam fi
lij dei. quē eudoxia repperit est mi
noris meriti. quātum. ad personā
militis. ad personam serui. ad p
sonam discipuli. ad personam a
mici. ad psonam ptinet hominis
filij. Vterqȝ tamen sanctus. vter
qȝ magnus. vterqȝ nullis terrenis
diuicijs comparādus. Maior mi
norem sanctificauit. quia psona
personam iustificauit. Impeātor
militem. dominꝰ seruū. magister
discipulū. sponsus amicum. dei fi
lius. hominis filiū. christus iusti
ficauit petrum. A christo petrus
accepit. vnde cathenam suam con
secrauit. a seipso christꝰ habuit.
vnde crucem suam sanctificauit.
Crux pena latronū. facta est coro
na sanctorū. crux reprobatio mū
di. facta est gloia celi. crux mortis
suppliciū. facta est vite remedium
Propter hoc libertatis p̄uilegiū.
meritis exsuperat petri vinculū. ⁊
q̄uis sancta. q̄uis veneranda. ho
mi piscatoris cathena. precellit ta
men clementissimi saluatoris crux
gloriosa. Regina vero. optati mu
neris largitate potita. gratias red
didit ei. a quo bona procedūt cun
cta. ⁊ pro quibꝰ venerat dispositis
ad mētem festina romanā reuisi
tat arcem Intulit lacio vincula. q̄
soluūt peccatorꝫ ligamina. que iā
nō ligent iustū ⁊ sanctum; sed ab

omni impietate solvat impium. Felicem silentio commisit eventum dum in medium proferendi tempus occurreret aptum. Noluit famam rei subito intonare auribus vulgi, ne verba que ad horam sine opere sonarent, hora transeunte transirent. Altiori consilio tractavit sic inventum thesaurum romanis commendare, ut quod viveret religio fidei christiane, perpetuum haberet in sancta ecclesia memoriale. Aspiravit bone voluntati celestis gratia, unde optantis animo bene conveniens occurrit causa. Videns igitur fideles infidelibus in hoc gentilitas consentire ritu, ut singulis annis ob cesareane laudem victorie, sextiles solemnisarent kalendas, copioso togate plebis apparatu, volvebat animo lactantem nascentis ecclesie infantiam, hue superstitiosi erroris cito maculari posse, nisi divine clementia bonitatis tante cladibus pestilentie curaret quantotius finem imponere. Cogitavit regie maiestatis auctoritate in cultores uti: sed curie sententiam et primatum industriam evertere non erat ex facili. Durum erat a prisce consuetudinis intentione senatus decretum revocare, maxime cum per tot christianorum imperia principum usque in illud temporis longa senuisset etate. Videbatur enim eiusdem fautoribus observantie in hoc cultu nichil se contra christiane religionis propositum agere, cum nec sacra imponerent aris, nec thura incenderent diis: sed publice rei augmentum cesaream plausibus attollerent choreis. Et si studia senatorii ordinis in sue partis voluntatem inclinasset, minoris manus officii in seditionis versa tumultum valde restitisset, quippe quibus esset contrarium exterminari annuum sui ocii cultum. Ideo erat ut dixi difficile apud ipsos antiquitatis ritum subversum ire, sicut hodieque in christiano orbe plurimi vane superstitionis observantur ritus, quorum memoria deleri potest aut vix aut nullatenus. Deo ergo amabilis regina egregium revocavit animum in id consilii, neque quam in regie maiestatis honorem seditionem tumultuantis excitari populi, ne inconsulta res se verteret in peius, dum videretur tractari durius, disposuit humilitatis precibus impetrare, quod credebat minarum terroribus sine periculo extorquere non posse. Prudentis archanum animi romane sedis patefecit presuli, qui eiusdem iam extiterat voti: sed rudi timebat ecclesie si iret contra torrentem brachia tendere. Fecit eum ad plebem sue precis oratorem, ut qua eatenus observantia constarent augusti kalende: sed potioris principis titularentur ex nomine. Samior ergo pars populi assensum prebuit verbis apostolici: qui vero timuerunt cultum exterminari, nisi sunt excitare seditionem vulgi. Ut autem a prioribus intellexere, non de cultus exterminatione: sed de nominis

mutacõne peticõnem esse· tumul
tuantis turbe cessauit cõmotio· et
cõmuni laude approbata: est poti
oris nominis inscriptio· Tunc eu
doxia delati ab iherosolimis the
sauri coram dedit cõfessionem· et
ingrediẽs cum papa· de vinculis
petri sermonẽ plenum deuocõnis
et compunctõnis verbum fecit ad
plebem· Docuit in eis esse medici
nam salutarem· ad interioris et ex
terioris hominis salutẽ· et per eum
in cuius sacratissimo consecrata
sunt corpore· omniũ peccatorũ ab
solucõnem promereri posse· quia
multũ est illi facile quicquid vo
luerit ab illo impetrarẽ· a quo ha
bet in potestate animarũ· nexus
soluere atq; ligarẽ Inseruit etiam
sermoni mencõnem· de illa cathe
na quã tulit apostolus· sub nero
niana custodia· quã quintus a be
ato petro papatus minister cura
tionũ largam edocuit alexander·
q̃q; in augmẽtum salutis sue· re
uelauit balbine quirini filie In cõ
clusione autem sermõis· ex dei vo
luntate obtinuit hoc peticõnis vt
sicut dixi· eadem obseruantia con
starent augusti mensis kalende:
sed principis apostolorũ titularẽ
tur ex nomine· et eiusdem celebri
tatis gaudia· que eatenus cesaris
victoria· deinceps petri appellarẽ
tur vincula· Ad cuius deliberatio
nis decretum· sine fine confirman
dum· auguste sumptus a pape sup
plemẽtum domino elimauerunt·
et crismauerunt templum in quo
digne reposita clemẽtissimi petri

vincula· indigẽtibus plurima pre
stant beneficia· ibiq; perpetui ana
thematis sentẽtia· percussa est ce
sareani plausus vesania· vt apos
tolice liberacõnis victoria· li berio
ri regnarẽt per orbem memoria· R
magnauit etiam pontifex· ad im
pietatis similitudinẽ· hanc pieta
tis formam· sicut augusticole pa
nis et vini hodierna die libaue re
sumptũ· ita christicolas domini
ci corporis et sãguinis gustare sa
cramẽtũ· et educti mortis ergastu
lo· angelicum sequerẽtur ducatũ
cum petro· qui nos peccatorũ ab
solutos vinculis· itroducat i ianu
am regni celestis· vbi nos refici
at sue aspectus satietate· in quem
desiderãt angeli semper prospice
re· cui proclamãt sanctus sanctus
sanctus sine intermissione· laudan
tes vnũ verum deum· in trinitate
qui viuit et regnat sine fine Amen
Tu autem domine:

Sermo beati Augustini epi·

Vdistis frẽs
carissimi· beatum petrũ
in saluatoris passione· suis erro
ribus profecisse· et postea q̃m ne
gauit dominũ· fuisse apud domi
num meliorem· Felicior enim po
stea fidem se perdidisse defleuit· at
q; ideo maiorem gratiam repperit·
q̃ amisit· Tamq̃ enim pastor bo
nus· tuẽdum gregem accepit· vt
qui sibi ante infirmus fuerat· fi
eret omnibus firmamentum: et

quia ipe interrogacõnis tempta
tione negauerat. ceteros fidei sta
bilitate fundaret. Deniq3 pro soli
ditate deuocõnis ecclesiarũ petra
dicitur. sicut ait dominꝰ Tu es pe
trus. et super hãc petram. edifica
bo ecclesiã meam. Petra enim di
citur. eo ꝙ primus in nationibꝰ
fidei: fũndamenta posuerit. ⁊ tam
ꝙ saxum immobile. totius opeis
christiani cõpagem molemq3 cõ
tineat. Petra ergo pro deuocõne
petrus dicitur. ⁊ petra pro virtute
dominꝰ nũcupatur. sicut ait apos
tolus. Bibebãt autem de spiritua
li. sequẽte eos petra. petra autem
erat cristus. Recte cõsortium me
retur nominis. qui cõsortium me
retur ⁊ operis. In eadem enim do
mo petrus fundamẽta ponit. Pe
trus plantat. dominus incremen
tat. dominꝰ irriguũ subministrat
Petrus ergo temptacõnibus su
is proficit. fletibus gaudet. pericu
lis suis crescit. Hic namq3 in ma
re dum sup vndas temerarius vi
ator ingreditur. nutat incessu: sed
cõualescit affectu. periclitatur cor
pore: sed deuocõne non labitur.
mergitur pedibꝰ: sed christi dex
tera sustentatur. Sustẽtabat eñ
fides. quẽ vnda mergebat. ⁊ quẽ
fluctuũ procella turbabat. salua
toris dilectio cõfirmabat Ambu
lauit enim in mari petrus. magis
dilectione. q̃m pedibus Nõ enim
videbat vbi pedum vestigium fi
geret. videbat autem vbi figeret
vestigium caritatis. In naui enĩ
positus considerãt dominũ. ⁊ amo
re eius ductus descendit in mare.
Nec cogitat labentes aquas. non
fluenta currentia. ⁊ christum res
picit. non respicit elemẽtum Cre
dit fide. etiam inter vndas inueñt
solidum vestigium. Iactetur licet
fluctibus mare. ventis pelagus
turbetur. nõ tamen cõturbatũr
petri semita. que ducit ad domi
num Ambulat igitur sup aquas
petrus. ⁊ sb̃ pedibus eius mollis
vnda non cedit. Legimus in vete
ri testamẽto. filios israhel p̃ mare
rubrum siccis itineribꝰ ambulas
se. et ad securitatem gradiẽtium
ne laberẽtur vnda. in soliditatem
quandam eam fuisse mutatam.
Quãto hic melius. vbi ambulã
te petro. nec mutatur vnda. nec la
bitur. nec solidatur vnda. nec fu
git. Meliũs inq̃. vbi eadem vnda
qui fluctuat ⁊ sustentat. Ibi idem
gurges. qui mergitur et famula
tur. Illic vt portarẽtur per mare po
pulus israhel. meatum suum na
tura perdiderat. hic portatur in a
quis petrus. cursum suum tamen
fluenta non perdũt. Temerarius
ergo viator apostolus. noui itine
ris viaz carpit. modo curuati gur
gitis molem ascendit. modo sub
sidentis sinus vnda descendit. et
inter marinos fluctus ascensus
illi itineris. descensusq3 non deest.
Sed vbi turbatus ventis exagita
tusq3 procellis incipit timere q̃d
credit. statim ei gurges subtrahi
tur. vnda subducitur. Mox enim
deficiẽte fide. deficit ⁊ semita. Tũc
exclamans dominũ ihesum saluũ

ſe fieri ꝑcatur. Quem apprehenſa
manu ſaluatoꝛ liberat. et obiur
gat dicens Modice fidei. quare du
bitaſti. hoc eſt. cur tam parue fi
dei es. vt qui credendo in mare am
bulare ceperas. non id perſeuerã
do tranſires. Scriptum eſt enim.
Qui perſeuerauerit vſqꝫ in finem:
hic ſaluus erit. Sed dum cuncta
tis a dubitas. iter qđ ingreſſus
fueras. perdidiſti. Cur inquã tam
modice fidei es vt non ea fide qua
venire ceperas peruenires. Intel
lige ergo. quia in mare creduli
tas te poꝛtabat. perfidia ſubmer
gebat. Ideo ſanctus petrus dum
fluctuat. dum mergitur. dum peri
clitatur. ſic peruenit ad dominuꝫ
oſtendens nobis qđ non niſi per
pericula properetur ad chriſtum
Multi enim dyabolici fluctus ſũt
in hoc mundo temptacõnum mul
ta naufragia. a quibus ita liberã
ri poſſumus. ſi clamantibus ma
num ſuam ſaluatoꝛ extenderit.
Nos ergo ad dominũ clamare nõ
ceſſemꝰ. ille auxilium ſolitum nõ
negabit ihesus chriſtus dominꝰ
noſter. qui cũ patre a ſpirituſan
cto viuit a regnat in ſecula ſeculo
rum Amẽ. Tu autem domine: mi
ſerere noſtri.
Deo gratias.

De ſancto lau tio martire

Sermo Leonis ppe.

Vm omnium dilectiſſimi ſumma virtutũ. a toci
us plenitudo iuſticie. de illo amo
re naſcatur quo deus proximuſqꝫ
diligitur. in nullis profecto hic a
moꝛ ſublimius excellere. clariuſqꝫ
fulgere. quã in beatiſſimis marti
ribus inuenitur. qui domino ihe
ſu chriſto pro omnibus homini
bus mortuo. tam propinqui ſunt
imitatione caritatis. quã ſimilitu
dine paſſionis. Quãuis enim illi
dilectõni. qua dominus nos rede
mit. nulla cuiuſqꝫ benignitas poſ
ſit equari. quia aliud eſt pro iuſ
to mori. hominem ſua neceſſitate
moriturum. aliud pro impijs oc
cumbere. a debito mortis alienũ.
multum tamẽ vniuerſis homini
bus martires contulerũt. quoꝛuꝫ
fortitudine ita eius largitoꝛ vſus
eſt dominus. vt penam mortis. a
atrocitatem crucis. nulli ſuoꝛum
vellet eſſe terribilem: ſed feciſſet
imitabilem. Si ergo nullus bonꝰ.
ſibi ſoli eſt bonus. nec cuiqꝫ ſapi
enti. ſibi tantum eſt amica ſapiẽ
tia. a hec verarũ natura virtutum
eſt. vt multos a tenebroſo abdu
cat errore. qui earum clarus eſt lu
mine. ad erudiendũ dei populum
nulloꝛũ eſt vtilioꝛ foꝛma. quã mar
tirij ſit eloquentia. Sit racio faci
lis ad orandum. efficax ad ſua
dendum. validioꝛa tamen ſunt ex
empla quã verba. et plus eſt ope
re docere. quã voce. In quo excellẽ
tiſſimo generẽ doctrine beatuſ mar
tir laurentius. cuius paſſione di
es hodiernus illuſtris eſt. et quã
glorioſa polleat dignitate. etiam

persecutores ipsius sentire potue
runt. cum illa mirabilis animi for
titudo. de christi principali tret amo
re concepta. non solum ipsa non
cederet: sed etiam alios exemplo
sue tolerantie roboraret. Cum enim
furor gentilium potestatum. in ele
ctissima queque christi membra se
uiret. ac precipue eos qui ordinis
erant sacerdotalis impeteret. in le
uitam laurentium. qui non solum
in ministerio sacramentorum: sed
etiam dispensatione ecclesiastice
substantie preminebat. impius p
secutor efferbuit. duplicem sibi
predam. de vinculis viri compressio
ne promittens. Quem si fecisset san
cte pecunie traditorem. faceret eti
am vere religionis exortem. Arma
tur itaque gemina face homo pecu
nie cupidus. et veritatis inimicus.
auaricia vt rapiat aurum. impie
tate vt auferat christum. Postu
lat sibi ab immaculato sacrarij
preside opes ecclesiasticas. quibus
auidissimus inhiabat. Cui leuita
castissimus. vbi eas repositas ha
beret ostendens. innumerosissimos
sanctorum pauperum obtulit gre
ges. in quorum victu atque vestitu
manumissibiles crediderat facul
tates. que tanto interius erant sal
ue. quanto sanctius probantur ex
pense. Fremit predo frustratus. et
in modum religionis. que talem di
uitiarum vsum instituisset exar
descens direptionem thesauri poti
oris aggreditur. vt apud quem
nullam denariorum substantiam
repperisset. illud depositum quod sa
cratius erat diues auferret. Renun
ciare christo laurentium iubet. et
solidissimam illam leuitici animi for
titudinem. diris parat vrgere sup
plicijs. Quorum vbi prima nichil
optinent. vehementiora succedunt
Laceros artus: et multa verberum
sectione concisos. subiecto precepit
igne torreri. vt per cratem ferream
que iam de feruore continuo. vim
de se haberet vrendi. conuersorum
altera tione membrorum. fieret cru
ciatus vehementior. et pena produ
ctior. Nichil optines. nichil profi
cis. seua crudelitas. Subtrahitur
iuuentutis materia mortalis. et
laurentio in celos abeunte. tu defi
cis flammis tuis. Superare carita
tem christi flamma non potuit. et seg
nior fuit ignis qui foris vssit. quam
qui intus accendit. Seuisti persecu
tor martiris. seuisti et auxisti pal
mam. dum exaggeras penam. Nam
quid non ad victoris gloriam inge
nium tuum repperit. quando commen
ta tyrannidis tue. in honorem transi
erunt triumphi. etiam inter tormen
ta supplicij. Gaudeamus ergo dile
ctissimi. gaudio spirituali. et de fe
licissimo incliti viri fine gloriemur
in domino. qui est mirabilis in san
ctis suis. in quibus nobis et presidi
um constituit et exemplum. atque ita
per vniuersum mundum clarificauit
gloriam suam. vt a solis ortu vsque
ad occasum. leuitico numero. lumi
ne choruscante fulgoris. quam clarifi
cata est iherosolima stephano.
tam illustris fieret roma laurentio
Cuius oratu et patrocinio adiuual

nos sine cessacōne confidimus vt
quia omnes sicut apostolus ait·
quicumqȝ in christo pie volūt vi
uere persecutiōem paciuntur· cor
roboremur spiritu caritatis· ⁊ ad
superādas omnes temptationes·
cōstantia fidei ⁊ perseuerātia mu
niamur· per dominū nostrum ihe
sum christum viuētem ⁊ regnan
tem cum patre ⁊ spiritu sancto in
secula seculorū Amen· Tu autem
domine:

Sermo beati Maximi epi
de eodem festo.

Anctū est fra
tres ac deo placitum· vt
natalem beati laurencij precipua
deuotiōe veneremur· cum radian
tibus flāmis victrix in hunc quo
qȝ diem toto orbe cristi clarescat
ecclesia· Qui cum in sede gloriosis
simi patriarche· dyaconatus fun
geretur officio· puritate inno cen
tis vite· fortissimeqȝ mortis trium
pho· apostolico se ɔsortio copula
uit· Nec immerito eum apostolo
rum supparem predicamus· cui ⁊
castitas a nimi leuiticum ministe
rium dedit: ⁊ plenitudo fidei mar
tirij cōtulit dignitatem· Quem ve
nerabilis sixtus· romane vrbis
antistes· cum impietatem seuien
tis mundi per tormēta superaret
⁊ regnis celestibus esset iam vici
nus· videretqȝ cū paterna de mor
te tristissimū· ita illum spiritu pre
scientie compellasse narratur· No
li fili mestus esse· post triduū me
sequeris· Vnde apparet carissimi·
beatum laurentiū· non de sacerdo
tis sui victoria habuisse tristiciā·
sed doluisse· quia non etiam ipse
mūdum cum suo pariter sacerdo
te vincebat· Noli inquit fili mestꝰ
esse· post triduū me sequeris· hoc
est noli tristis esse velut apud se
culū derelictꝰ· nam nec te fides vi
taqȝ tua tali morte priuabit· Nul
la te de meo trāsitu quo ego gau
deo perturbet anxietas· quia mox
et tu habiturus es de tua passio
ne leticiam· Vere beati laurencij
gloria singularis· qui tantum de
deo suo cōsecutus est gratie· vt ei
martir de martirio prophetaret·
quem pro suorū prerogatiua me
ritorum· ante victoria letificauit
quā pugna terreret· Ergo vt com
perit ore sacerdotis et martiris se
quoqȝ omnimodis assumēdum·
cōgregatis inopum turbis· eccle
siasticum censum· religiosa libera
bilitate diuisit· Quā profundum
spiritualis viri· ⁊ quā celeste con
silium· vt egenis cōsuleret· ⁊ mul
titudine consumente que dederat·
inuenire non posset: quod rapo
ret persecutor· illam nimirum se
cutus sententiam· Dispersit dedit
pauperibus: iusticia eius manet
in eternum. Misericordie fuit· q̄d
elimosinam pauperibus dedit· iu
sticie autem q̄d vt vir prudentis
simus procurauit· ne sanctorum
substantiam· auaris manibus sa
crilegus occuparet Iusticia eius
inquit manet in eternū· Quomo

do non hec eius iusticia manebit in eternū. quam et sancto imple uit opere gloriosissimo martirio consecrauit. Hoc itaqꝫ dolore fu ror gentilis accensus. craticulam ɔtinuo parat ignitam. super quā cremādum laurentium. per mem bra distenderet. vt indignacōnis sue flammas. impijs ignibus vin dicaret. Ardet profecto totis visce ribus fortissim⁹ martir et vritur: sed regnum celi promissaqꝫ dei fi deli mente pertractās. refrigerio cōscientie victricis exultat. nec pe nali flexus incendio est. cuius in pectore. insuperabili sancti spirit⁹ flamma feruebat. Aut nūquid ce dere poterāt momētanee corporis vstioni. cuius fides eternum iehē ne extinguebat ardorem. Superatis itaqꝫ flammarum ministris omne mundane insanie refrigu it incendium. Et hucvsqꝫ dyaboli ca profecit intentio. vt et vir fide lis. ad dominū suum gloriosius ascenderet. et crudelitas persequē tium. cum suis ignib⁹ confusa tor pesceret. Tu autem

Lectio sancti euāgelij. Scdm Johānem

In illo tēpore Dixit ihesus discipulis suis Amen amē dico vobis. nisi granum frumenti cadens in terram mortuū fuerit. ipsum solum manet. Si autē mor tuum fuerit. multum fructum af fert. Et reliqua. Omel beati Augu stini episcopi.

Humilitatis magister est christ⁹. q̄ hūiliauit semetip sum factus obediens vsqꝫ ad mor tem: mortem autem crucis. Non itaqꝫ amittit diuinitatem. quādo nos docet humilitatē. In illa pa tri est equalis: in hac nobis simi lis. Per quod patri est equalis nos vt essem⁹ creauit. per quod nobis est similis. ne periremus redemit. Ecce sicut in precedētibus loquitur euāgelium. iudei volunt eum occidere. gentiles videre. Ex occasiōe igitur gētilium illorum. qui eum videre cupiebant. annū ciat futuram plenitudinem genti um. et promittit iam iamqꝫ adesse horam glorificacōnis sue. qua fa cta in celis gētes fuerāt credituree Vnde p̄dictum est. Exaltare super celos deus. et super omnem terram gloria tua. Hec est gētium pleni tudo. de qua dicit apostolus. Ceci tas ex parte in israhel facta est. donec plenitudo gētium intraret. Sed altitudinem glorificacōnis. oportuit vt precederet humilitas passionis. Ideo secutus adiunxit hoc quod modo cum recitaretur audistis. Amen amē dico vobis nisi granuz frumēti cadens in ter ram mortuū fuerit. ipsum solum manet. Si autē mortuū fuerit. mul tum fructuz affert. Si autem dice bat. Ipsum esset granum mortifi candum et mulplicādum. Mortifi candum in infidelitate iudeorum.

multiplicandū in fide populorum
Jam vero exhortans ad passiōis
sue sectāda vestigia. qui amat in
quit animam suam. perdet eam.
Qd duob⁹ modis intelligi potest.
Qui amat pdet. idest si amas per
de. Si cupis vitaȝ tenere in xpō. no
li mortē timere pro christo. Jtem
alio modo. Qui amat animā suā.
pdet eam. Noli amare. ne pdas.
Noli amarē in hac vita. ne perdas
in eterna vita. Hoc autem qd po
sterius dixi. magis habere videt̄.
euāgelicus sensus. Sequitur enī
Et qui odit animam suam in hoc
mūdo. in vitam eternam custodit
eam. Ergo qd supradictū est. qui
amat: subintelligitur in hoc mū
do. ipse vtiqȝ perdet. Qui autē odit
vtiqȝ in hoc mundo. in vita m eter
nam ipse custodit eam. Magna ꝛ
mira sententia. queadmodum sit
hominis in animā suam amor vt
pereat. odium ne pereat. Si male
amaueris. tūc odisti: si bene ode
ris. tunc amasti. Felices qui ode
runt custodiēdo. ne pereant amā
do. Sed vide ne subrepat tibi. vt
teipsum velis interimere. sic intel
ligēdo. ꝙ debes odisse in hoc mū
do animā tuaȝ. Hinc enim quidā
maligni atqȝ pversi. et in seipsis
crudeliores ꝛ sceleratiores homici
de flammis se donāt. aquis prefo
cant. precipicio collidūt ꝛ pereūt
Hoc christus non docuit. ymmo
etiam dyabolo pcipicium sugge
renti respondit. Redi retro satha
nas. scriptum est. nō temptabis
dominū deum tuum. Petro autē

dixit. significās qua morte clarifi
caturus esset deum. Cum esses iu
nior cingebas te. ꝛ ibas vbi vole
bas. cum autem senueris. exten
des manus tuas. ꝛ alter te cinget
ꝛ feret quo tu non vis Vbi satis
expssit. non a seipso: sed ab alio
debere occidi. qui vestigia sequit̄
christi. Cum ergo cause articul⁹
euenerit. vt hec cōditio propona
tur. aut faciēdum esse contra pre
ceptū dei. aut ex hac vita emigrā
dum. quorū duorum homo coga
tur alterum eligere. cōminātē mor
tem psecutore. ibi eligat deo dile
cto mori. ꝙ offenso viuē. ibi ode
rit in hoc mūdo animā suam vt in
vitam eternā custodiat eam. Si
quis mihi ministrat. me sequat̄.
Quid est me sequat̄. nisi me imite
tur. Christ⁹ enim pro nobis pas
sus est. ait apostolus petrus. Re
linquēs nobis exemplum. vt se
quamur vestigia eius. Ecce quod
dictū est. si quis michi ministrat.
me sequat̄. Quo fructu. qua mer
cede. quo premio. Et vbi sum inq̄t
ego. illic ꝛ minister me⁹ erit. Gra
tis ametur. et operis quo minis
tratur illi precium sit esse cum il
lo. Vbi enim bene erit sine illo.
aut quādo esse male poterit cum
illo. Audi euidentius. Si quis mi
hi ministrauerit. honorificabit eū pr̄
me⁹ Quo honore. nisi vt sit cū filio
eius. Qd ei superius ait. vbi ego sū
illic ꝛ mister me⁹ erit. hoc itelligit̄
expo suisse cū dic̄. honorificabit eū
pr̄ meus. Nam quē maiorē honorē
accipe poterit adoptat⁹. quā vt sit

vbi est vnicus· nō equalis fact9
diuinitatis: sed cōsociatus eterni
tati. Quid est autem ministrare
cristo· cui operi merces tanta pro
ponitur· hec potius debem9 inqui
rere· Si enim hoc putauerim9 esse
christo ministrarē· ea que sūt cor
pori necessaria preparare· aūt ce
nāti cibum coquere· vel mensam
apponere· vel poculū dare· potum
q3 miscere fecerūt· hoc illi qui potu
erūt eum in corporē presentem ha
bere· sicut martha et maria· quan
do et lazarus vn9 erat ex discuben
tibus· Sed eo modo christo etiā
iudas perditus ministrauit· nam
et loculos ipē habebat· et q̄uis ex
eis que mittebātur· scceleratissime
furaretur· per illum tamen etiam
necessaria parabātur· Unde illud
qđ cum ei diceret domin9· quod
facis fac celeriter· arbitrati sunt q̄
dam· q eum iusserit propter di
em festum necessaria prepararē·
vel indigētib9 aliquid dare· Nul
lo modo igitur de huiuscemōi mi
nistris diceret dominus· vbi sum
ego: ibi erit et minister meus· et si
quis michi ministrauerit· honori
ficabit illum pater me9· quoniā
iudaȝ talia ministrātem· reproba
tum potius q̄m honoratum vide
mus· Vt quid ergo alibi queri
mus· quid sit ministrare christo
et nō potius in istis ipsis verbis
agnoscimus· Cum enim dixit· si
quis michi ministrat· me sequa
tur· hoc itelligi voluit ac si diceret·
Si quis me nō sequitur· nō mihi
ministrat· Ministrant ergo ihesu
christo· qui non sua querūt: sed
que ihesu christi. Hoc est enī me
sequatē· vias ambulet meas· nō
suas· sicut alibi scriptum est. Qui
dicit se in christo manere· debet si
cut ille ambulauit· et ipē ambu
lare· Etiam si porrigit esurieti pa
nem· de misericordia facere debet·
nō de iactantia· nō aliud ibi que
rere· q̄m opus bonum· nesciente si
nistra: quid faciat dextera· id est
vt alienetur ītētio cupiditatis·
ab opere caritatis· Qui sic minis
trat: christo ministrat· recte q3 illi
dicitur· cum vni ex minimis me
is fecisti: michi fecisti· Nec ea tan
tum que ad misericordiā pertinēt
temporālem: sed omnia bona ope
ra propter christum faciens· tūc
enim erūt bona: quoniam finis le
gis christ9 ad iusticiam omni cre
denti· minister est christi vsq3 ad
illud op9 magnum caritatis· qđ
est animā suam pro fratribus po
nere· Hoc est enim et pro christo
ponē· quia et hoc propter sua mē
bra dicturus est Cum pro istis fe
cisti: pro me fecisti De tali quippe
opere etiaȝ se ministrū facere et ap
pellare dignatus est· vbi ait· Sicut
filius hominis nō venit ministra
ri: sed ministrare· et animā suam
ponere pro multis· Hinc ēgo est
vnusquisq3 minister cristi· vnde
est et minister xp̄c· Sic ministran
tem xp̄o honorificabit pater eius
honore illo magno· vt sit cū filio
eius et nūq̄ deficiat felicitas eius
Cū ergo auditis fratres dn̄m di
centē· vbi ego suȝ: illic et minister

meus erit. nolite tantūmodo bo
nos episcopos et clericos cogitaē
Etiam vos pro modo vestro minis
trate christo bene viuēdo. elemosi
nas faciendo. nomen doctrināq3
eius quibus potueritis predican
do. et vnusquisq3 etiaz paterfami
lias hoc nomine. agnoscat pater
num affectum sue familie. se debe
re pro cristo et pro vita eterna. su
os omnes moneat. doceat. horte
tur. corripiat. impēdat beniuolen
tiam. exerceat disciplinam. Ita in
domo sua. ecclesiasticuz et quodā
modo episcopale implet officiū.
ministrādo christo. vt in eternuz
sit cū ipso. Nam et illam maximā
passionis ministracōnem. multi
ex vestro numero ministrarunt.
Multi nō episcopi. neq3 clerici. iu
uenes et virgines. senes cum iuni
oribus. multi cōniugati et coniuga
te. multi patres. matresq3 famili
as. ministrātes christo. etiaz ani
mas suas in eius martirio posu
erunt. et honorificante patre. coro
nas gloriosissimas receperūt. Tu
autē domine.

Invigilia assumpcōnis.
Lectio sancti euāgelij.
Scdm Lucam.

Exurgens ma
ria in dieb9 illis. abijt in
montana cum festinatiōe in ciui
tatem iude. et intrauit in domū za
charie. et salutauit elysabeth. Et
reliqua. Omel beati Ambrosij epi
scopi.

Orale est om
nib9. vt qui fidem exigūt
fidē astruāt. Et ideo angelus cum
abscōdita annūciaret. vt fides as
strueretur. exemplo senioris femīe
sterilisq3 cōceptum virgini marie
nūciauit. vt possibile deo omne
q8 ei placuerit assereret. Vbi au
diuit hoc maria nō quasi incredu
la de oraculo. nec quasi dubitans
de exēplo: sed quasi leta pro voto
religiosa p officio. festina p gau
dio. in mōtana perexit. Quo enim
iam deo plena. nisi ad supiora cū
festinatione ōtenderet. Nescit tar
da molimina. sācti spirit9 gratia
Discite et vos sancte mulieres sedu
litatē. quā pregnātibus debeatis
exhibere cognatis. Mariā que an
te sola in intimis penetralib9 ver
sabatur. nō a publico v̄ginitatis
pudor. nō a studio asperitas mō
tium. nō ab officio prolixitas iti
neris retardauit In montana vir
go cum festinatiōe. virgo officij
memor. iniurie immemor. affectu
vrgente nō sexu. relicta perexit do
mo Discite virgines non circūcur
sare per alienas edes. nō demora
ri in plateis nō aliquos in publi
co miscere sermones. Maria in do
mo sera. festina in pūblico. man
sit apud cognatam suam tribus
mensib9 Etenim que propter offi
cium venerat. inherebat officio.
Mansit mēsibus tribus. nō quo
dom9 eam delectaēt aliena: sed q2
freq̄ntius videri in publico displi
cebat Didicistis virgines pudorē

marie. discite humilitatē. Venit
propinqua ad proximam. iunior
ad seniorem. nec solum venit: sed
etiam prior salutauit. decet enim
vt quāto castior virgo. tanto humi
lior sit Nouerit deferre senioribus
sit in gratia humilitatis. in qua
professio est castitatis. Est causā
pietatis. est etiā norma doctrine.
Consuetūdum est enim. quia superi
or venit ad inferiorem. vt inferior
adiuuetur. maria ad elysabeth.
xp̄s ad iohānem. Denique etiam
post. vt sanctificaret baptismum
iohānis. dominus venit ad bap
tismū. Cito quoque aduentus ma
rie. et presētie dominice beneficia
declarantur. Simul enim vt audi
uit salutacōnem marie elisabeth
exultauit infans in vtero eius. et
repleta est spiritusancto. Vide di
stinctōnem. singulorumque verbo
rum proprietates. Vocē prior eli
sabeth audiuit: sed iohānes pri
or gratiam sensit. Illa naturē ordi
ne audiuit. iste exultauit racōne
misterij Illa marie. iste domini sē
sit aduentum. Femina mulieris. et
pignus pignoris. Iste gratiam lo
quūtur. illi intus operantur. pie
tatisque misterium maternis ador
nātur profectibus. duplicique mi
raculo prophetant matres. spiri
tu paruulorum. Exultauit infans.
repleta est mater. Non prius ma
ter repleta quā filius: sed cum fili
us esset repletus. repleuit et matrē
Exultauit iohannes. exultauit et
marie spiritus et exultante iohan
ne. repletur elysabeth. mariam ta

men nō repleri spiritu: sed spiritū
eius exultasse cognoscimus Incō
prehensibilis enim incōprehensi
biliter operabatur in matre. et illa
post cōceptum repletur. ista ante
cōceptum. Benedicta tu inter mu
lieres. et benedictus fructus ven
tris tui. Et vnde hoc mihi. vt veni
at mater domini mei ad me. No
uit sermōem suum spiritussanctus
nec vnquā obliuiscitur. et prophe
cia non solum rerum completur
miraculis: sed etiam proprietate
verborum. Quis est ventris iste
fructus. nisi ille de quo dictum est
Ecce hereditas domini filij merces
fructus ventris. Hec est hereditas
domini. filij sunt qui merces sūt.
fructus illius. qui de ventre ma
rie processit. Ipse fructus ventris
est. flos radicis. de quo bene pro
phetauit ysaias dicens. Exiet vir
ga de radice yesse. et flos de radi
ce eius ascendet. Radix enim est
familia iudeorum. virgo maria.
flos marie christus. qui veluti bo
ne arboris fructus. nostre virtu
tis processu nunc floret. nunc fru
ctificat in nobis. nūc rediuiua cor
poris resurrectōne reparatur. Et
vnde hoc michi. vt veniat mater
domini mei ad me. Non quasi ig
norans dicit. Scit enim esse san
cti spiritus gratiam et operacōnē
vt mater prophete. a matre domi
ni. ad profectum sui pignoris sa
lutetur. Sed quasi non humani
hoc meriti: sed diuine gratie mu
nus esse cognoscat. Ita enī dicit.
Vnde hoc michi. hoc est quātum

bonum mihi accidit· vt mater do
mini mei veniat ad me? Non cog
nosco meum. Vnde hoc michi?
Qua iusticia. quibus factis. pro
quibus meritis? Non vsitata hec
officia feminarū sunt· vt veniat
mater domini mei ad me Miracu
lum aspicio· cognosco misterium
Mater domini verbo facta· deo ple
na est· Ecce enim vt facta est vox
salutacōnis tue in auribus meis
exultauit in gaudio infans in vte
ro meo· ⁊ benedicta que credidis
ti. Vides non dubitasse mariam:
sed credidisse. ⁊ ideo fructum fidei
cōsecutā. Beata inquit que credi
disti. Sed ⁊ vos beati· qui auditis
⁊ creditis. Quecūqꝫ enim credide
rit anima· ⁊ cōcipit ⁊ generat dei
verbum. ⁊ opera eius agnoscit.
Sit in singulis marie anima vt
magnificet dominum. sit in singu
lis spiritꝰ marie. vt exultet in deo
Si scd'm carnem. vna mater est
christi. scd'm fidem tamen omniū
fructꝰ est christus. Omnis enim
anima accipit dei verbum. si tamē
immaculata ⁊ immunis a vicijs
intemerato castimoniā pudore cu
stodiat Quecumqꝫ igitur talis es
se potuerit anima. magnificat do
minum. sicut anima marie mag
nificat dominū. et exultauit spūs
eius in deo salutari suo. Magnifi
catur enim dominꝰ. sicut ⁊ alibi
legimus. Magnificate dominum
mecum. nō quo domino aliquid
humana voce possit adiungi: sed
quia magnificatur in nobis Yma
go enim dei christus est. ⁊ ideo si

quid iustum religiosumqꝫ fecerit
anima illa. ymagiem dei ad cuiꝰ
est similitudinem creata magnifi
cat. Et ideo dum magnificat eam
magnitudinis eius quasi quadā
participacōne sublimior fit. vt il
lam ymaginem splendido bono
rum colore factorum. ⁊ quadam
emulacōne virtutis. in se videatur
exprimere. Magnificat autem a
nima marie dominū. et exultauit
spiritus eius in deo. eo qꝫ ⁊ anima
et spiritu patri filioqꝫ deuota. v
num deum ex quo omnia. ⁊ vnū
dominū per quem omnia. pio ve
neretur affectu. Marie quo perso
sona melior. eo prophecia plenior.
Nec ocisum videtur. qꝫ ⁊ ante io
hānem elysabeth prophetat. et
maria ante domini generacōnem
Serpūt enim iam temptamenta
salutis humane. et sicut malum
mulieribus cepit. ita etiam bona
a mulieribus inchoātur. vt femi
ne quoqꝫ muliebria opera deponē
tes. infirmitati renuncient. et ani
ma que non habet sexum. vt ma
ria que nescit errorē. religioso imi
tetur studio castitatē Mansit aūt
maria cum illa mensibus tribus
⁊ reuersa est in domū suam. Bene
inducitur sancta maria ⁊ exhibu
isse officium ⁊ misticum numerū
custodisse. Nō enim sola familia
ritatis est causa qd diu mansit:
sed etiam tanti vatis profectus.
Nam si primo in gressu tantus
processus extitit. vt ad salutatio
nem marie exultaret infans in vte
ro. repletus spiritu sancto. mater

infantis. quantum putamus usu tanti temporis sancte marie addidisse presentiam. Mansit autem maria cum illa mensibus tribus. Augebatur itaque et quasi bonus athleta exercebatur in utero matris propheta. amplissimo enim virtus eius certamini parabatur. Denique tam diu mansit maria. quam diu elisabeth pariendi tempus impleret. Quod si diligenter aduertas. inuenies hoc nusquam positum. nisi in generatione iustorum. Denique impleti sunt dies ut pareret maria. impletum est tempus. ut pareret elisabeth. Impletum est vite tempus. cum sancti viri ex hoc vite curriculo demigraret. Plenitudinem iusti vita habet. inanes autem sunt dies impiorum. Tu

Sermo beati Iheronimi de assumptione virginis gloriose

Cogitis me o paula et eustochium. immo caritas christi me compellit qui vobis dudum tractatibus loqui consueueram ut nouo loquendi genere sanctis que vobiscum degunt virginibus latino utens eloquio. exhortationis gratia. sermonem faciam de assumptione beate et gloriose semper virginis marie: more eorum. qui declamatorie in ecclesiis solent loqui ad populum. Quod utique genus docendi necdum attigeram. Sed quia negare nequeo. quicquid iniungitis. nimia vestra deuictus dilectione experiar que hortamini affectu infantium more balbucientium. qui quecumque audierint fari gestiunt. cum necdum possint ad plenum verba formare. maxime quia propter simpliciores quasque id me depromere compellitis ut habeant sermone latino. quibus se occupent laudibus. et ex eadem die. quibus se diuinis vacent lectionibus. presertim cum et eadem in multis festiuitatibus multorum sanctorum patrum studia. miro docuerunt eloquio. que de hac quidem uberius ubique in scripturis diuinis predicata leguntur. Quid enim aliud sonant euangelia. nisi nascentem dominum ex maria virgine. et omnia incrementa. quousque fuit in mundo duntaxat. diuinis efferunt preconiis. Porro ab exordio sancti euangelii gabrielem archangelum colloquentem marie audistis. et deinceps reliqua omnia plenius legistis. Ad presepe quoque o paula te teste. nato puero. multitudinem angelorum. inter crepundia noui partus. et querelas nescii ploratus. pro frescennis gloria in excelsis deo. et in terra pax hominibus bone voluntatis cantantem audisti. et radiantem stellam vidisti. pastoribus insuper euangelisantibus credidisti. Magos preterea tria deferentes munera. in visione beatis oculis conspexisti. ipsa eadem munera bene intelligendo. votis omnibus. si deo placita obtulisti. Nam et cum eisdem magis deum puerum in presepe adorasti. Sed forte conquesta me delatorem quod te prodiderim clamabis. Ad quod ego. Si celatum esse volebas teste conscientia. mihi narrare ante presepium. ubi plurimum lacrimata es. non

debetes quod vt veruz fatear chri
sti preconia etiā si voluero adiurā
tus. neqȝ tuas laudes tacere omni
no queo Jdcirco tue te interrogēt
filie quas lacte nutris tu mea me
lius reserabis. que nescio si p̄ spe
ciem aliquaz certe aut in spiritu
vidisti. Vn̄ vos o filie pulsate ma
trem precibus. pulsate ad ostiū
inuitantis amici. si quomodo vob̄
tandem aperiant̄ que reserata fuit
matri Verumtamen de hijs quid
plura dicam. ¶ Omnia saluatoris
gesta et beate marie obsequia nec
non et actus vite ex euangelio di
dicistis Et nunc q̄d superest. vt ab
aliquo doctorū requiratis. ¶ De as
sumptione tamē eius qualiter as
sumpta est. q̄ vestra id deposcit i
tencio. presentia absens scribere
tur. Cui ysaias dicit. dilata locū
tentoriȷ̄ tui ⁊ pelles tabernaculoꝝ
tuoꝝ extendere parcas. Habet ergo
famē istam. nō famem panis. ne
qꝫ sitim aque: sꝫ audiēdi verbum
dei. ⁊ faciendi voluntatem eius. De
quo quidē impetꝰ ingreditur. qꝛ
velocitas p̄dicacōnis flante spiri
tusancto. in totam mūdi latitudi
nem dirigit. Deniqꝫ ruth. que vel
videns. vel festināns: seu deficiens
interp̄tatur. merito ecclesiā signi
ficat. que in puritate cordis deum
cōtemplatur. ⁊ scdm psalmistā.
festinat manꝰ eius dare deo. Hec
deficit. idest firmiter in fine ⁊ di
lectōne dei p̄sistere decernit. Beth
sabee vero que interp̄tatur puteꝰ
septimus. abūdātiam gratie san
cti spiritꝰ in ecclesia fieri designat
dono deniqꝫ spiritali. hoc est sep
tenario facta est ecclesia puteꝰ sā
cietatis. quia factꝰ est in ea fons
aque saliētis. in vitam eternam.
Naason autē genuit salmon. Ip
se est naason princeps tribus iu
da. sicut legimꝰ in numeris. Ies
se autē genuit dauid regē. Regē
dicit dauid. non qꝛ ipse solus in
ista genealogia regū fuerit posi
tus. cum ab ipso vsqꝫ ad trāsmi
gratōnem babilonis qui scribū

tur plures regnauerūt: sꝫ quia da
uid primꝰ de domo iuda rex fuit.
per quē ordo decurrit genealogie.
Dauid autē rex genuit salomonē
ex ea que fuit vrie. Querit cū tres
relique extranee muliēs. nomini
bus ꝓprijs sint posite. cur salmon
nō nominetur bersabee: sed hoc
solum dicitur qꝛ vxor fuerit vrie.
Ideo hoc putatur factū. quia tres
alie supradicte. licet crimīose fue
rint. in partubꝰ tamen filioꝝ. p
quos currit genealogia. nō solū
nō culpari: sed etiam laudari me
ruerūt. Hec vero adulterio simul
⁊ homicidio ꝑpetrato. dauid regi
genuit filiū. intantū culpabili cō
iugio. vt merito in saluatoris ge
nealogia. nō videatur nomiata.
Nomē vero viri eiꝰ. idest vrie. qua
si iusti hominis ponitur vt ex hoc eti
am sceleris immanitas memoret
dū vxoris causa occisus. in memo
riam reuocat. Mistice autē dauid
xp̄m significat. qui interpretatur
manu fortis. ⁊ desiderabilis. Et qd
fortius leone. qui vicit de tribu iu
da radix dauid. Quō vero sit desi
derabilis scriptura ostēdit dicēs.
Ecce veniet desideratꝰ cunctis gēti
bus. Et petrus ait. In quē ⁊ deside
rant angeli prospicere. Vrias ve
ro qui interpretatur lux mea dei.
significat dyabolū. qui transfigu
rat se in angelū lucis. ardens deo
dicere. Lux mea dei. ⁊ ero similis
altissimo. Joram autē genuit ioa
than. In quarto regū volumine.
de ioram ochoziam fuisse legimꝰ
generatū. quo mortuo: iozabeth

filia regis ioram soror ochozie. tu
lit ioas filiū fratris sui. ⁊ eum in
ternicióē que exercebat᷑ ab atha
lia subtraxit. Cui successit i regnū
amasias. post quē regnauit filiꝰ
eius azarias. Cernis ꝙ scd̓m fidē
hystorie. tres reges in medio fue
rūt. quos hic euāgelium p̄termi
sit. Joram autem nō genuit oziā:
sed ochoziam. et reliquos quos
enumerauimꝰ. Verum quia euā
geliste propositū erat. tres tessere
sce decadas in diuerso temporum
statu ponē. ⁊ ioram generi se mi
scueāt impijssime iezabel. idcirco
vsqꝫ ad terciā generatiōem. eius
memoria tollit᷑. ne in sancte nati
uitatis ordine poneret᷑. dictū quo
qꝫ ita erat per prophetam. nō nisi
quarta generatiōe. in throno reg
ni israhel. quēꝙ de domo achab
esse sessuꝝ. purgata igitur labe fa
milie gētilis. tribusqꝫ p̄teritis iaꝫ
regalis. in quarta generacōnum
cōsequētium origo numeāt᷑. Et
post trāsmigracōnem babilonis
iechonias genuit salathiel. Si volu
erimꝰ iechoniam in fine prime ter
seresce decadis ponere. in sequēti
non erūt quatuordecim: ſꝫ tredeciꝫ
Sciamꝰ ergo iechoniam prioreꝫ ip
sum esse. quē ⁊ ioachim. scd̓m au
tem. idest ioachim filium nō pa
trem. Quorū prior p kappa ⁊ ny.
sequēs p chy ⁊ ni scribitur. quo
rum nomē scriptororum vicio. ⁊
longitudīe tempoꝝ. apud grecos
latinosqꝫ cōfusum est. Hec beatꝰ
iheronimꝰ hystoriam sequēs ita
exposuit. Nam ⁊ ipse iechonias in
terp̄tatur p̄paratio dei. Sic ergo
iam non quadraginta duo. qd̓ fa
ciūt ter quatuordecim: ſꝫ propter
vnam bis numeratā quadragin
ta generacōnes fiūt. sic ⁊ ipsum cri
stum ānumeremus. qui huic re
gende vite nostre tēporali atqꝫ ter
rene. tanꝙ numero quadragena
rio regaliter p̄sidet Tu.

Invigilia Mathei apl'i.
Scd̓m Lucam.

Nillo tēpore Vidit

ihesus publicanū nomine leui. se
dentem ad theloneū. ⁊ ait illi. Se
quere me. Et reliqua. Omel' vene.
bede p̄sbiteri.

Dē leui qui et ma

theus est. Sed lucas marcusqꝫ ꝓp
ter verecūdiam ⁊ honorem euāge
liste. noluerūt nomē ponere vulga
tum. ipse autem mathēꝰ. iuxta il
lud qd̓ scriptuꝫ est. iustus accusa
tor sui est in primordio sermōis.
matheū se ⁊ publicanū nominat
vt ostendat legentibꝰ. nullum de
bere cōuersum de salute diffidere.
cum ip̄e de publicano i apostolū.
de thelonario in euāgelistam. sic
repēte mutatus. Et relictis ōmibꝰ.
surgēs secutus est eum. Intelligēs
mathēꝰ. quid sit veraciter dn̄m se
qui. relictis omnibꝰ sequitur. Seq̄
enī est imitari. Ideoqꝫ vt pauperē
xp̄m non tam gressu ꝙ affectu cō
sectari potuisset. reliquit propria
qui rape solebat aliena. p fectāqꝫ

nobis abrenūciationis seculi for
mā tribuens. nō solum lucra reli
quit vectigaliū: sʒ ⁊ piculum ꝯtēp
sit qđ euenire poterat a pͥncipibꝰ
seculi. quia vectigaliū raciōes im
pfectas atqꝫ incōpositas reliquerit
Tanta enī cupiditate sequēdi do
minū ductus est. vt in nullo pror
sus huiꝰ vite respectū vel cogitati
onē. sibimet reseruauerit. Propt
qđ iusta mercede. dum hūana se
culꝰ negotia deserit. dñicoꝝ fidel
dispēsator meruit esse talentoꝝ.
Et fecit ei cōuiuiū magnuʒ leui in
domo sua. Qui domicilio xp̄m reci
pit interno. maximis delectacōi
bus exuberātium pascitur volup
tatum. Itaqꝫ dñs libenter ingredi
tur. ⁊ in eiꝰ qui crediderit recūbit
affectu. Et hec est bonorū operꝝ spi
rituale cōuiuiuʒ. quo diues popu
lus eget. paup epulatr. Et erāt tur
ba multa publicanoꝝ. ⁊ aliorum
qui cū illis erant discumbētes. Vi
derūt publicanū a peccatis ad me
liora cōuersuʒ locū inuenisse peni
tētie. ⁊ ob id etiā ipsi nō desprāt
salutē. Et murmurabāt phaisei ⁊
scribe eorū. dicētes ad discipulos
eiꝰ. Quare cū publicanis ⁊ peccato
ribꝰ manducatis ⁊ bibitis. Cōui
uantibꝰ cum dominio publicanis.
pharisei murmurātes de ieiunio
gloriātur. Vbi primo legis ⁊ gra
tie q̄ꝫta sit distātia declaratr. qꝫ qui
legem sequūtur. ieiune mentis fa
mē patiūtur eternaʒ. Qui vero ver
bū in interioribꝰ anime receperūt
alimēti celestis. ⁊ fontis vbertate
recreati. esurire ⁊ sitire nō possunt

deinde retribucōis future species
p̄figuratur. quādo epulantibꝰ cū
xp̄o electis. psidia supboꝝ ieiuna
torquebit. quibꝰ dicitur. Meretri
ces ⁊ publicani p̄cedūt vos in rēg
num dei. Qđ si p mathei electōem
fides gentiuʒ. que prius mūdi lu
cris inhiabāt: sʒ nūc corpe xp̄i se
dula deuocōe reficiūtur: exprimit
profecto superciliū phariseorū. iu
deorū inuidiam. qua de gentiū sa
lute torqntur insinuat. Et rn̄dens
ihesus dixit ad illos. Nō egent q̄
sani sunt medico: sʒ qui male ha
bēt. Nō veni vocare iustos: sʒ pecca
tores in penitētiaʒ. Suggillat scri
bas ⁊ phariseos q̄ iustos se putā
tes. peccatoꝝ cōsortia declinabāt.
Seipm nāqꝫ medicū dicit. qui mi
ro medicādi genere vulneratꝰ est
propter iniqtates nostras ⁊ liuo
re eius sanati sumꝰ. Sanos autē
⁊ iustos appellat eos. qui ignorā
tes dei iusticiā. ⁊ suā volentes sta
tuere. iusticie dei nō sunt subiecti.
qui ex lege presumētes. euāgelij
gratiam nō querunt. Porro male
habētes ⁊ peccatores vocat eos. q̄
sue fragilitatis cōscientia deuicti.
nec p legē iustificari posse vidētes
xp̄i se gratie penitēdo submittūt.
Vbi simul ostenditur. qꝫ nō in pri
stinis vicijs pmanētes. vt scribe
⁊ phaisei murmurabāt: sʒ penitē
tiam agētes. publicani venerint
ad ihesum. ⁊ ipe quoqꝫ ihesus cō
uiuia peccatoꝝ. vt occasiōem ha
beret docendi ⁊ spūales inuitatori
bus suis p̄beret cibos adiē digna
tus sit. Deniqꝫ cū freqnt pgere ad

cōuiuiū describatur· nihil ē fertur aliud nisi quid ibi fecerit· qd docu erit· vt et humilitas domini eūdo ad peccatorēs· et potentia doctrine eius· in penitentium cōuersione mō streretur· Tu

In die sancto
Scdm Matheum

In illo tēpore Cum trāsiret ihesus vidit hoiem seden tem in thelonio matheū nomine· et ait illi· Sequere me· Et surgens se cutus est eū· Et reliqua· Omel' ve nera· bede p̄sbiteri·

Legimus apos tolo dicēte· quia oms pec cauerūt· et egent gloria dei· iustifi cati gratis p gratiā illius· Qui et iteruz inestimabilem eiusdē gra tie magnitudinē cōmendans ait Vbi autem abūdauit peccatū· su pabūdauit gratia· quia nimirū· q̄to grauiore domin9 in electis suis peccatoꝝ languorē curauit· tanto ampliorem cūctis gratie medētis potētiam mōstrauit Vnde et ex le ctione euāgelica audiuim9· quia sedentē in thelonio matheuz· ac tē palibus curis intentū repente mi serat9 domin9 vocauit· et de publi cano iustū· de thelonario discipu lum fecit· quē etiam proficiētib9 eiusdē gratie cremētis· de cōmuni discipulorū numero· ad apostola tus gradū promouit· nec soluz p̄ dicandi· verū etiam scribēdi euan geliū illi ministeriū cōmisit· vt q̄ curaz terestriū omiserāt· celestiū ta lentoꝝ dispensator esse inciperet· Qd ob id vtiq̄z· prouidētia supna fieri disposuit vt nullū enormitas suorū aut numerositas scleruz· a sperāda venia reuocaret· cum hūc tantis mūdi nexibus absolutū· tam celestē factum cōspiceret· vt cōicato cuz angelicis spiritib9 vo cabulo· euāgelista noiaretur· et es set Vidit inquit ihesus hominē se dentē in theloneo· matheuz nomi ne· et ait illi· Sequere me· Vidit au tem nō tam corporei intuitus· q̄m interne miseratōnis aspectibus· quibus et petrum negātem vt re a tum suū cognoscere· ac deflere pos set respicere dignat9 est· quibus populū suum egiptia seruitute de pressum· vt eripet aspexit· dicens ad moysen Vidēs vidi afflictōem populi mei qui est i egipto· et ge mitū eius audiui et descendi liberā re eum· Vidit ergo hominē· et mi serat9 est eum· qui humanis tan tū studijs deditus· necdum āgeli co nomine dign9 extiterat· Vidit sedētem in theloneo· ptinaci vide licet animo· temporālib9 lucris in hiātem· matheū inquit nomine· Matheus hebraice· latine dicitur donatus· Qd pfecto nomē· illi ap te cōgruit· qui tantū gratie super ne mun9 accepit· Nec p̄tereūdum est· qd idez mathe9 est dyonimos nam et leui vocabatur· qd etiā no mē eidem gratie qua donatus est testimoniū phibet· interpretatur enim addit9 siue assumpt9· signi ficās· quia assumpt9 est p electō

nem a domio. ⁊ additꝰ ad nume
rū gradus apostolici. hoc aūt illū
nomie. marcus ⁊ lucas in hac le
ctione magis appellare voluerūt.
ne cōsortem operis euangelici. de
prisca cōuersatione. palam nota
bilem redderēt. At vero vbi ad de
scribendū duodecim apostolorū
cathologū peruenerūt. tacito leui
vocabulo. matheū illum apte nū
cupauerūt. Prior ipse matheus.
iuxta hoc qđ scriptum est. iustus
p̄or accusator est sui. venit amicꝰ
eius. ⁊ inuestigauit eū. vulgato
se nomie vocat. cū de theloneo vo
catū narrat. Sȝ ⁊ in decalogo apo
stolorū. cum additamēto se pub
licanū cognoiat. thomas inquit
⁊ matheus publicanꝰ quatenus
maiorem ꝑ hoc publicanis ⁊ pec
catoribꝰ adipiscende salutis cōfi
dentiam prebeat. Quā docendi for
mulam. paulus quoqȝ secutꝰ ait
Quia xp̄c ihesus venit in hūc mū
dū. peccatores saluos facere. quo
rum primꝰ ego sum. Sed ideo mise
ricordiā consecutꝰ sum. vt in me
primo ostēderet xp̄c ihesus oēm
paciētiam. ad exemplū eorum. q̄
credituri sunt illi in vitam eternā
Vidit ergo ihesus publicanū. Et
quia miserādo atqȝ eligēdo vidit.
ait illi. Sequere me. Sequere aūt
dixit imitare. Sequere dixit. non
tam incessu pedum. q̄ꝫ executione
morū Qui enim dicit se in xp̄o ma
nere. debet sicut ille ambulauit. ⁊
ipse ambulare. qđ est. nō ambire
terrena. nō caduca lucra sectari. fu
gere honores infimos. cōtemptū
mundi omnē. pro celesti gloria li
benter amplecti. cunctis pdesse ama
re. iniurias nulli inferre. at sibi il
latas patiēter sufferre: sȝ ⁊ inferen
tibus. a domino veniā postulare.
nō vnq̄ꝫ suam: sȝ cōditoris semꝑ
gloriā querere. quotq̄t valȝ. secū
ad amorē supnorū erigere. Hec ⁊
hmōi gerere. xp̄i est vestigia seq̄.
Et surgēs inquit. secutus est eum
Non enim mirādum. q̄ꝫ publica
nus. ad primā iubētis domini vo
cem. terrena q̄ curabat lucra reli
querit. opibusqȝ neglectis illiꝰ co
mitatui. quē nil diuitiarū habere
cernebat adheserit Ipse enī dn̄s
qui eū foris verbo vocauit. intꝰ in
uisibili instinctu. vt sequeret edo
cuit. infundēs menti illius. lumen
gratie spiritalis. qua itelligeret.
quia quos temꝑalibꝰ euocabat
in terris. incorruptibiles in celis
daē thesauros valeret Surgēs in
quit secutꝰ est eum Surrexit vt se
queretur. dimisit caduca que ge
rebat. vt consequētur eterna. ad
que illum veritas inuitabat. qua
le est illud ysaie. Surge q̄ dormis
⁊ exurge a mortuis ⁊ illuminabit
te christꝰ Et factum est discumbē
te eo in domo. ecce multi publica
ni ⁊ peccatores venientes. discumbe
bant cum ihesu ⁊ discipulis eius
Vnius publicani cōuersio. mul
tis exemplū ⁊ penitentie ⁊ indul
gētie publicanis ac peccatoribꝰ
tribuit. Nō enim dubitādum qꝛ
publicani ac pctōres eē desierāt.
q̄ cum ihesu ⁊ discipulis eiꝰ discū
bebāt. nec si in peccatis ꝑseuerare

decerneret· ei qui sine peccato est· cõuesci auderet· Publicani quip pe vocãtur· qui vel publice sceleri bus fedantur· vel publicis impli cantur negocijs · que sine pec ca to aut vix· aut nullatenus valent ãministrari Et pulchro satis p̄sa gio· qui apostolꝰ ⁊ doctor gentiuz erat futurus· in prima sua cõuer sione· peccantiũ post se gregez tra hit ad salutem officiũq; euãgeli sandi· qđ proficiẽte merito virtu tum eât expleturꝰ· a primis iaz si dei sue rudimẽtis incipit· Neq; eñ solum qui frẽm verbo erudit: ſ; eti am qui exemplo ad meliora con uertit· ministeriuz gerit doctoris. Deniq; idez publicani· nõ tunc so lũmodo cum domino discubebãt verũ ⁊ deinceps· abiectis seculari bus negocijs· ad imitacõem ma thei· illum sequi gaudebant· teste euãgelista marco qui dicit Multi publicani ⁊ peccatores. discumbe bãt cum ihesu ⁊ discipulis eius . Erãt eniz multi· qui ⁊ sequebant̃ eum · Notandũ autẽ q̄ lucas hec referẽs dicit· quia dominꝰ in dom o eiusdẽ mathei cuz publicanis dis cubueit· ⁊ quia ipse cõuiuium il li magnũ parauerit Qui quidem matheus· q̃ntum ad generale iu diciũ respicit· cõgruaz beneficijs cele stibus vicez repẽdit· vt a quo p̄hẽmia bona speȃbat· illi sua tem poralia cõmodaret· eumq; corpa libus epulis reficeret· quo ip̄e do nãte gustum spiritalis acceperat suauitatis· Porro si altiore intelle ctu que gesta sunt indagaẽ cupi

mus· nõ tantuz in domo sua terre stri· cõuiuium domio corporale ex hibuit: sed multo gratiꝰ illi conui uiuz in domo pectoris sui· p̄ fidem ac dilectõnem parauit· ipso atte stante qui ait· Ecce ego sto ad ho stium ⁊ pulso· Si quis audieit vo cem meã· ⁊ aperuerit ianuã· intra bo ad illuz· ⁊ cenabo cum illo· ⁊ ip se mecum· Stat quippe ad ostiuz dominꝰ ⁊ pulsat· cum memoriam sue volũtatis· vel per os docentis hominis· vel per suam intus inspi racõnem· nostro cordi infundit· Audita autẽ voce· eius iannam vt recipiatur aperimꝰ· quãdo illius siue secretis siue apertis ãmoni tionibus libenter assensum prebe mus· ⁊ hijs p̄ficiendis· que faciẽ da cognouimꝰ· operam damus· Intrat vero· vt ⁊ ille nobiscum· ⁊ nos cum illo cenemꝰ· quia in cor dibus electorũ· per amoris sui gra tiam inhabitat· vt ⁊ ea semp̄ lu ce sue presentie reficiat· quatenꝰ ad sup̄na desideria· magis magis q; proficiãt· ⁊ studijs eorum cele stibus quasi gratissimis dapibꝰ ip̄e pascatur· Sequit̃· Et videntes pharisei dicebãt discipulis eius Quare cum publicanis ⁊ peccato ribus mãducat magister vester· Duplici errore tenebãtur phari sei· cũ magistro veitatis· de suscep tione peccatorũ detrahebãt· quia ⁊ se iustos arbitrabãtur· qui sup̄ bie fastu· a iusticia longe discesse rant· ⁊ eos criminabantur iniust tos· qui resipiscẽdo a peccatis· nõ parũ iam iusticie propinquabãt

Inuidia nãqꝫ fraterne salutis ob
cecati recolebãt. quia publicanꝰ
erãt matheus publicani ⁊ peccato
res erãt multi alij q̃ cũ dño discũ
bebãt: ſ; meminiſſe nolebãt. quia
idẽ matheꝰ. ſicut lucas ſcribit. re
lictis õibꝰ que gerebat. ſecutus
eſt eũ. S; ⁊ alij publicani ac pec
catores. eo animo cũ illo diſcũbe
bãt. ꝙ illi deinceps adhẽre diſpo
nebãt. Errabant ergo pharisei q̃
nec aliena. nec ſua ſaltẽ corda no
uerãt. Sed qui nouit occulta cor
dis. qui venit querere ⁊ saluũ face
re qḋ pierat. ⁊ eos quos iã peni
tentes ſuſceperãt. ampliꝰ in fide cõ
fortat. ⁊ eos quos adhuc ſuꝑbos
tolerat ⁊ impios. ad humilitatis
gratiã ac pietatis prouocat. Nã
ſequitur. Nõ eſt opus valentibꝰ
medicus: ſ; male habẽtibꝰ. In eo
etenim ꝙ male habẽtibus medicũ
ſe aduenisse teſtatur. auget ſpem
obtinẽde ſanitatis ⁊ vite. eis qui
de peccatorũ ſuorum languore tur
bati. ſaluatoris ac viuificatoris
magiſteriũ iam ſequi ceperãt. In
eo autem ꝙ valentibus nõ opꝰ
eſſe medico dicit. illorũ temerita
tem redarguit. qui de ſua iuſticia
ꝑſumẽtes. gratie celeſtis auxiliũ
querere detrectabãt. Quis namqꝫ
iuſtꝰ eſſe poterit. vt diuina opitula
tione nõ egeat. cum ille quo in na
tis mulierũ maior nemo eſt. de ſe
ioħes aptiſſime dicat. nõ poteſt
homo accipe a ſe quicq̃. niſi ei da
tũ fuerit de celo. Eũ vero ſubiũgit
euntes autẽ diſcite. quid eſt miſeri
cordiã volo. ⁊ nõ ſacrificiũ. eiſdẽ
phariſeis de falſa iuſticia tumẽti
bus. etiam conſilium correctõis
oſtẽdit. Ammonet namqꝫ eos. vt
ꝑ opa miſericordie. ſibimetipis ſu
ꝑne miſericordie preſidia cõqui
rant. ⁊ non cõtemptis pauperum
neceſſitatibꝰ. ꝑ oblacõem ſe ſacri
ficiorũ dominũ placare confidant
Propoſuit autẽ eis teſtimoniũ de
propheta ⁊ hoc illos euntes diſcere
iuſſit. euntes videlicet a temeritate
ſtulte vituperacõs. ad diligẽtiorẽ
ſcripture ſãcte meditacõnem. vt
qui eum peccatorẽs ſuſcipientẽ. cõ
tra ſcripturarũ decreta facere calũ
niabãtur. ipſi ſe pocius intellige
rent. que eſſent dei p̃cepta negle
xiſſe vel agnita nõ feciſſe. Qui enĩ
quotidianis in templo oblacõni
bus inſtãtes. nulla delinquẽtibꝰ
compaſſione miſerebãtur. patet
profecto. quia cõtra ſermonẽ pro
pheticum. ſacrificium pocius q̃ mi
ſericordiã querebat. At vero do
minus. qui ſicut ſcriptũ eſt. ptrã
ſiuit benefaciẽdo ⁊ ſanando omes
oppreſſos a dyabolo. ⁊ quotiens
templũ intrauit. magis infi lan
guentes curare. erudire neſcios.
cõtumaces redarguere. vel etiam
foras deturbare. ꝙ victimas ſtu
duit offerre. liquet vtiqꝫ qui volũ
tatis diuine. quã propheta mone
bat iuſſa ꝑfecit. miſericordie ſcili
cet opus exequẽdo. ⁊ nõ ſacrifici
um celebrãdo. Qui etiam repꝛehen
ſoribus ſuis. quare cum publica
nis ⁊ peccatoribꝰ mãducaret. raci
onem reddere nõ deſpexit vt vel ſic
eos. a ſuꝑuacua murmuracõne

cohiberet. atq₃ ad sequēda pie⁊
tis sue dona ꝓuocarēt. Non em̄ in
quit veni vocare iustos: ſ₃ peccato
res. Idcirco igit̄ dominꝰ. peccatoꝝ
cōuiuia frequētabat vt insidiato
res suos docēdo. celestes inuitaret
ad epulas. Sed mouet forte ali
quem. quō dominꝰ dixerit. non se
venisse ad iustos: ſ₃ magis ad pec
catores vocādos. cum cūctis legē
tibus cōstet. ꝙ etiam illos quos
scđm mosayce legis instituta iu∫
tos inuenit. ad euāgelice pfectio
nis culmen plurimos vocauit. Si
enī₃ solos peccatores. ⁊ nō etiam
iustos vocaret. nequaꝙ̄ nathana
el. discipulatꝰ illius cōsors existe
ret. quē ad se primo venientē. tan
ta laude dignū putauit. vt dicer₃
Ecce vere israhelita. in quo dolus
nō est. Si nō iustos vocaret. petꝝ
⁊ andreā. in apostolatꝰ arce non
haberet. qui q̄nto amore iusticie
flagrauerint docuerūt. cum ad te
stimoniū precursoris. ꝯtinuo do
minū videre. ⁊ audire gauisi sunt.
Quomodo ergo nō venit vocaē iu
stos: ſ₃ peccatores. nisi quia sicut
lucas hec referēs apcius dicit. nō
veni vocare iustos: ſ₃ peccatorēs in
penitētiam. Oīs vero electos. ad
regnū celeste dominꝰ vocat: ſ₃ illos
solum ad penitētiam vocat. quos
grauioribꝰ peccatis inuolutos in
uenit. Quos vero iusticie operibꝰ
deditos repperit. nō eos ad penitē
tiam preterite cōuersacōis: ſ₃ ad
pfectu₃ magis vite pfectioris inui
tat. Vocat peccatores. vt p penitē
tiam corrigātur. vocat iustos. vt
magis magisq₃ iustificētur. Quā
uis ⁊ ita recte possit itelligi qđ ait
Nō veni iustos vocaē: sed peccato
res. quia non illos vocauerit. qui
suam iusticiam volentes cōstitue
re. dei iusticie nō sunt subiecti: sed
eos potius. qui fragilitatis sue cō
scij. non erubescūt profiteri. quia
in multis offendimus omnes. Si
quos autē ⁊ de illis qui fallaciter
sunt iusti correctos vocat ad veni
am. etiā in illis implebitur eiꝰ ser
mo. quia nō venerit vocaē iustos:
sed peccatorēs. idest non elatos:
sed humiles. nō de sua iusticia in
flatos: sed ei qui iustificat impiū
deuota mente substratos. Nam ⁊
tales vbi cōuertūtur. nequaꝙ̄ se
iustos: sed peccatores necesse est
sincero corde testētur. Libet autē₃
meminisse frēs carissimi. ad quā
tam dominꝰ arcem iusticie. matheū
que₃ de publicanis actibꝰ elegit.
vt spe₃ remissiōis peccatoribꝰ am
pliaret aduexerit. Qualis nāq₃ sit
factꝰ. ipse apostolorū numerꝰ cui
insertꝰ est docet. docet ⁊ ipsa gēs
ethiopū quā de finibꝰ terre vltimis
ad sancte ecclesie societatē predi
cādo cōuertit. ablutāq₃ fonte bap
tismatis. de fusca formosam red di
dit. quia viciorū nigredinē exuit.
⁊ virtutū decorauit ornatu. docet
ipsum euāgelium. in quo scriben
do noui testamēti cōsecrauit exor
dium. cui speciali priuilegio dona
tum est. vt dnīce incarnacōis mi
steria. que cūcti a seculo ꝓphete fu
tura ꝑcinebāt. ipse primꝰ omniū
iam facta descꝑserit. ⁊ credētibus

legenda trāſmiſerit. Q8 videlicet
euāgelium. ad edificādam fidem
eccleſie p̄mitiue. que ex hebreoruȝ
maxie populo collecta eſt. hebreo
ſermone cōpoſuit. Dilatata auteȝ
p orbem eccleſia. et grecis ac bar
baris. in eiuſdē fidei vnitatem cō
fluentibus. curauerūt preſules fi
deliū. vt idem etiam in grecuȝ lati
numq; trāſferret eloquiū. quomō
etiam marci. luce. ⁊ iohānis euā
geliſte. q̄ deinceps greca lingua
ediderūt. mox in latinum trāſfunde
re sermōem. quaten⁹ hec om̄es p
orbem nacōnes. legere ⁊ intellige
re poſſent. Teſtat̄ ⁊ ezechiel pro
pheta. q̄ tum idem mathe⁹. inter
p̄cipua ſācte eccleſie membra ef
fulſerit. dum ſub figura quatuor
animaliū ammirābiles omnium
euāgeliſtarum virtutes. quas ce
leſti viſione didicerāt. pleniſſimo
ſermōe deſcribit. Sed ⁊ iohānes
apoſtol⁹. qui erat vnus ex eis. et
ipſe viſione doct⁹ ſpirituali. inter p̄
ma eccleſie mēbra ſacramēta eoruū
dem euāgeliſtarum. facit mentio
nem. Tante quidem erāt dignita
tis illi. qui redemptoris noſtri fa
cta ⁊ dicta ſcribēdo memorie tradi
derūt. vt non ſolum prophetico:
ſed ⁊ apoſtolico eēnt teſtimonio
cōmendandi. Tante erant digni
tatis vt vtriuſq; teſtamēti ſcriptu
ra eis melior teſtimoniū daret. eo
rumq; gloriā. celi ciues. non ante
exortum tantūmodo eorum. verū
etiam poſt inchoatū vel expletum
ſanctiſſimi munus operis homini
bus ad memoriā referent. ⁊ quā

ti apud deum habeātur oſtende
rent. Multa ergo de illis ezechiel.
multa eximius ipſorum cōmemo
rauit iohānes: ſed nos in preſen
ti. quia ſermo claudēdus eſt. vnū
iohānis teſtimoniuȝ cōmemora
re ſufficiat. Et cum darent inquit
quatuor animalia. gloriā ⁊ hono
rem ⁊ benedictōem. ſedenti ſuper
thronū. viuenti in ſecula ſeculoꝝ
procidebāt viginti quatuor ſenio
res ante ſedētem in throno. ⁊ ado
rabāt viuentē in ſecula ſeculoꝝ ⁊
mittebāt coronas ſuas ante thro
num Oportet namq; vt quociēs re
gis eterni magnificētiam. in ſan
ctis euāgeliſtaꝝ libris predicari
cognouerimus. procidam⁹ humi
les ante illi⁹ miſericordiaȝ ⁊ deuo
tis p̄cibus implorem⁹. ⁊ quicq̄d
boni opis habere poſſum⁹. nō no
ſtris meritis hoc: ſȝ ei⁹ gratie ſem
per tribuamus qui ſedēs in thro
no patris. vna cum ſpū ſancto vi
uit ⁊ regnat ⁊c.

Relatio de dedicacōne baſili
ces Michaelis ⁊ miraculis oñſis.

Emoriā beati
michaelis archangeli to
to orbe venerādam ipſius ⁊ opere
condita ⁊ cōſecrata nomine demō
ſtrat eccleſia. que n̄ metallorū ful
gore: ſȝ priuilegio cōmendata eſt
ſignorū. Vili facta ſcemate: ſȝ cele
ſti predita v̄tute. vtpote quā fra
gilitatis hūane memor archāge
lus e celo veniens. ad p̄merendā

ibi mortalibus supernorũ societa
tem. propria manu cõdere digna
tus est Vertice siquidem montis
excelsi posita. de corpore eiusdem
saxi spelũce instar precauata ostẽ
ditur. Est autẽ locus in campanie
finibꝰ vbi inter sinum adriaticuꝫ
et montẽ garganũ. ciuitas sepon
tis posita est. Qui mõs ciuitatis
amenibꝰ. ad duodecim milia pe
dum erectus. in cacumine sup̄mo
beati archangeli quã prefatus si
nu gestat ecclesiam. Hãc mortali
bus hoc modo cognitam. libellus
ĩn eadem etiam positus indicat. E
rat in ea ciuitate p̄diues quidam
garganꝰ noĩe. qui ex euentu suo.
monti vocabuluꝫ indidit. Huius
dum pecora quorũ infinita multi
tudine pollebat. passim p deuexi
montis latera pascerentur. conti
git tauruꝫ armenti. cõmunis gre
gis cõsortia spernẽtem. per mon
tem singularem incedere solitum.
et ad extremũ redeuntibus peculi
is. domũ non esse reuersum. Quẽ
dominꝰ collecta multitudĩe seruo
rum. per deuia queqꝫ requirẽs. in
uenit tandẽ in vertice eiusdẽ mon
tis. pro foribus cuiusdam assiste
re spelũce Itaqꝫ ira permotus. cur
soliuagus incederet. arrepto ar
cu appeciit illum sagitta toxicata
Que veluti venti flamine retorta.
eum a quo iacta est mox reuersa
percussit. Turbati ciues et stupefa
cti. qualiter res fuerit effecta. non
enim accedere propius audebãt
consulunt episcopum. quid facto
opꝰ sit. Qui indicto ieiunio tridu
ano. a deo monuit esse querendũ
Quo peracto. sãctꝰ domini archã
gelus episcopuꝫ per visionem al
loquitur dicẽs. Jam bene fecistis
q̃d homines latebat. a deo querẽ
do misteriuꝫ. videlicet hominẽ suo
telo percussuꝫ. sciatis hoc mea ge
stum voluntate. Ego enim sum mi
chael archãgelus. qui in conspe
ctu domini semper assisto. locum
qꝫ hũc in terris incolere. totumqꝫ
seruare instituens. hoc volui indi
cio probare. omniũ que ibi gerũ
tur. ipsiꝰ quoqꝫ loci me esse inspe
ctorem atqꝫ custodem Hac reuela
tione comperta. cõsuetudinem fe
cerũt ciues. hic dominũ precibus
sãctum deposcere michaelem. Du
as quidem ianuas ibi cernẽtes.
quarũ australis. que et maior erãt
aliquot gradibꝰ in occasum ver
gentibus adiri poterãt: sed nec vl
tra criptam intrare ausi. pre fori
bus quotidie oracõni vacabant
Inter hec neapolitani. paganis ad
huc ritibꝰ aberrãtes. sepontinos
et beneuẽtanos. qui centum quin
quaginta miliaibus a sepõto dis
tant. bello lacessere temptãt. Qui
ãtistitis sui monitis edocti. triduo
petũt inducias. vt triduano ieiu
nio liceret. quasi fidele patrocini
um sãcti michaelis implorarẽ pre
sidiũ. Quo tempore pagani ludis
scenicis. falsorũ inuitant auxilia
deorũ. Ecce autem nocte ip̃a. que
belli antecedebat diem. adest in vi
siõe sanctꝰ michael antistiti. pre
ces dixit exauditas. victoriaꝫ spo
pondit affuturã et q̃rta diei hora.

bello premonet hostibꝰ occurrē
dum. Leti ergo facti ⁊ de angelica
certi victoria dm̄ coacti spiritu ob
uiant xpristiani paganis Atq; in
p̄mo belli apparatu garganꝰ im
menso tremore concutit. fulgura
crebra volant ⁊ caligo tenebrosa
totū montis cacumē obduxit. im
pleta ꝓphecia que dn̄m laudans
ait. Qui facit angelos suos spūs
⁊ ministros suos flammā ignis.
Fugiūt pagani. partim ferro ho
stiū. partim igniferis ĩpulsi sagit
tis ⁊ neapolim vsq; sequentibus
atq; extrema queq; cedentibꝰ ad
uersarijs menia tandē sue vrbis
moribundi subintrant. Qui autē
euasere periculū. comperto ꝙ ange
lus dei in adiutoriū venerit xpri
stianis. nam ⁊ sexcētos ferme suo
rū fulmine videbāt interemptos
regi regū xp̄o ꝯtinuo colla submit
tentes armis induunt fidei. Cūq;
domū reuersi victores. vota dn̄o
graciarū ad templū referrent ar
chāgeli. vident mane iuxta ianu
am septentrionalem quā predixi
instar posterule pusille quasi ho
minis vestigia marmori arctꝰ im
pressa. agnoscunt beatū michae
lem hoc presentie sue signū voluis
se monstrare Vbi postea culmen
appositū ⁊ altare impositum ipsa
ecclesia ob signa vestigiorū appo
donia est vocata Multa dubitacō
inter sepontinū ⁊ beneventanum
quid de loco agerent vtrum intra
re ⁊ dedicare ibi debeant ecclesiā
Vnde collatione facta ad orientē
loci illius beati apostolorū prin

cipis nomine condunt ecclesiam
⁊ dedicant. In qua etiā beate sp
virginis marie. sanctiq; baptiste
iohannis altaria statuunt. Tan
dem antistites salubri reperto cō
silio romanum episcopum quid
de hijs agendum sit per nuncios
sciscitantur. q̄ tunc forte in monte
se rapti quinquagesimo fere mili
ario a romana vrbe distante fue
rant. quē incole sancti siluestri co
gnomine vocāt. eo ꝙ ipē ibi quō
dam exul orans pro fidei ꝑsecuti
one delituerat cum suis. Taliaq;
mandata remittit. Si hoīs est di
lectissimi illam dedicare basilicā.
hoc maxime die quo victoria da
ta est fieri oportet. Si autem ali
as sancto ꝓuisori placuerit eodē
precipue die illius ĩ hoc volūtas
est requirenda. Hoc ergo tempo
re imminente agamꝰ ambo tridu
anum cū ciuibus nostris ieiuniū
sanctam trinitatem rogantes. vt
munera que summo sue sedis mi
nistro conferre dignatus est. ad
certum vsq; finem ꝑducat. Factū
est vt suggesserat antistes Nocte
vero cōstituti ieiunij suprema an
gelus dn̄i michael epō sepontino
ꝑ visionem apparens. Non ē in
quit vobis opus hanc quā edifi
caui dedicare ecclesiā. Ipse ē qui
condidi: etiā dedicaui. Vos tan
tum intrate. et mane assistēte pa
trono precibus locū frequentate
Et te quidem ibi cras missam cele
brante populꝰ iuxta morē cōmu
nicet Meum autem erit ostendere
quō ꝑ memet locum sacrauerim

ipsum Illi adveniunt mane cum
oblationibus et magna instancia
precum intrant regiam australem
et ecce longa porticus in aquilonem
porrecta. atque illam attingens po
sterulam ex qua marmori diximus
impressa. Sed priusquam huc pervemi
as apparet ad orientem basilica
que per gradus ascenditur. Hec cum
ipsa porticu sua quingentos fere
homines capere videbatur. altare
venerandum rubroque contectum
palliolo. ipse medio parietis me
ridiam ostendens. Erat autem ipsa
domus angulosa, non in more ope
ris humani parietibus erectis. sed in
star spelunce preruptis et sepibus
eminentibus asperata scopulis. cul
mine quoque diverse altitudinis quod
hic vertice tangi alibi manu vix
possit attingi credo docente archan
gelo deum non ornatum lapidum
sed cordis querere et diligere puri
tatem Vertex vero montis extrin
secus partim cornea silva tegitur
partim virenti planicie dilatatur
Missarum itaque celebracione com
pleta magno attoniti gaudio quam
que redierunt in sua. Episcopus autem
delegato ministrorum. cantorum. sac
dotumque officio et mansione con
structa. omnem ibidem quotidie
psalmorum ymnorum missarumque cur
sum congruo precepit ordine cele
brari. Nullus autem huc nocturno
est tempore ausus ingredi. sed aurora trans
acta matutinos ibi decantavit ym
nos Ex ipso autem saxo quo sacra
tegitur edes. ad aquilonem altaris
dulcis et nimium lucida guttatim a
qua dilabitur quam incole stillam vo
cant. Ob hoc et vitreum vas eiusdem
receptui preparatum argentea pen
det cathena suspensum. morisque est po
pulo communicato singulos ad vas
culum ascendere per gradus. donumque
celestis degustare liquoris. Nam
et gustu suavis: et tactu salubris.
Denique nonnulli per longas febrium
flammas hac hausta stilla celeri
confestim refrigerio potiuntur salu
tis. Innumeris quoque et aliis mo
dis ibi crebro sanantur egroti. et
multa que angelice tantum congruunt
potestati. geri illic miracula compro
bantur. maxime tamen eiusdem die na
talis cum et de provinciis circumpositis
plus solito conflua turba recurrit
et angelice virtutis maior quodam
modo creditur adesse frequencia.
ut quod spiritualiter dixit apostolus.
etiam corporaliter agi videatur Quia
angeli sunt amministratorii spi
ritus in ministerium missi. propter
eos qui hereditatem capiunt salutis
in christo ihesu domino nostro. Tu
autem domine:

Lectio sancti evangelii
Secundum Matheum

In illo tempore Ac
cesserunt discipuli ad ihesum dicentes
Quis putas maior est in regno celo
rum. Et advocans ihesus parvulum sta
tuit eum in medio eorum. Et reliqua.
Omelia beati maximi episcopi

Si diligenter
fratres audistis evange
licam lectionem intelligere potestis

quia ministris ac sacerdotib⁹ dei
reuerentia debeaṫ. vel ꝙ ipsos de
ricos in inuicē humilitate se opor
teat preuenire. Ait enī dn̄s ꝑcon
tantibus discipulis. quis eorum
in regno celoꝝ maior esset futur⁹
statuto coraȝ oībus paruulo Qui
cunq̄ȝ humiliauerit se sicut puer
iste. hic maior erit in regno celoꝝ
Vnde intelligim⁹ ꝙ humilitate ꝑ
uenitur ad regnū simplicitate ꝑe
netratur celuȝ. Quisquis ergo cu
pit diuinitatis tenere fastigia hu
militatis ima sectet̄. Quicūq̄ȝ vult
fratreȝ preuenire regnādo. prius
illum preueniat obsequēdo. sicut
ait apl's. Honore inuicē preueni
entes Vincat eū officijs: vt possit
vincere sanctitate. Si enī te non le
sit fratris obsequiū: meret̄ vt dili
gas Quod si forsitan lesit mag̃ ob
sequiū meret̄ vt vincas. Hec enī
nostre xpristianitatis summa ē.
vt amantib⁹ vicissitudinē. ledenti
bus pacientiā rependam⁹ Qui er
go fuerit pacientior ad iniuriaȝ:
potentior constituet̄ in regno. Nō
enī ad imperiū celorum ꝑuenit̄ su
perbia. diuicijs. prefectura: ſȝ hu
militate. pauperie lenitate. Arta
enī ꝛ angusta via ē que ducit ad
regnum Quis ergo honoribus in
flatus fuerit. et auri thesauris di
latatus tanꝙ onustū animal ꝛ im
peditū ꝑ angustū regni iter tran
sire nō poterit Simul etiā vt se exi
stimat puenisse sarcinā ei⁹ exigu
a porta non capiens repulsus li
mine retrorsū redire coget̄ Tā enī
angusta ē diuiti porta celestis. ꝙ
est camelo acus foramē exiguū.
Vnde ait dn̄s. Facili⁹ ē camelū ꝑ
foramē acus trāsire. ꝙ diuitem in
trare in regnū celorū. Sicut enī ca
melū animal tortuosuȝ atq̄ȝ defor
me. exigua cauerna pretire non
patit̄: ita diuite auarū atq̄ȝ mēda
cem arta celi ianua minime intra
re ꝑmittit. Nā ideo nudi in seculo
nascimur. nudi accedim⁹ ad laua
chrū: vt nudi q̄ȝ ꝛ expediti ad celi
ianuā ꝓperem⁹ Quā aūt incōgruū
ꝛ absurdū est vt quē nudū mat̄
genuit. nudū suscepit ecc̄ia. diues
intrare velit in celum. Propterea
adolescenti illi diuiti in euāgelio
a saluatore dī. qui sibi iust⁹ vide
batur ꝛ sanct⁹. ꝛ oīa mandata le
gis ꝯplesse Si vis ꝑfect⁹ esse. vade
vende oīa tua ꝛ da pauperib⁹ Vs
q̄ȝ adeo ei nuda virtus apta celo
est. vt ꝙuis iust⁹. ꝙuis sanctus.
aurū vel diuicias possidēs. nō pos
sit esse ꝑfectus. Talem enī voluit
adolescentem illū dn̄s ad ꝑadisū
redire qualis adam fuerat nōdū
de paradisi sublimitate deiect⁹ Nu
dus enī adaȝ incola paradisi fuit
deinde post peccatū nuditatē suaȝ
videns. folijs pudenda contexit.
Prius enī ꝙ peccaret honestatis
erat colore vestit⁹. atq̄ȝ ideo nudi
tateȝ inhonestam. non natura in
stituit ſȝ delicti reatus inuenit Nā
ꝛ sancti angeli in splendidissimo
habitu constituti nunquid tuni
cis operiuntur ꝛ pallijs. Sed cuȝ
sit in illis natiuitatis sue nuda sb
stancia. vestiti videtur esse ꝙ san
cti sunt. Sic igit̄ ꝛ adā custodiēs

honestatis angelice dignitatem. erat quidem nudus mundanis vestibus sed immortalitatis erat splendore vestitus Nil prauum re spiciebant oculi eius. non cor eius turpe aliquid cogitabat. Erat a pud honestas mentes nuditas ip sa vestita. Sicut enim apud nequam homines turpis cogitatio a concu piscentie vestibus non arcetur: ita apud sanctos viros honesta sim plicitas ad concupiscendum nudi tate non trahitur. Sed sicut vicio sis ad corruptelam nuda sunt om nia: ita religiosis ad castimoniam aperta sunt vniuersa. Quid autem ait euangelica lectio. Qui autem scan dalisauerit vnum de pusillis istis qui in me credunt. expedit ei vt suspendatur mola asinaria in col lo eius. et dimergatur in profundum maris. Pusillos hic non etate pu eros. sed malicia paruulos dicit sicut apostolus ait Malicia paruu li estote: vt sensibus perfecti sitis Qui sunt isti nisi clerici ydonei et monachi religiosi vel layci. Qui squis igitur hijs irreuerens. aut con tumeliosus extiterit hac beluina pena plectetur. vt informi saxo re ligato illi ad collum precipitetur in mare Sed videamus quare scanda lisantibus xpristianos ista pena decreta sit: aut quid sibi velit ista sentencia Puto enim illam aliquod misterium obtinere. Quasi vero non sufficeret in mare hominem demergen do saxum qualecunque magnum sine mole asinarie lapis ei religetur ad collum. et cum perituro homine pe

reat res vsui necessaria Sed puto hoc magis esse quod in scripturis asini figura populus gentilium nun cupatur. qui clausis oculis circa ignorancie molam erroris sui gi ro protrahitur. et sine vlla cursus di rectione vestigijs in se sepe redeun tibus inuitus vsui laborat alieno Nonne enim tibi videtur molam a sinariam voluere gentilis populus quando in impericie sue labore versatur. Nature quidem vinculis alligatur vt verbum dei molat dominum ce li querat. sed operte mentis cecita te suffusus. vultum animi erigere ad deum. oculos cordis leuare non possit ad celum. Sed quoniam mo la asinaria saxum esse constat vi deamus si et paganorum talis est mola. Talis est plane Saxea enim mola est pagonorum iupiter. her culesque lapideus. circa quos cecis oculis frequentis erroris circueunt Cecos inquit dixerim eorum ocu los qui putant se videre quod non vident. Aspicientes enim saxum: de um se videre confidunt Attamen qui molam voluit. consummandi ali quando finem operis habet. exuen di spem gerit laboris Cui vero mo la asinaria ad collum suspenditur. por tat lapidem qui portare debuerat iugum domini Asinus ergo ad mo lam. cecus ad lapidem. gentilis ad saxum. quia adorat eum quem non videt nec agnoscit Deus enim non in manufactis habitat: nec in me tallo aut saxo cognoscitur. Hic ergo gentilis populus cum persecutionem xpiano intulerit hac pena plectetur

ac cum sacrilega sua mola in dicā
di seculi fluctibus demergat. Tu
autem dñe:

Alia omelia sup eodem
Lectio sancti euāgelij
Secūdm Matheum

In illo tempore Ac

cesserunt discipuli ad ihesū dicen
tes. Quis putas maior est in reg
no celorum. Et reliqua. Omelia
haymonis

Potiens legi

mus discipulos dñi. de ordi
ne prioratus inter se contendisse
vel interrogasse. non liuori a inui
die deputare debemus. sz humane
fragilitati ac ifirmitati. quippe q̄
rudes erant ac nouelli Quia audi
erant eum suam resurrectionē pre
dicantem. a nondum spiritus san
cti gracia illumiati. celeste regnū
pficere amare didicerant: quia vt
ait euangelista iohannes. Non
dum erat spiritus datus quia ihe
sus nondum fuerat glorificatus
putabant q ipse resurgēs a mor
tuis corporaliter regnū teneret. a
ipsi honoribus sublimarent Vn
de passionis illius tempore. facta
est contentio inter eos quis eorū
maior esset in regno celoruz. Hac
suspitiōe seducta fuerat mater fi
liorum zebedei quando accessit ad
dominū dicens. Domine: dic vt se
deant hij duo filij mei. vnus ad dex
teram tuam. a alius ad sinistraz
in regno tuo Hinc cleophas a ali
us discipulus quibus cuz dñs post
resurrectionem in specie peregrini
apparuisset dicebant. Nos autez
sperabamus q ipse esset redemptu
rus israhel. Et quidam discipulo
rum interrogantes eum dicebāt.
Domine si in tempore hoc restitu
es regnum israhel. Occasio autē
interrogandi dominū. quis illoz
maior esset in regnū celorum for
tassis ex superioribus acciderat Nā
vt supra euangelista retulit. acces
serunt ad petrū qui didragma ac
cipiebāt a dixerunt ei. Magister
vester nō soluit didragma. Ait.
Etiam Et cū intrasset domū preue
nit ihesus dicens. Quid tibi videt
symon. Reges terre a quibus suscī
piunt tributum vel censuz A filijs
suis. an ab alienis Et ille dixit Ab
alienis Dixit illi ihesus. Ergo libe
ri sunt filij. Ne aūt scandalizemus
eos. vade ad mare a mitte hamū
a eum piscem qui primus ascende
rit tolle. a aperto eius ore inueni
es staterem. illum sumens da eis
pro me et te. Quia ergo alij disci
puli viderant petrum in reddicōe
census dño coequari. computan
tes euz illis omnibus esse prela
tum. in illa hora accesserūt ad ihe
sum dicentes. Quis putas maior
est in regno celorum. Sed magi
ster humilitatis qui ait in euan
gelio. Discite a me quia mitis suz
a humilis corde. et inuenietis req̄
em animabus vestris vt ostēde
ret regnum celorū. non p supbiā
sed p humilitatem esse querendū

illumq3 fore maiorem in eo qui ꝓp
ter deum se humiliat· aduocans
paruulum statuit eum in medio
eoruz ⁊ dixit Amen dico vobis ni
si conuersi fueritis ⁊ efficiamini si
cut paruuli· non intrabitis in reg
num celorum· Quod duobus mo
dis potest intelligi· Possumus ei
hic paruulum dominũ ihesum cri
stum accipere· qui cũ sit magnus
⁊ laudabilis nimis· ⁊ magnitudi
nis eius non sit finis· vt nos excel
sos faceret· paruulus natus ẽ no
bis· ⁊ filius datus est nobis· Et ẽ
sensus· Nisi mei exemplo vos hu
miliaueritis· q̃ non veni ministra
ri sed ministrare· et factus sum in
medio vestruz sicut qui ministrat
sed non qui vel quasi recumbens·
regnum celorum quod humilibꝫ
est preparatum intrare non pote
stis· Si aũt simpliciter quemlibz
paruulum intelligamus facile pa
tet quia nõ solum ad humilitatẽ
sed etiam ad simplicitatem seruã
dam hoc exemplo nos hortatur·
Ac si diceret· Sicut paruulus iste
cuius vobis exemplum ꝓposui· vi
dens mulierem pulchraz non cõ
cupiscit· non alienas diuicias ap
petit· lesus non reledit· non aliud
cogitat aliud loquitur· et iratus
nõ ꝑpetuas tenet discordias; ita
⁊ vos nisi talem habueritis inno
centiam in mente qualem iste ha
bet in corpore· regnum celoruz qd
humilibus ⁊ simplicibus est pre
paratũ intrare nequaq̃ potestis
Cuius viam nemo superbus gra
ditur· nemo tumidus incedit; q̃a
arbua via est ⁊ angusta que du
cit ad vitam· et pauci sunt qui in
ueniunt eam· Cum ergo ait· Nisi
conuersi fueritis· ⁊ efficiamini sic
paruuli non intrabitis in regnuz
celoruz· tale est ac si dixisset· Jam
si vos delectat locus sublimis· pri
us exerceat humiliatio vite inno
centis· non q̃ apostolos corpore
vellet esse paruulos· sed vt innocẽ
ciam paruulorum in mente possi
derent· Huiuscemodi paruulos do
minus suos volebat esse discipu
los· qui dicebat Sinite paruulos
venire ad me; talium est enim reg
num celoruz· Et paulus apostolꝰ
taliũ innocentiã puulorũ suos vo
lebat habere discipulos quibus
p epistolam precipiebat· Nolite
pueri effici sensibus sed malicia
paruuli estote· sensibus aũt pfe
cti sitis· Talem se nouerat rex ꝓ
phеticus qui in regali solio subli
mis· sed mente humilis dicebat·
Custodiens paruulos dominus·
humiliatus sum ⁊ liberauit me Et
iterum· Ludam ⁊ vilior fiam plus
q̃ factus sum· ⁊ ero humilis in o
culis meis Paruulus enĩ est qui
sibi displicet vt deo placeat· tan
to q3 ante deum erit pulchrior· q̃
to apud ipsum erit humilior Vn
de ⁊ subditur· Quicunq3 ergo hu
miliauerit se sicut paruulus iste·
hic magnus est in regno celorũ
Habeamus ergo virtutẽ humili
tatis si volumus habere in regno
celorum locum celsitudinis: quo
niam sicut saluator ait in euange
lio· Ois q̃ se humiliat exaltabit·

et qui se exaltat humiliabitur Vn
de et nos alibi scriptura ammonet
dicens. Quanto magnus es humili
a te in omnibus. et coram deo inue
nies graciam Et iterum. Humilia
mini sub potenti manu dei. vt nos
exaltet in tempore visitacionis. Et
ne putares illum esse contemnen
dum qui propter deum hic se humili
at congruam sentenciam adiunxit di
cens. Qui susceperit vnum paruu
lum talem in nomine meo me sus
cipit Hoc est quod dominus in futurum
se promisit dicturum. quod vni feci
stis vni ex minimis meis: mihi fe
cistis. Et signanter ait. Qui susce
perit vnum paruulum talem in no
mine meo me: suscipit Quamuis enim
non sit eligendum cui iuxta scriptu
re vocem bene facere debeamus. il
lis tamen qui propter deum paruuli et
humiles esse eligunt. in quibus vite
moribus xpristum esse cognosci
mus specialem beniuolentiam im
pendere debemus Vnde cum pius pa
ter filium instrueret ait. Panem
tuum et vinum tuum sup sepulturam
iusti constitue. et ne communicaueris
ex eo cum peccatoribus Et iterum. Desu
det elemosina in manu tua donec
inuenias iustum cui tradas eam.
Hinc et apostolus ait. Dum tempus
habemus operemur bonum ad omnes.
maxime autem ad domesticos fidei.
Qui enim bona temporalia illis impendit
in quorum vita et moribus xpristum ha
bitare cognoscit profecto illi tribu
it pro cuius amore impendit Vn
de bene dicitur in nomine meo Mul
ti enim bona temporalia non in no

mine xpristi. sed vt laudem homi
num captare possint tribuunt De
quibus scriptum est Quesierunt glo
riam hominum magis quam dei. Et do
minus alibi. Omnia enim opera su
a faciunt vt videantur ab hominibus
Et iterum Amen dico vobis recepe
runt mercedem suam. Et ne ad susci
piendos hospites vel peregrinos pi
gri remaneremus. seipsum in hijs su
scipi promisit cum ait. Qui susceperit
vnum paruulum talem in nomine
meo me suscipit. Vnde et ipse ali
bi dicit Qui suscipit prophetam in no
mine prophete. mercedem prophete acci
piet. et qui suscipit iustum in no
mine iusti. mercedem iusti accipi
et. Et iterum. Qui vos recipit me re
cipit: et qui vos spernit me spernit
Sicut autem suscipientibus merces pro
mittitur: ita duris et auaris pena in
dicitur. cum subinfertur. Qui autem
scandalizauerit vnum de pusillis
istis qui in me credunt. expedit ei
vt suspendatur mola asinaria in
collo eius. et demergatur in profun
dum maris Vbi considerandum est
quod graue peccatum sit scandalisare
fratrem. quando etiam scandalisan
tibus talis vindicta comminatur Quod
autem ait Expedit ei. vt suspenda
tur mola asinaria in collo eius et
in profundum maris dimergatur
iuxta morem prouincie loquitur
vbi apud veteres iudeos capitali
a crimina hoc supplicio puniebantur
tur Non ergo arbitretur leue pec
catum esse scandalum fratris cum
scandalisantibus talis pena predicitur
quoniam sicut alibi in euangelio

ait Qui dixerit fratri suo fatue: re
us erit gehenne ignis Quod se ca
uere omnino apostolus ostendit
cum ait Melius enim mihi est non
manducare carnem neque bibere vi
num. neque aliquid in quo fratrem
scandalizem. A quo peccato etiam
discipulos suos compescit dicens
Quare tu scandalisas fratrem tu
um. aut quare spernis illum. Igi
tur in quantum possumus iuxta apo
stoli ammonitionem. scandalum
fratrum vitare debemus: si autem
pro veritate scandalum oriatur.
magis veritas eligenda est quam scan
dalum vitandum Vel certe per mo
lam asinariam que pondus habet
sed nullum iter explicat. volubilis
amor seculi exprimitur Cum ergo
ait. Expedit ei vt suspendatur mo
la asinaria in collo eius et dimer
gatur in profundum maris. carna
les quosque et mundi amatores. a
regimine ecclesiastico prohibet:
quoniam melius est quod mundi a
mator in seculo viuens carnaliter
se solum perdat. quam in regimine ec
clesiastico constitutus. se et alios
peruerse viuendo ad interitum tra
hat: qui cuius vita despicitur. re
stat vt eius predicatio contemnatur
quoniam dum infirmi discipuli pa
troni sequuntur exemplum et ip
si pereunt. et illorum perditio in eius
caput redundat. qui auctor est cri
minis. Siue certe per molam asina
riam doctores intelliguntur. quia
sicut mola granum tritici frangi
tur. vt medulla eius ad susten
tationem vel refectionem huma
ne nature ostendatur: ita quoque
et doctores occultas sententias scri
pture sacre aperientes. interiorem
sensum eorum manifestant. vel vi
tam siue refectionem animarum
sanctarum. Ve mundo ab scanda
lis Mundus cui ve dicitur non il
le est quem venit filius hominis que
rere et saluare. sed ille qui in mali
gno positus est et mundi amato
res: de quo dominus alibi ait. Pater
iuste mundus te non cognouit. Qui
enim mente et desiderio seculum inco
lunt recte mundus appellantur.
De quibus iohannes ait Mundus
transibit. et concupiscentia eius Mun
di enim amatores dum propter cu
piditates seculi. alios non metu
unt scandalisare. tamen ipsi scan
dalum sustinent: aliquando autem
corpore. semper autem mente. Et ideo
ve illis quia ducunt in bonis dies
suos et in puncto ad inferna descen
dunt. Quibus per iohannem dicitur.
Qui voluerit esse amicus huius se
culi: inimicus dei constituitur Ad
quos pertinet quod adhuc subiun
gitur. Necesse est enim vt veniant
scandala. verumtamen ve homini
per quem scandalum venit Quod autem
ait. necesse est. tale est ac si diceret.
Non potest esse vt scandala non
veniant Oportet enim et hereses esse
sicut ait apostolus. vt probati ma
nifesti fiant. Et alia scriptura Va
sa figuli probat fornax: et homines
iustos temptatio tribulationis.
Pacis autem tempore non facile
decerni potest qui bonus vel malus ve
sit Sed cum scandalisatorum flauerit

ventus faciles ⁊ tenues proiciet
quasi paleas ante faciez venti. Ḡ
na vero cōgregabit in horrea xp̄i
Ve ergo homini illi qui talem se
exhibet vt malū quod venturum
est ꝑ eius ministeriuz impleatur
De quibꝰ dn̄s ait. Mittet filiꝰ ho
minis angelos suos et colligent
de regno eius omnia scandala. et
tradent ea in caminū ignis arden
tis. Quod facilius intelligimus si
vnum ad mediuz deducamus. iu
dam scilicet domini proditorem.
de quo ipse tempore passiōis sue
ait. Filiꝰ hominis vadit sicut scri
ptum est de illo. ve aūt homini il
li ꝑ quem tradetur. Necesse enim
erat. vt filiꝰ dei pro nobis passio
nem sustineret. sed ve iude qui no
strum bonū suum facit malum Et
ne aliquis sub occasione ꝓximo
rum vel amicorū a via dei sibi rece
denduz putaret. omnē magister
veritatis errorem tollit cū subiun
git. Si aūt manus tua vel pes tuꝰ
scandalisat te. abscide eū ⁊ proice
abs te Bonum ē tibi ad vitam in
gredi debilem vel claudum: q̄ȝ du
as manus vel duos pedes haben
tem. mitti in gehennam ignis. Et
si oculus tuus scādalisat te. erue
eum ⁊ proice abs te. Bonuz est ti
bi cū vno oculo intrare ad vitam
q̄ȝ duos oculos habentem. mitti
in gehennam ignis. Iuxta litterā
q̄ȝtum abhorreat hoc facile patet
Sed cū a littera excludimur: spiri
talis sensus est requirendꝰ. Per
hoc quod manus pes oculus. no
stris necessitatibus necessariora

sunt. propinquorū ⁊ carissimorū
affectus in hoc loco designat̄. Ac
si diceret dominꝰ. Si quis tibi fue
rit p̄ciosus vt oculꝰ. propinquus
vt pes. necessariꝰ vt manus. et a
via dei te recedere ꝑsuaserit. huiꝰ
amorem abscide et abs te proice
Melius est te solum intrare ad vi
tam. q̄ȝ cum multa turba propin
quorum mitti in ignem eternum
Quid proficit homini si totum lu
cratur mundū: anime aūt sue de
trimentuz patiat̄. Verbi gracia
Blanditur vxor. minatur pater.
ꝑsuadet mater. lacrimat̄ frater
⁊ soror: tu autez in via domini sta
firmus. ne illos inutiliter aman
do a dei amore recedas sed iuxta il
lud quod alibi ait Sine mortuos
mortuos suos sepelire: tu autez se
quere me. Neq3 hoc dicimꝰ. ꝙ pa
rentibꝰ ⁊ amicis ingrati ⁊ inobedi
entes esse debeamus. sed quādo
a via dei remouere voluerint. tūc
eorū amorem abscidamꝰ a nob̄.
Ceterum cū eos deum amare cog
nouerimus dupliciter a nobis et
honorandi sunt. primum ꝙ iusti
sunt. deinde quia ꝓpinqui: domino
dicente in lege. Honora patrem
tuum ⁊ matrem. vt bene tibi sit ⁊
longo viuas tempore Vnde ⁊ apo
stolus ait. Si quis suorum curam
non habet. ⁊ maxime fideliū fidez
negauit. ⁊ est infideli deterior Q̄n
tam aūt sollicitudinem ⁊ curā do
minus de hijs habeat qui totam
spem in eo ponūt manifestat cum
In natali vnius martiris.
Sermo.

Via bti mar
tiris natalis hodie illux
it dies. quem vobiscū fra
tres karissimi nos voluit domin⁹
celebrare. aliquid donante illo de
martiꝝ gloia ⁊ paciētia disseām⁹
Gloria quidem mūdana ab hijs
cōtempta est. et ideo pacientia p
bata est. Nam gloria eorum ab
scondita latebat in celis. quia pa
cientia eorum exercebatur in ter
ris Qui non exhortet eorum paci
entiam. puemet ad gloiam. Mise
ria putatur pati dura ⁊ aspera in
carne. quia reuera molestuz ē. Ni
si esset omnibus molestum. non
essz martirib⁹ gloriosum. Multis
ergo lasciuis ⁊ auaris. martires
sancti insanire visi sunt. quādo p
xpi nomine tanta paciebant. Ete
nim vt eū negarent vrgebant. A
lij ḡ virgis et flagellis diutissime
sūt v̄berati. alij fustib⁹ ⁊ plumba
tis cesi. alij mēbratim laniati: alij
gladio occisi. alij excoriati. pice.
plumboq; liquato perfusi. alij ar
dore prunarum excruciati. et alij
flammis exusti. alij quidem in ma
re mersi. alij bestijs deputati. alij
carcerum sunt horrore et fame ne
cati. Quot enim genera penaruz
et mortium hostis excogitare pote
rat: tot martiribus sine vlla mise
ratōe infligebat. Sz ipsi licz ī apto

horrida paterentur · in occulto ta
men ineffabiliter coronabantur
Multi quidē gloriam terrenā q̄sie
runt · multi viri fortes pro patria
sanguinem fundendū esse dixerūt
nec fundere dubitauerūt · quo glo
riam post mortem eciaꝫ apud pos
teros haberent · sed que illorū glo
ria martiribus cōparatur · Quid
potuit inuenire imperator : qđ po
tuit inuenire piscator · Imꝑatorū
consulum · ⁊ virorum fortium qui
orbem armis domuerunt ⁊ subiu
gauerunt · sepulchra sunt rome ·
Ad cuius sepulchrū intrare digna
tus est imperator · Et tamen dya
demate deposito ad sepulchruꝫ su
um orantē suscepit eum piscator ·
Ecce si terrena gloria fuerat concu
piscenda martiribꝰ · nec ipsi frau
dati sunt · Qui honorem tantuꝫ in
ter angelos quesierūt · videmꝰ eo
rum glorias in terris ⁊ stupemus
Quid pateremur si in celis videreꝰ
Quātus nos stupor ⁊ admiracōis ap
ꝑhenderet si videremus martires ·
inter angelos gloriantes · quoruꝫ
natalicia videmꝰ populos celebrā
tes · Sed nos volumꝰ gaudere cū
sanctis ⁊ tribulacionem mūdi no
lumus sustinere cum illis · Qui enī
sanctos martires vel inquantum
potuerit noluerit imitari · ad eorū
beatitudinem nō poterit ꝑuenire
Sic ⁊ apostolꝰ ꝑdicat dicens · Si fu
erimus socij passionum erimus ⁊
cōsolacionum · Et dn̄s i euangelio
si mundꝰ inq̄t vos odit · scitote q̄a
me priorē odio habuit · Recusat
esse in corpe · qui odiū mundi nō

vult sustinere cūm capite · Sed di
cit aliq̄s Et quis ē q̄ possit beatoꝝ
martirum vestigia sequi · Huic
ego respōdeo · quia non solū mar
tires · sed etiam ipsum dominum
cum ipsius adiutorio si volumus
possumus imitari · Audi non me
sed ipsum dominum · generi hūa
no clamantem ⁊ dicentem · Discite
a me · quia mitis sum ⁊ humil' cor
de · Audi ⁊ beatum petrum aposto
lum ammonentem · Christus in
quit pro nob' passus est relinq̄ns
vobis exemplum : vt sequamini ve
stigia eius · Similiter paulus apos
tolus clamat · Imitatores mei es
tote sicut filij carissimi Quid ad hec
respondebimus fratres vel quam
excusationem habere poterimus ·
Si tibi aliquis dicat · virtutes q̄s
fecit dominus debeas imitari · iu
sta potest esse excusacio tua · quia
virtutes et mirabilia facere non
omnibus datum est · sed custodi
re mandata dei omnibus nobis ꝑ
ceptū est · Nam ⁊ ipse dn̄s noster
ihesus xp̄s non dixit discite a me
mortuos suscitare · super aquas sic
cis pedibus ambulare · Sed quid
ait · Quia mitis sum ⁊ humilis cor
de · Et iterum · diligite inimicos ve
stros · bene facite hijs · qui oderūt
vos · vt sitis filij patris vestri · qui
in celis ē q̄ solem suū oriri facit su
per bonos ⁊ malos · Et licet sint a
lia multa bona remedia · quibus
deum debeamus ⁊ beatos marti
res imitari · ista tamē duo ꝑcipua
sunt · vt mites simus ⁊ hūiles cor
de ⁊ inimicos nr̄os toto corde ⁊ totis

viribus diligamus. de diligēdis
inimicis fratres carissimi. nullus
vnq̄ in veritate se poterit excusa
re. Potest mihi aliquis dicere. nō
possum ieiunare: non possum res
meas omnes pauperibus dare et
ecclesijs Nunquid potest dicere. nō
possū diligere? Sed dicit aliquis
Tanta mala inimicus meus mihi
fecit ⁊ eum nulla racione possum
diligere Attendis quid tibi fecerit
homo ⁊ non attendis quid tu fece
ris deo. Et i conscientiam tuam dili
genter discutis ⁊ inquiris. sine vl
la compensatione maiora peccata
committis in deum. q̄ in te cōmi
serit homo Et qr forte vis: vt tibi
deus dignetur dimittere multum
cur tu non acquiescis dimittē pa
rū? Vos autē fratres: qr q̄tidie di
citis deo in oratione: Dimitte nob
debita nostra sicut ⁊ nos dimittiꝰ
debitoribus nostris. dimittite et
dimittetur vobis. Ipsa enim veri
tas clamat terribiliter ⁊ dicit Si vos
non dimiseritis hominibus pecca
ta eorum nec pater vester celestis
dimittet vobis peccata vestra Imi
temur ergo sanctos martires in
fide. in hūilitate. in mansuetudine
in paciētia. i longanimitate. in di
lectione ⁊ sic poterimꝰ ipsos mar
tires apud dūm habere ītercesso
res. ita vt peccata nostra deleant
⁊ premia nobis eterna conferant
prestante domino nostro. q̄ viuit
et regnat in secula seculoꝝ Amē.

Scdm Matheum.

N illo tempe dixit

Ihs discipulis suis Ecce. ego mit
to vos sicut oues in medio luporū
Et reliqua. Omelia. bti Iohis epi.

Eragrarūt

a domino missi aposto
li orbem terrarum ⁊ in
firmū eum inuenientes
ad sanitatē reduxerūt et in ebu
tione ⁊ in ruina positū. ad stabili
tatē reuocauerūt Non scuta mouē
tes non arcus tendētes non sagit
tas mittētes non pecuniam largi
entes non eloquētia cōfidentes sz
erant nudi quidem seculo sz indu
ti christo Pauperes. sed diuites
pecunia indigentes sed regnū celo
rum possidētes Nō humana sola
tia habentes. habentes autem do
minū suum Ego inq̄t vobiscū sum
omnibus diebus. vsqꝫ ad cōsum
mationem seculi Peragrarūt vni
uersum orbem terrarū oues simul
cum lupis. Quis vidit? Quis au
diuit? dicit Mittam vos vt oues
in medio luporū. Quis vnq̄ pa
stor oues mittit in medio lupoꝝ?
Sed magis si viderit lupos cōgre
gat oues At vero christus contra
ria fecit. Oues ad lupos direxit. ⁊
vulnerate a bestijs non sunt. sed
magis lupi ad ouium mansuetu
dinem sunt conuersi Et vt ne dice
rent illi. oues sumꝰ ⁊ mittis nos in
escā lupoꝝ. timorē illoꝝ. vno ser
mone abstulit. Nō dixit. ite nec eniz
eoꝝ vtute mittebat eos. sz ecce inq̄t
ego mitto vos Infirmi q̄dē vos sz q̄
mittit potēs ē Quis es tu? Ego sū q̄
celum extendi. qui terrā fūdaui. q̄

maē infrenaui q̄ mortē dissolui q̄ cyrographum quod contra vos erat cruci affixi. qui veterem legē immutaui: qui vos ad pristinam patriaz reuocaui: qui fortia dissol uo. et dissoluta conforto Quid ma ri fortius? Sed parua arena intol lerabilem illius impetuz retundit et continet. Ecce inquit ego mitto vos qui mortis et vite habeo potes tatez. qui de celo descendi Ecce ego mitto vos: q̄si oues in medio lupo rum. Tamq̄ murus q̄dam bestie fiebam ouibus. vt nec fuga con seruarent salutem. circumuallati vndiq̄ O virtus mittentis in me dio luporum oues. In circuitu lu pi. et mutati sunt lupi: et facti sunt oues Nec enim natura. sed volun tate lupi erant Ecce ego mitto vos Quid ergo nobis precipis? Esto te prudentes sicut serpentes et sim plices vt columbe. Cauete autem ab hominibus. tradent enim vos in cōsiliis et cetera Serpēs et si mil lies vulneretur. caput autē suum saluet. totus est sanus Sic et tu Si pecuniam aduersarius tollere vult libens cede. Et si omnes facultates auferre conat. dimitte Et si ipsam temporalem vitam tuam extorq̄ re cupit. ne resistas. Tantūmodo fidei tue simplicitatem custodi. Il la illesā manente vniuersa ingru encia mala facilima erunt. Nud9 existi de ventre matris tue: nud9 et ibis. Sed forsitan in exiliuz mit teris Tu dicito domini est terra et plenitudo eius Sed forsitan mors occupabit Non est timēda. quia

trānsitus est Tantūmodo fidē ser ua. thesaurum indeficientez. diui tias sempiternas. Horum q̄ dico beati martires testes sunt isti: qui fidē non perdiderunt: et post exces sum de corpoē fortiores sunt viuis Propterea inquit homo factus: propterea carnem indui vt orbez vniuersum saluarez Multū enim deo cara est ecclesia. non muris cir cumdata: sed fide circūsepta. ppt ecclesiam namq̄ extensuz est celū diffusum est mare. distent9 ē aer terra fundata est. paradisus plā tatus et mirabilia multa facta sūt Pelagus scindebatur et iterum cō suebatur Petra findebatur et ite rum iungebatur. Māna pluebat de celo et tamq̄ pruinosa appone bat mensa. Propter ecclesiam ꝓ phete. propter ecclesiaz apostoli. et quid plura dicam? Propter ec clesiam vnigenitus filius dei. hō fa ctus est sicut dicit paulus. qui ꝓ prio filio nō pepercit vt ecclesie me deret Sanguinem filii fudit prop ter ecclesiam Hic sanguis irrigat ecclesiam. Et plantaria eius mar cescere non possunt. nec amittunt folia arbusta eius. Non subiacet necessitati temporis nec est condi cioni obnoxia vt per estatē coma foliorum tegat. hyeme autem amittat. Non tenet temporum q̄ litate. sed sancti spirit9 eaz guber nat gr̄a Et iō nō senescit. nec cō trahitur et multis impugnationi bus non opprimitur. Quanti enī ab inicio impugnauerunt ecclesi am. cum fidei semina iacerentur

⁊ arma contra eam commota sunt
Sed quantum impugnabatur tā
to clarior reddebat. Sed nunc quī
dē ꝓpter dei graciam: ⁊ reges: ⁊ du
ces: ⁊ milites: ac vniuersus orbis
fide repletus est. Nam ī principio
⁊ vt ita dicam in cunabulis eccle
sie: reges fuere impij. duces. īiamī
populus sedicōni deditus. Edicta
iudicum vndiq; dabantur: are in
cendebantur demonibus: fumus
et odor pessimus ipsū maculabat
aerem. Terra coinquinabatur sā
guine demones debachabantur:
dyabolus dominabatur. Pater ab
dicabat filium: filius inhōrabat
patrem. Natura quidem scindeba
tur. ꝫ pietas non diuidebat. Ubi
sūt nunc qui audebant ecclesie cō
traire. Quando nouella erat in nl
lo potuit ledi: ⁊ nūc quando vsq;
ad celum peruenit estimas eam
posse superari. Et tunc quidem cū
vndecim essent apostoli: nullus eos
superare potuit. ꝫ pauci homines
totum ceperunt mundum. ⁊ nunc
quando terra ⁊ mare ⁊ orbis tra
rum. ⁊ inhabitabiles regiones ⁊
ciuitates ⁊ omnes fines terre pie
tate repleti sunt: putas eam te pos
se tenere. Sed non poteris. Cristus
enim propter eam passus ē. por
te inferi non preualebunt aduer
sus eam. Facilius celum extermi
nari potest. ⁊ terra perire. ꝙ aliqd
mali pati ecclesia. Quis est qui hec
dicit. Ipse xp̄s loquitur. Celum
et terra transibunt. verba autem
mea nō p̄teribūt. Bene. Verbuz
enim dei ipso celo validius est. qr

celum opus verbi est. dixit quip
pe deus. Fiat celū. ⁊ verbū in opus
apparuit. Currebat natura. et ne
mo impediebat. quia nature domi
nus imperabat. qui facere ⁊ immu
tare potest. Ego eam edificaui: q̄
celum statui. Sed propter celum
non fudi sanguinez. propter celū
crucifixus non sum. nec propter
celum celeste corpus accepi. Et qd
dicam celi. Angelorum corpus nō
assumpsi: vt discas quoniā celo ⁊
angelis ⁊ omni creatura: honora
bilior ecclesiā est. Ideo celum ⁊ ter
ra transibunt: v̄ba autē mea nō
preteribunt. Assit gētilis. assit iu
deus. Si hec inania sunt verba: re
darguant. Si autez veritas est q̄
dicta sūt: adorent virtutē dei. dicit
cristus: Celum ⁊ terra transibunt
verba autem mea non preteribūt.
Facilius est celum preterire ⁊ ter
ram deuorari: ꝙ verba mea excide
re. Que aūt sint verba: adducamus
in medium videamus ne forte in
tercesserint. Non dubitan dicos ꝫ
hereticos obcludo. Que ergo sūt ver
ba. Celum ⁊ terra transibunt ver
ba autē mea non preteribunt. Qui
sermones. Que verba. Tu es pe
trus ⁊ super hanc petram edifica
bo ecclesiam meam ⁊ porte īferi nō
preualebunt aduersus eam. Sup
hanc petraz: non dixit super petrū
Nec enim super hominē. sed super
fidem edificauit ecclesiaz suā. Quid
autē erat fides. Tu es cristus filius
dei viui. Petram vocauit ecclesi
am: suscipientē fluctus: ⁊ nō tituba
tē. Etenim ecclesia suscipit quodāmodo

temptacōes. non tamen vincitur
Quid ē sup terrā? Hoc ē sup cōfes
sionem petri. sup sermōes pieta
tis. Sz forsitan interrogabis. vtꝝ
hec edificatio suscipiat lapides.
aut ligna. aut ferrum. Nō inquit
Nec enim est sensibilis edificatio
Qz si talis essz. dissolueretur tem
pore. Cōfessionem autez pietatis
neqꝫ demones. neqꝫ vlla creatura
vincere potest Testātur martires
quoꝝ latera radebātur: sed fides
nō frangebatur. O noua rerum
materies. Paries effoditur. ⁊ the
saurus nō aufertur. Caro scindi
tur. ⁊ fides non rumpitur. Talis
quippe martirū virtus. Etenim su
per hāc petram. edificabo ecclesiā
meaz. Et porte inferi non preuale
būt aduersus eam. Attēdite dili
gētius verbo Portas inferi. pericu
la vocat. que mortē pariūt. Quid
ergo? In inferno intrauit quisqꝫ
quādo periclitatur? Etiam Sicut
enim porte. introitus ciuitatū sūt
sic pericula. introitus mortis sunt
Et cur inquit nō prohibet tempta
tiones? Vt ostendat virtutē eiꝰ.
Si nemo eam impugnare posset
dicere poterāt. Quoniaz si impug
naretur. vtiqꝫ vinceretur. Propte
rea pmitto eā impugnari non vt
imbecillitas repugnantium: sed
fides victorie imputetur. Et porte i
feri non dixit. nō appropiabūt ei
sed non preualebūt aduersus eā
Quid ergo? Impugnabitur qui
dem. nō tamen vinci poterit Tem
pestates suscipit ecclesia: sed non
demergitur Jacula in ea mittūtur

sed nō perforatur. Machinamen
ta preparātur: sed turbis nō eli
ditur. Et quid dico ecclesiaz Vnū
sermōem locutus est piscator. et
sicut turris immobilis pseuerat.
Tu es inquit christꝰ filius dei vi
ui. Quāti tyranni verbum hoc de
lere conāti sunt: sed non potuerūt
Supra petram enim fundatum e
rat. Considera tyrannos reges.
dyademata. gladios acutos. besti
arum dentes. mortē minantes. ca
minos. sartagines ferreas. manꝰ
vncos. ⁊ omnia machinamēta
parata. Et pharetrā quidem suaz
euacuauit dyabolꝰ: sed nichil le
sit ecclesiā. Porte enim inferi non
preualebūt aduersus eaz Testa
tur res ipsa. testatur eoruz que fi
unt astipulatio. Quāti impugna
rūt. ⁊ nemo preualuit. Et impug
natores quidē. taciturnitati ⁊ ob
liuioni sunt dati. ecclesia aūt quo
tidie virtutibꝰ augmētatur. Vbi
bi nūc claudius? Vbi augustꝰ?
Vbi nero? Vbi tyberiꝰ? Nomia
sūt nuda. Eoꝝ aūt nemo. nec vlla
eoruz mentio. Et quia ecclesiā im
pugnarūt. ideo ⁊ memoriā pdide
rūt. Ecclesia autē clarior resplēdet
Vbicūqꝫ ieris ad indos. ad mau
ros. ad britanos. ad hispanos.
vsqꝫ ad vltimos terrarū fines in
uenies In principio erat verbū. ⁊
verbū erat apud deum. ⁊ deꝰ erat
verbū. ⁊ vniuersa religiōe plena
Ante hoc enim. vniuersa erāt im
pietate repleta. Nūc autem nō so
lum ciuitates religione florēt. ⁊ fi
de xpi: sed etiam heremꝰ in nomie

domini gloriatur. Antea nãq͡ʒ ⁊ re
gine in cõuiuijs virorũ saltabãt
sicut filiã herodiadis fecisse legi⁹.
nunc vero vix famula dignat̃ hoc
facere. Anti quit⁹ gentis psarum
filij. parentib⁹ sociabantur cõnu
bio. ⁊ soror fratri iungebatur im
pune. nũc vero virginitatẽ appe
tunt. Ante hoc autem erat quedã
gens. que hũanis vescebatur car
nibus. nunc ieiunijs reficiũt aĩ
mã suã. Massagete ⁊ terbices mi
seros putant qui egrotatiõe mo
riãtur. Et parentes. cognatos. p
pinquos. cum ad senectutẽ vene
rint. iugulatos deuorãt. rectius es
se dicẽtes. vt a se pocius. q̃ a ver
mibus consumantur. Nunc vero
post passionem xp̃i ⁊ resurrectio
nem eius abstinẽtie ⁊ castitati de
uote militant xp̃o. ⁊ prope omẽs
gentes parate sunt pro nomĩe do
mini fundere sanguinẽ suũ. Ante
hoc impij ⁊ psecutorẽs erãt reges
nũc vero ad celum proferunt pie
tatem. ⁊ ingrediẽtes limina eccle
sie deponũt coronam. ⁊ crucem cri
sti in suis depingũt frontibus. Fo
ris arma: hic misteria. Foris scuta
hic sacramẽtorũ celebratio. Theo
dosij filius. ⁊ pater theodosij reli
gione ac pietate insignes. Ideo
q͡ʒ pro hijs omnib⁹ gratias aga
mus domino. p xp̃m ihesũ domi
num nostrũ. cui est gloria ⁊ pote
stas ⁊ spirituisancto. p immorta
lia secula seculorũ. Amen

Scdm lucam

N illo tẽpore Dixit

ihesus discipulis suis. Si quis ve
nit ad me. ⁊ nõ odit patrem suũ
⁊ matrem. ⁊ vxorẽ. ⁊ filios. ⁊ fra
tres ⁊ sorores. adhuc autẽ ⁊ aĩ
mã suam. nõ potest meus esse dis
cipulus. Et reliqua. Omelia beati
Gregorij ppe.

I cõsideremus

fratres carissimi. que et
q̃nta sunt que nobis promittunt̃
in celis. vilescit animo. omnia q̃
habẽtur in terris. Terrena nam
q͡ʒ substãtia. superne felicitati cõ
parata pondus est nõ subsidium.
Tempalis vita. eterne vite cõpa
rata. mors est pocius dicenda q̃
vita. Ipse enim quotidianus defe
ctus corrupcõnis. quid aliud est
q̃ni quedam prolixitas mortis.
Que autẽ lingua dicere. vel quis
intellect⁹ capere sufficit. illa super
ne ciuitatis. quãta sint gaudia.
angelorũ choris interesse. cum be
atissimis spiritibus glorie condi
toris assistere. presentẽ dei vultũ
cernere. incircũscriptũ lumen vi
dere. nullo mortis metu affici. in
corrupcõnis munere letari. Sed
ad hec audita inardescit animus
iam q͡ʒ illic cupit assistere. vbi se
sperat sine fine gaudere. Sed ad
magna p̃mia peruenire nõ potest
nisi per magnos labores. Vnde ⁊
paulus egregius p̃dicator dicit.
Nõ coronabitur. nisi qui legitime
certauerit. Delectet ergo mẽtem
magnitudo premiorũ: sed non de
terreat certamẽ laborũ. Vnde ad
se veniẽtibus veritas dicit. Si q̃s

venit ad me et nō odit patrem su
um et matrē. et vxorem et filios. et
fratres et sorores. adhuc autem et
animā suam. non potest me⁹ esse
discipulus. Sed percūctari libet.
quomō parētes et carnaliter pro
pinquos precipimur odisse. qui
iubemur et inimicos diligē. Et cer
te de vxore veritas dicit. Q8 deus
cōiūxit. homo non separet Et pau
lus ait. Viri diligite vxores vrās
sicut et xp̄c ecclesiam. Ecce discipu
lus vxorem diligēdam predicat.
cum magister dicat. qui vxorem
nō odit. non potest meus esse di
scipulus. Nūquid aliud iudex nū
ciat. aliud p̄co clamat. An simul
et odisse possum⁹ et diligere. Sed
si vim precepti p̄pēdimus. vtrūq3
agere per discretiōnem valemus.
vt eos qui nobis cārnis cognati
one cōiuncti sunt. et q̄ proximos
nouim⁹ diligamus. et quo aduer
sarios in via dei patimur. odien
do et fugiendo nesciam⁹ Quasi em̄
p odium diligitur. qui carnaliter
sapiēs. dum praua nobis ingerit
nō auditur. Vt autem domin⁹ de
mōstraret hoc erga p̄ximos odi
um non affectōne procedere: ſ3 de
caritate. addidit protinus dicens
Adhuc autem et animā suam. O
disse p̄cipimur proximos. odisse
et animā nostram. Constat ergo
quia amādo debz odisse proximū
qui sic eum odit sicut semetip̄m.
Tūc etenim bene. nostram et ani
mam odim⁹. cum eius carnalibꝫ
desiderijs nō acquiescimus. cum
eius appetitū frangimus. eius vo

luptatib⁹ reluctamur. Que ḡ con
tempta ad melius ducitur. quasi
p odium amatur. Sic sic nimiruz
exhibē proximis nostris odij di
screcōnem debemus. vt in eis dili
gamus q8 sunt. et habeam⁹ odio
q̄ in dei nobis itinere obsistunt.
Certe dum paulus ihero solimaz
pgeret. propheta agabus zonā il
lius apprehēdit. suisq3 pedib⁹ alli
gauit dicēs Virum cui⁹ hec zona
est. sic alligabunt in iherusalem.
Sed is qui animā suam perfecte o
derat. dicebat. Ego nō solum alli
gari: sed et mori in iherusalem pa
ratus sum. pro nomie domini ihesu.
nec facio animā meam preciosio
rem q̄ me. Ecce quomodo amādo
animā suam oderat. immo odiēs
amabat. quā cupiebat pro ihesu
nomie morti tradere. vt hanc ad
vitam de peccati morte suscitaret.
Ab hac ergo discretione odij no
stri. traham⁹ formā ad odium p
ximi. Amet quilibet in hoc mūdo
aduersari⁹: sed in via dei cōtrari
us nō ametur etiam propinqu⁹.
Quisquis em̄ eterna concupiscit.
in ea quā aggreditur causa dei ex
tra p̄rem. extra matrē. extra vxo
rem. extra filios. extra cognatos.
extra semetip̄m fieri debet. vt eo ve
rius cognoscat deū. quo in ei⁹ cau
sa neminē recognoscit Multū nā
q3 est. q̄ carnales affect⁹ intenti
onē mentis diuerberāt. eiusq3 aci
em obscurāt Quos tamē nequaq̄
noxios patimur. si eos premēdo te
neam⁹ Amādi ergo sunt p̄ximi. i
pēdenda caritas ōmibus et propin

quis a extraneis. nec tamen pro
eadem caritate. a dei amoē flecten
dum. Scimus autē. quia cum de
terra philistijs archa domini ad
terram israhelitarū rediret. plaus
tro supimposita est. a vacce plau
stro subiūcte sunt. que fete fuisse
memorātur. quarū filios clause
runt domi. Et scriptū est. Ibant
autem in directū vacce. per viam
que ducit bethsamis. Uno itinē
gradiebātur. pergentes a mugiē
tes. a non declinabāt. neq; ad dex
teram. neq; ad sinistram. Quid igi
tur vacce. nisi fideles quosq; in ec
clesia designāt. Qui dum sacri elo
quij precepta cōsiderant. quasi su
pimpositam domini archam por
tant. De quibus hoc etiam est no
tandū. q fuisse fete memorātur.
quia pleriq; in via dei intrinsecus
positi. foris carnalibus affectibus
ligantur. Sed nō declinant a recto
itinere. qui archam dei portant in
mente. Ecce enim vacce bethsamis
pergūt. Bethsamis quippe domus
solis dicitur. Et propheta ait. Vo
bis autem qui timetis dominū.
orietur sol iusticie. Si igitur ad
eterni solis habitacōnem tendi
mus. profecto dignū est. vt de dei
itinere. pro carnalibus affectibus
non declinemus. Tota enim virtu
te pensandū est. q vacce dei plau
stro subposite pergunt a gemūt.
dant ab intimis mugitus a tamē
de itinere non deflectunt gressus.
Sic nimirū predicatores dei. sic fi
deles quoq; esse intra eccām sanctā
debent. vt cōpatiātur pximis per
caritatem: a tamē de via dei non
exorbitent per cōpassiōem. Hoc
ipsum vero odiū anime. qualiter
exhiberi debeat. veritas subdendo
manifestat dicens. Et qui nō ba
iulat crucem suā. a venit post me
non potest meus esse discipulus
Crux quippe a cruciatu dicitur. Et
duobus modis crucem domini ba
iulamus. cum aut per abstinēti
am carnē affligimus. aut per cō
passionem proximi. necessitatem
illius nostram putamus. Qui enī
dolorem exhibet in aliena necessi
tate crucem portat in mente. Sciē
dum vero. q sunt nōnulli. qui car
nis abstinētiam non pro eo: sed
pro inani gloria exhibent. Et sūt
pleriq;. qui compassiōem proxi
mo non spiritaliter: sed carnali
ter impendūt. vt ei non ad virtu
tem: sed quasi miserando ad cul
pas faueant. Hij itaq; crucē qui
dem videntur ferre: sed dominum
non sequūtur. Unde recte hec ea
dem veritas dicit. Qui nō baiulat
crucem a venit post me. nō potest
meus esse discipulus. Baiulare
etenim crucem a post dominū ire
est. vel carnis abstinentiam. vel
compassiōem proximo studio in
terne intentionis exhibere. Nam
quisquis hec pro temporali inten
tione exhibet. crucem quidem ba
iulat: sed ire post dominū recusat
Quia vero sublimia precepta da
ta sunt. protinus cōparatio edifi
cande sblimitatis adiūgitur cum
dicitur. Quis enī ex vobis volens
turrim edificare. nō prius sedens

computat sumptus qui necessarii sunt si habeat ad pficiendū. Ne postea cum posuerit fundamentū & non potuerit pficere omnes qui viderint incipiant illudere ei dicentes. Quia hic homo cepit edificare & non potuit consummare Omne quod agimus preuenire p studium consideratōis debemus Ecce enim iuxta veritatis vocē qui turrim edificat prius edificij sumptus parat. Si igit humilitatis turrim edificare cupimus prius nos preparare contra aduersa huius seculi debemus. Hoc enī inter terrenum et celeste edificiū distat q terrenum edificium expensas colligendo construitur. celeste vero edificium expensas dispergendo consummatur. Ad illud sumptus facimus si non habita colligamus ad istud sumptus facimus si & habita relinquamus. Istos sumptus diues ille habere non potuit q mltas possessiones possidens. magistrū requisiuit dicens Magister bone quid faciendo vitam eternā possidebo. Qui cum precepta relinquere omnia audisset tristis abcessit. & inde est angustatus in mente vnde foris fuit latior in possessione Quia vero in hac vita amabat sumptus celsitudinis. tendendo ad eternam patriam. habere noluit sumptus humilitatis. Considerandum vero ē quod dicitur. omnes qui vident incipiant illudere ei: quia iuxta pauli vocem spectaculum fuimus mundo & angelis & hominibus Et in omne quod agimus consider

are oculos nostros aduersarios debemus qui semp nostris operibus insistūt. semp ex nostro defectu gratulant. Quod intuens propheta ait. deus in te confido non erubescam. neq irrideant me inimici mei. In bonis enī operibus intenti nisi contra malignos spiritus sollicite vigilemus ipsos irrisores patimur. quos ad malū psuasores habemus Sed q de construendo edificio comparatio data est. nunc de minore ad maius similitudo subditur. vt ex rebus minimis maiora pensentur. Nam sequitur. Aut quis rex iturus committere prelium aduersus alium regem. nōne sedēs prius cogitat si possit cū decē milibus occurrere ei q cū viginti milibus venit ad se. Alioquin adhuc illo longe agente legationē mittens. rogat ea q pacis sunt Rex contra regem ex equo venit ad prelium. et tamen si se perpendit non posse sufficere legationem mittit. & ea que pacis sunt postulat. Quibus ergo lacrimis non sperare veniam debemus qui in illo tremēdo examine cum rege nostro ex equo ad iudicium non venimus. quos nimirum conditionis infirmitas & causa inferiores exhibet. Sz fortasse iam mali operis culpas abscidimus. iam praua queq exterius declinamus. Nunquid ad reddendā rationem cogitationis nostre sufficimus. Nā cum viginti milibus venire dicitur is contra quē minime sufficit iste qui cum decem milibus venit. Decē

milia quippe ad viginti milia: simplum ad duplum sunt. Nos autē si multum proficimus. vix exteriora nostra opera i rectitudine seruamus Nam et si iam luxuria carnis abscisa ē: tamen adhuc a corde funditus abscisa non est. Ille autem qui iudicaturus venit. exteriora simul et interiora iudicat. facta pariter et cogitacōnes pensat. Cum duplo ergo exercitu contra simplum venit qui nos vix in solo opere preparatos simul de opere et cogitatione discutit. Quid igitur agendum est fratres carissimi. nisi vt dum nos cū simplo exercitu contra duplum illi⁹ sufficere non posse conspicim⁹. dum adhuc lōge est legationē mittamus rogemus eā que pacis sunt. Longe ei esse dicit̄. qui adhuc presens per iudicium nō videtur. Mittam⁹ ad hunc legationē lacrimas nostras mittamus misericordie opera. mactemus in ara eius hostias placationis. cognoscam⁹ nos cū eo in iudicio non posse cōtendere. Pensemus virtutem eius fortitudinis rogemus ea que pacis sunt. Hec est nostra legatio: que regem venientem placat. Pensate fratres q̄ benignus sit qꝛ is qui suo aduētu valet opprimere tardat venire Mittamus ad hunc vt diximus legationē nostram. flendo. tribuendo. sacras hostias offerēdo Singulariter namqꝫ ad absolutionē nostram. oblata cū lacrimis et benignitate mentis sacri altaris hostia suffragatur. qꝛ is qui in se re

surgens a mortuis. iam non moritur adhuc p hanc i suo misterio pro nobis iterū patitur. Nā quociens ei hostiam sue passionis offerimus totiens nobis ad absolutionem nostram. passionem illi⁹ reparamus. Multos vt arbitror vestrum fratres carissimi cōtigit nosse hoc qd volo ad memoriā vestram narrando reuocare Non lōge a nostris fertur temporib⁹ factum qꝛ quidam ab hostibus raptus longe traductus ē. Cumqꝫ diu teneretur in vinculis. cū vxor sua eum ex eadem captiuitate non reciperet extinctū putauit Pro quo iam velut mortuo. hostias ebdomadibus singulis curabat offerre Cuius totiens vincula soluebātur. quociens ab eius cōiuge hostie fuissent oblate p anime eius absolutione. Nā longa post tempora reuersus ammirās valde. indicauit vxori sue qꝛ diebus certis ebdomadis singulis eius vincula soluebantur. Quos videlicet dies eius vxor atqꝫ horas discutiens. tunc eum recognouit absolutum cum pro eo sacrificium meminerat oblatum. Hinc ergo fratres carissimi. hinc certa cōsideratione colligite. oblata a nobis hostia sacra quantum in nobis soluere valeat ligaturā cordis. si oblata ab altero potuit in altero soluere vincula corporis. Multi vestrū fratres carissimi cassium narniēsis vrbis episcopum nouerunt. cuius mos erat quotidianas hostias offerre deo. ita vt pene nullus dies vite

abscederet· quo non omnipotenti
deo hostiaȝ placacōis immolaret.
Cui cum sacrificio valde etiaȝ con
cordabat vita. Nam cuncta que
habebat in elemosinis tribuens
cum ad horaȝ offerendi sacrificij
venisset· velut totus in lacrimis de
fluens semetipsum cū magna cor
dis cōtritione mactabat. Cuius
vitam ⁊ exitum a quodā venerabi
lis vite dyacono qui ab eo fuerat
nutrit⁹ referente cognoui Aiebat
enī ꝗ quadam nocte eius presbi
tero ꝑ visum domin⁹ astitit dicēs.
Vade ⁊ dic episcopo. Age quod a
gis· operarē quod operaris· nō ces
set pes tuus· non cesset manus tu
a· natali apostoloꝝ venies ad me
⁊ retribuā tibi mercedem tuam.
Surrexit presbiter Sed quia euici
no apostolorū natalicius dies im
minebat· tam ꝓpinqui exitus dieȝ
episcopo nunciare ptimuit. Alia
nocte domin⁹ redijt· eiusq; inobe
dientiam vehementer increpauit
atq; eadem iussionis sue verba re
texuit. Tunc presbiter surrexit vt
ꝑgeret· sed rursus infirmitas cor
dis impedimentum facta est indi
cande reuelationis· ⁊ ad admoni
tioneȝ quoq; iterate iussionis ob
duruit ꝑgere ⁊ que viderat mani
festare neglexit. Sed ꝗ magnam
mansuetudinē contempte gracie
maior solet sequi ira vindicte visi
one tercia domin⁹ apparens· iam
verbis addidit verbera· et tam di
stricta cede mactatus est· vt in eo
duriciaȝ cordis emollirent vulne
ra corporis. Surrexit ēgo erudit⁹

ex verbere ꝑrexit ad episcopuȝ eū
q; iam ex more iuxta beati iuuena
lis martiris sepulchrum ad offe
rendum sacrificiū consistentē rep
perit secretuȝ a circumstantib⁹ pe
cijt· seq; eius pedibus strauit Cū
q; eum vbertim flentem episcop⁹
vix ad se leuarē potuisset· lacrima
rum causas ꝯgnoscere studuit Il
le vero relaturus ex ordine visionē
prius vestimento ex humeris de
soluto detexit plagas corporis vt
ita dicam testes veritatis et culpe
monstrauit ꝗ̄ta animaduersiōe
districtionis membra illius acce
pta verbera· liuore iflicto sulcaue
rant Que mox vt episcopus vidit
exhorruit ⁊ quis sibi facere presū
psisset cū magne obstupefactiōis
vocibus inquisiuit. At ille respon
dit hec se pro ipso fuisse ꝑpessum
Excreuit cū terrore ammiratio. Sȝ
nullas iam presbiter inquisitioni
eius moras adiciens· secretum re
uelationis aperuit· eiq; iussiones
dominicas ꝑ ea que audierat ver
ba narrauit dicens. Age quod a
gis· operare quod operaris nō ces
set manus tua· non cesset pes tu⁹
natali apostolorum venies ad me
et retribuā tibi mercedem tuam.
Quibus auditis episcopus in ora
tione se cum magna cordis contri
one prostrauit Et qui oblaturus
sacrificium ad horā terciam vene
rat· hoc ꝓ extense orationis mag
nitudine· ad horam nonam vsq;
ꝓtelauit atq; ex ipso iam die ma
gis magisq; exaucta sunt lucra pi
etatis· factusq; ē tam fortis in ope

q̄ certus ex munē. quippe qui euz
cui ipse debitor fuerat ex promissi
one iam ceperat habere debitorez
Huic aūt consuetudo fueāt singu
lis annis natalicio apostolorum
die romaz venire. iamq; ex hac re
uelatione suspectus. venire iuxta
morem noluit. Eodez ergo tempo
re sollicitus fuit. secundo q; anno
vel tercio in mortis sue expectacōe
suspensus. quarto. quintoq; ꝛ sex
to similiter Qui desperare iam de ve
ritate reuelacōis potuerat: si fidez
verbera nō fecissent. Cum ecce an
no septimo vsq; ad expectate na
talis sacras vigilias incolumis p
uenit. sed lenis hunc in vigilijs ca
lor attigit. atq; ipso die natalicio
filijs suis se expectantibꝰ missaruz
solemnia iplere se posse recusauit
Illi vero qui de eius erant egressi
one pariter suspecti. simul ad euz
omnes venerunt. sese vnanimiter
astringentes vt die eodez nequa
q̄ requiescerent missarum solem
nia celebrari. nisi p eis ad dn̄m idē
suus antistes intercessor accederet
Tunc ille ꝯpulsus in episcopi ora
torio missas fecit. ꝛ manꝰ sua cor
pus dominicuz pacemq; omnibꝰ
dedit. Qui cuncto ministerio obla
ti sacrificij peracto. ad lectulum re
dijt ibiq; iacens dum sacerdotes
suos ac ministros circumstetisse
cerneret quasi vale vltimū dicens
de seruando eos vinculo caritatis
ammonebat. et q̄nta debuissent
cōcordia inter se viuiri predicabat
cum subito inter ipsa sancte exhor
tatiōis verba voce terribili clama

uit dicēs. Hora est. Moxq; assistē
tiquꝰ ipse suis manibꝰ linteum de
dit quod ex more morientiuz sibi
contra faciez tenderetur. Quo ten
so emisit spiritum. Sicq; sancta il
la anima ad gaudia eterna per
uenit. a carnis corruptione solu
ta est Quem fratres carissimi. quē
vir iste i morte imitatus ē: nisi eū
quem in vita sua fuerat contēpla
tus, ꝛ dicens enim hora ē de corpo
re exijt. qꝛ ꝛ ihesus pactis omnibꝰ
cuz dixisset consummatū est. incli
nato capite tradidit spiritum Qd
ergo dominus fecit ex potestate:
hoc egit famulus ex vocatione Ec
ce quotidiane hostie. illa cum ele
mosinis ꝛ lacrimis missarū lega
tio q̄ tam cuz rege veniente gracie
pacem fecit Relinquat ergo ōmia
qui potest. Qui aūt omnia relinq̄
re non potest. cum adhuc rex lon
gē est. legationem mittat lacrima
rum. elemosinarū hostiarum mu
nera offerat. Vult enī placari p̄
cibus qui scit qꝛ non possit porta
ri iratus Qꝛ adhuc moram facit
venire: legationez pacis sustinet
Venisset iam iamq; si vellet. ꝛ cū
ctos aduersarios suos trucidasset
Sed ꝛ q̄ terribilis veniat indicat
et tamen ad veniendū tardat: q̄a
non vult inuenire qd puniat Sed
reatus nobis contemptus nostri
denunciat dicens. Sic ergo ōms
ex vobis qui non renunciat omni
bus que possidet: non potest meꝰ
esse discipulus. et tamen sperādē
salutis remediuz concedit. qꝛ qui
p iram non pōt ferre. p postulare

pacis vult legationē placari. Lauate ergo fratres carissimi lacrimis maculas peccatorū. elemosinis tergite. sacris hostijs expiate. Nolite possidere p desideriū que adhuc per vsū minime reliquistis Spem in solo redemptore figite: ad eternam patriā mente transite Si eni nihil in hoc mundo iam amando possidetis: etiam possidendo cūcta reliquistis. Ipse vobis gaudia desiderata concedat. qui nobis eterne pacis remedia cōtulit. ihesus xpristus domin⁹ noster qui viuit et regnat cū patre in vnitate spiritussancti deus. p omnia secula seculorum. Amen.

Lectio sancti euāgelij
Secdm Matheum

In illo tēpore Dixit ihesus discipulis suis. Nolite arbitrari qz venerim pacem mittere in terraz. Non veni pacem mittere: sȝ gladium. Et reliqua. Omelia beati hylarij episcopi

Que ista diuisio est. Inter prima enim legis precepta accepim⁹. honora patrem tuum a matrem tuam. Et ipse domin⁹ ait. Pacem meam do vobis: pacez relinquo vobis Quid sibi vult missus potius gladius i terram. et separatus a patre fili⁹ a filia a matre. a nurus aduersus socrum. a hominis domestici eius inimici. Igitur ex rei de publica auctoritas impietate pferet. vbiqz odia. vbiqz bella. a gladius domini inter patrem a filium. a inter filiam matremqz deseuiens Et in luca quidem talis de hoc sermo est. Erunt eni ex hoc quinqz in vna domo diuisi. tres in duo. a duo sup tres diuidētur. Nunquid in maiorem numez potest agnicionis domestica familia diffundi Aut prescriptu temporis continebatur vt ex hoc essent quinqz tantum i domo vna idemqz diuisi. Ergo qui sit gladius in terra. que pprietas nominū. et i numero quinqz que ratio. et quomodo tres in duo. et duo sup tres diuidedi. a quaten⁹ hominis domestici eius inimici cōtuendum est. Singularum quidē rerum a vniuerse questionis primu; natura ē explicanda. nec minus intelligenciā nostraz sensus a superior et consequens adiuuabit. Gladius telorum omnium telum acutissimū est. in quo sit ius potestatis a iudicij seueritas et animaduersio peccatorū. Et huius quidem teli nomine nouam euangelij predicationem appellatam. frequens in prophetis est auctoritas dei. Igitur verbum nūcupatum meminerimus in gladio. qui gladius missus in terram ē i dest predicationem eius hominu; corporibus infusam Hoc igit quinqz habitantes i vna domo diuidit a diuidit tres in duo. a duos sup tres. Sed tria tantum in homine reperimus. idest corpus a animaz a voluntatē. Nam vt corpi anima

data est. ita ⁊ potestas vtriq; vtē
di sev vellet indulta est. atq; ob
id lex est ꝓposita volūtati. S; hoc
in illis dep̄hendit̄ur. qui p̄mi a deo
figurati sunt. in quib9 cepte origi
ni sortus effectus est. non tradu
ctus aliūde: sed ex peccato atq; in
fidelitate primi parentis. sequēti
bus generacōnib9 cepit esse cor
poris nostri pater peccatū. mater
anime infidelitas. Ab hijs em̄ or
tum p transgressiōem primi pen
tis accepim9 Nam volūtas vinculi
q; sua adiacet. Ergo iam vni9 do
mus quinq; sunt. pater corpis pec
catū. mater anime infidelitas ⁊ in
cidens volūtatis arbitriū. qd totū
hominē quodam cōiugij sibi iure
distinguit. Huic infidelitas socr9
est. nos ex ea natos. atq; a fide me
tuq; dei peregrinantes accipiēs. vt
inter infidelitatē voluptatēq; pos
sessos. ⁊ ignorātie dei. ⁊ in omni
viciorum oblectacōe detineat. Cū
ergo innouamur baptismi laua
chro. p virtutē eius ab originis
nostre peccatis. atq; auctorib9 se
paramur. ⁊ cisiq; quadam exsecti
one gladij dei. a patris ⁊ matris
affectōnib9 dissidemus. ⁊ veterē
cum peccatis. atq; infidelitate sua
hominē exuentes. ⁊ p spiritū ani
ma ⁊ corpore innouati. necesse est
ingeniti ⁊ vetusti operis cōsuetudi
nem oderim9. Et quia corp9 ipsū
per fidem mortificatū. in naturam
anime que ex afflatu dei venit. ꝙ
uis idipm adhuc in materie sua
extet euadat. quia cōmunio ipis
inuicem cōciliatur ex verbo. idcir
co iam vnū atq; idem cum anima
velle cepit effici. scilicet vt illa est
spiritualis. quib9 libertas volūta
tis a socru sua. idest ab infidelita
te diuisa. ius suum omne cōcedit
vt qd erat libertas voluntatis. de
inceps anime sit potestas. Fitq;
grauis in domo vna dissensio. et
domestica nouo homini erūt ini
mica. quia ille p verbū dei diuisus
ab illis manere. ⁊ interiora exteri
ore. idest ⁊ corp9 et anima in spiri
tus nouitate gaudebit. ea vero q̄
ingenita ⁊ quadā prosapie anti
quitate deducta. cōsistere in hijs
quib9 oblectata sunt. cōcupiscūt
⁊ origo carnis ⁊ origo anime. ⁊ li
bertas potestatis in duos diuiden
tur. animā scilicet ⁊ corp9 hominis
noui. que vnū atq; idem velle cepe
runt. diuisiq; tres duob9 subiace
būt in dominatū eorū de spiritus
nouitate potiorib9. Et idcirco illi
q̄ domesticas nominū caritates
dilectōni eius ꝓtulerint. futurorū
indigni erūt hereditate. Pergit de
inde eorū preceptorum intelligētie
decursu. Nam postea q̄ūi relinqūn
da omnia que in seculo carissima
sunt imperauerat adiecit. Qui nō
accipit crucē suam: ⁊ sequit̄ me.
non est me dign9. quia qui cristi
sūt. carnem suam crucifixerūt cū
vicijs ⁊ cōcupiscēcijs. Et indign9
est xp̄o. qui non crucem suam in
qua cōpatimur. cōmorimur. con
sepelimur. cōresurgim9 accipiēs.
dominū sit secutus. in hoc sacram̄
to fidei spiritus nouitate victur9
Qui inuenit animā suam: perdet

eam. ⁊ qui perdiderit animam
suam propter me: inueniet eam.
verbi scilicet potestate. ⁊ veteꝝ di
uisiōe vicioꝝ. proficiet lucrū ani
me in morte. ⁊ damnū in salutem
Ergo suscipienda mors est in no
uitate vite. ⁊ cruci domini cōfigē
da sunt vicia. ⁊ aduersus pseq̄n
tes cōtemptu presētium gloriose
cōfessionis. retinēda libertas est
⁊ damnosū anime lucrum refugi
endū. scientes nulꝫ ius in animā
non relinqui. ⁊ detrimēto breuis
vite fenꝰ immortalitatis acquiri.
Qui recipit vos: me recipit. Et qui
me recipit: recipit eum qui me mi
sit. Uniuersis doctrine affectū. ⁊ p̄
ceptorū sedulitatem impēdit. Et q̄
periculum nō recipiētium aposto
los excussi pulueris testimonio de
nūciasset. recipientium merita vl
tra gratiam sperati officij cōmen
dat. Docet in se etiaꝫ mediatoris
officiū. qui cum sit receptus a no
bis. atqꝫ ille profectꝰ ex deo sit deꝰ
p̄ illum transfusus in nos sit. atqꝫ
ita qui apostolos recipit: xp̄m re
cipit. qui vero xp̄m receperit. pa
trem deū recipit. quia nō aliud in
apostolis recipit. q̄ꝫ qꝫ in xp̄o est.
neqꝫ in xp̄o aliud est. q̄ꝫ qꝫ in deo
est. per qꝫ hūc ordinem gratiaꝝ.
nō aliud est apostolos recepisse:
q̄ꝫ deum. quia ⁊ in illis xp̄c. ⁊ in
xp̄o deus habitet. Qui recipit pro
phetam in nomīe prophete. mer
cedem prophete accipiet. Qui pro
phetaꝫ recipit: habitantē recipit
in propheta. sitqꝫ prophete mer
cede dignꝰ. prophetam prophete

nomine recipiēs. Par quoqꝫ recē
pisse iustuꝫ merces deputatur. fit
qꝫ iustus ex honore iusticie. ac sic
cōsummat iusticia ex fide. ⁊ mer
cedem acquirit officiū. plures con
sequēde eternitatis occasiones do
largiente. quādo in recipiendo iu
sto ⁊ propheta. ipse reuerentie af
fectus. ⁊ iusti honoreꝫ accipiat ⁊
prophete. Et quicūqꝫ potum dede
rit vni ex minimis meis calicem
aque frigide. tantū in nomine dis
cipuli. amē dico vobis. non pdet
mercedem suam. Nō inane esse bo
ne cōsciētie opus docuit. neqꝫ speꝫ
fidei aliene īfidelitatis crimine la
borare. Prouidēs eniꝫ plures fu tu
ros tantū apostolatꝰ nomine glo
riosos. omni vero vite sue ope im
probabiles. eosqꝫ diu fallere. diu
mentiri. tamē obsequiū quod ip
sis sub religionis opinione dela
tū sit mercede operis sui speiqꝫ nō
fraudat. Nam licet ipsi minimi es
sent. idest peccatoꝝ omniū vltimi.
minimū autem est. quo minus ni
hil aliud est. nō inania tamen in
eos etiā leuia. que sub frigide aq̄
nomīe designat officia esse decer
nit. Non eni peccatis hominis: sed
discipuli nomini honor prestitus
est. atqꝫ ita ad probitatē obseq̄n
tis fallentis de se probra non le
dūt. cum mercedem suam dantis
fide. non assumētis mendatio cō
sequatur. Tu autem domine.

Lectio sancti euāgelij.
Scdm Lucam.

n illo tēpore Dixit ihesus discipul' suis. Si quis vult post me venire abneget semetipsum. et tollat crucem suam et sequatur me. Et reliqua. Omelia beati gregorij pape

Via dominus ac redemptor noster. nouus homo venit in mundū noua precepta edidit mundo Vite etenim nostre veteri in vicijs enutrite. cōtrarietatē opposuit nouitatis sue Quid enī vetus. quid carnalis homo nouerat nisi sua retinē. aliena rapere si posset. concupiscere si nō posset. Sz celestis medicus singulis quibusque vicijs obuiantia adhibet medicamēta. Nam sicut arte medicine. calida frigidis. frigida calidis curantur: ita dominus noster cōtraria opposuit predicamenta peccatis. vt lubricis cōtinēciam. tenacibus largitatē. iracūdis mansuetudinē. elatis preciperet humilitatem. Certe cum se sequentibus noua mandata proponeret: dixit Nisi quis renunciauerit omnib' que possidet: non pōt meus esse discipulus. Ac si aptē dicat. Qui p vitam veterem aliena concupiscitis. p noue conuersacōnis studium et vestra largimini. Quid in hac lectione dicat audiamus. Qui vult post me venire abneget semetipsum. Ibi dicitur vt abnegemus nostra: hic dicitur vt abnegem' nos. Et fortasse laboriosum non est homini relinquē sua: sed valde laboriosum est relinquere semetipsum. Minus enī est abnegare quod habet. valde enī multum est abnegare qd est. Ad se aūt nobis venientibus domin' precipit vt renunciem' nostris. quia quique ad fidei agnicōē venimus. luctu; contra malignos spiritus sumim'. Nihil aūt maligni spiritus in hoc mundo proprium possident. Nudi ergo cū nudo luctari debemus. Nā si vestitus quisque cū nudo luctatur. citius ad terram deicitur. quia habet vnde teneatur. Quid enī sunt terrena omnia nisi quedam corporis indumēta. Qui ergo contra dyabolum ad certamen properat. vestimēta abiciat ne succūbat Nihil in hoc mūdo amando possideat. nullas rerū labentiū delectacōes requirat. ne vnde ad votum tegitur. ad casum inde teneatur. Nec tamen sufficit nostra relinquē: nisi relinquam' et nos Quid est quod dicimus. relinquamus et nos. Si enī nosmetipsos relinquim' quo ibimus extra nos. Vel quis est qui vadit si se deserit. Sed aliud sumus per peccatum lapsi. aliud p naturam cōditi. aliud quod fecimus. aliud quod facti sumus Relinquamus nosmetipsos quales peccādo nos fecimus. et maneamus nosmetipsi quales p graciam facti sum' Ecce enim q̄ superbus fuit si cōuersus ad xpristum humilis factus est semetipsū reliquit. Si luxuriosus quisque ad cōtinentiā vitā mutauit. abnegauit vtique qd fuit. Si

auarus quisqȝ iam desijt ⁊ largiri
didicit propriaq̄ pri⁹ aliena rapi
ebat. ꝑculdubio semetipsum reli
quit. Ipse quidem ē p naturā. sed
non ē ipse p maliciam. Hinc enī
scriptum ē. Verte impios ⁊ non
erunt. Conuersi namqȝ impij nō
erunt. non q̄ omnino nō erunt in
essencia. sed scilicet nō erunt i im
pietatis culpa Tunc ergo nosmet
ipsos relinquim⁹. tunc ipsos nos
abnegam⁹. cum vitam⁹ quod p
vetustatem fuimus. ⁊ ad hoc niti
mur quod p nouitatē vocamur.
Pensemus quō se paulus abne
gauerat qui dicebat. Viuo autē
iam non ego. Extinctus namqȝ fu
erat seuus ille psecutor: ⁊ viuere
ceperat pius predicator Si enī ip
se esset: pius profecto nō esset. Sȝ
qui se viuere denegat. dicat vnde
est. q̄ sancta verba p doctrinā ve
ritatis clamāt. Protin⁹ subdit Vi
uit vero in me xpist⁹ Ac si aperte
dicat. Ego quidē a memetipso ex
tinctus sum. q̄ carnaliter nō viuo
sed tamen essencialiter mortuus nō
sum. quia in xpisto spiritualiter
viuo. Dicit ergo veritas. Si quis
vult p⁹ me venire abneget semet
ipsum. quia nisi quis a semetip
so deficiat ad eum qui sup ipsum
est non appropinquat. nec valet
apprehendere quod vltra ipsum ē.
si nescierit mactare quod est. Sic
olerum plante transponunt̄ vt ꝓ
ficiāt. atqȝ vt ita dixerim eradicā
tur vt crescant Sic rerū semina in
terre admixtione deficiunt. ⁊ in re
paratione sui generis vberius as
surgunt. Vnde enī vident̄ p di dis
se quod erant: inde accipiunt hoc
apparere quod non erant. Sed iā
qui se a vicijs abnegat exquiren
de ei virtutes sunt in quib⁹ crescat
Nam cū dictum est. qui vult post
me venire abneget semetipsum.
protinus additur. tollat crucem
suam quotidie. ⁊ sequat̄ me. Du
obus etenī modis crux tollit̄. cū
aut p abstinentiā afficit̄ corpus
aut p cōpassionē proximi affligit̄
anim⁹. Pensem⁹ qualiter vtroqȝ
modo paulus crucē suā tulerat: q̄
dicebat Castigo corp⁹ meum. ⁊ i
seruitutē redigo: ne forte alijs p̄
dicans ipse reprob⁹ efficiar. Ecce
in afflictione corporis audiuimus
crucē carnis. audiam⁹ nunc in cō
passione proximi crucē mētis Ait
Quis infirmatur: ⁊ ego non infir
mor. Quis scandalisat̄: ⁊ ego nō
vror. Perfect⁹ quippe predicator
vt exēpluȝ daret abstinētie crucē
portabat in corpe. ⁊ q̄ in se trahe
bat damna ifirmitatis aliene cru
cem portabat in corde. Sed q̄ ips
virtutib⁹ quedā vicia mixta sunt.
dicendū nobis est. q̄ viciū absti
nenciam carnis. ⁊ quod obsideat
cōpassionē mentis Euicino namqȝ
abstinentiaȝ carnis nōnunq̄ va
na gloria obsidet: q̄ dū tenuitas
in corpe. duȝ pallor in vultu respi
cit̄ virt⁹ patefacta laudat̄. et tan
to se celeri⁹ foras fundit. q̄to ad
hūanos oculos p ostensū pallorē
exit. Et plerūqȝ fit. vt q̄ causa dei
agi credit̄. ꝓ solis humanis fauo
rib⁹ agat̄. Quod bene symon ille

significat· qui inuentus in itinere
crucem dn̄icam in angaria portat
Aliena quippe onera in angaria
portantur qn̄ ꝑ vanitatis studiū
aliquid gerit̄ Qui ergo ꝑ symonē
designant̄· nisi abstinētes et arro
gantes qui ꝑ abstinenciā carnē
afficiūt· ſ; fructū abstinencie inte
rius non requirūt.· Crucem ergo dn̄i
in angaria symon portat· quia cū ad
opus bonum ex bona voluntate n̄
ducit̄· rem iusticie sine fructu ope
ratur· Vnde isdem symon crucem
portat ſ; nō morit̄: quia abstinentes
et arrogantes· ꝑ abstinentiā qui
dem corpꝰ afficiūt· sed ꝑ desideriū
vane glorie mundo viuunt· Com
passionē vero animi plerumq; la
tenter obsidet pietas falsa· vt hāc
nōnunq̄ vsq; ad ꝯdescendendū vi
cijs ꝑtrahat· dum ad culpas quis
q; non debeat compassionē exerce
re sed zelū· Compassio quippe ho
mini· et rectitudo vicijs debetur vt
in vno eodēq; homine et diligamꝰ
bonū quod factus est· et ꝑsequa
mur mala q̄ fecit· ne dum culpas
incaute remittimꝰ non iam ꝑ cari
tatem sed ꝑ negligentiam ꝯcidis
se videamur· Sequitur Qui enim vo
luerit animā suam saluam facere
perdet eam Et qui ꝑdiderit animā
suam ꝓpter me: saluam faciet illā
Sic dicitur fideli· qui voluerit ani
mam suam saluam facere ꝑdet eā
et qui ꝑdiderit animā suā ꝓpter
me· saluam faciet eam· Ac si agri
cole dicatur· Frumentū si seruas
perdis: si seminas renouas Quis
enī nesciat quia frumentum cū in se
mine mittitur perit ab oculis· in
terra deficit.· Sed vnde putrescit i
puluere: inde viridescit in renoua
tione Quia vero sancta ecclesia ali
ud tempus habet persecutionis
atque aliud pacis redemptor no
ster ipsa eius tempora distinguit
in preceptis· Nam ꝑsecutionis tē
pore ponēda est aīa: pacis autem
tp̄e ea q̄ amplius dn̄ari possunt
frangenda sunt desideria terrena
Vnde et nunc dr̄· Quid eniz ꝓficit
homini si lucret̄ totum mundū· se
aūt ꝑdat et detrimentū sui faciat.·
Cū ꝑsecutio ab aduersarijs deest
valde vigilantiꝰ cor custodiendū
est· Naz pacis tempore quia licet
viuere· licet etiā ambire· Que pro
fecto auaricia bene compescitur· si
ipse status ambientis sollicite cō
sideretur· Nam cur instet ad colli
gendum· quādo stare non potest
ipse qui colligit.· Cursum ergo su
um quisq; cōsideret· et cognoscet
sibi posse sufficere parua que ha
bet Sed fortasse metuit: ne in hꝰ
vite itinere sumptꝰ desint· Longa
nostra desideria increpat via bre
uis· Incassum multa portant̄: cui
iuxta est quo pergit̄· Plerūq; et a
uariciaz vincimus· sed adhuc ob
stat quod vias rectitudinis minori te
nemꝰ custodia ꝑfectionis· Naz se
pe labentia cuncta despicimꝰ· sed
tn̄ adhuc humane verecūdie vsu
prepedimur· vt rectitudinē quaz
seruamꝰ in mente nondū exp̄mē
valeamus in voce· et tanto dei faci
em ad iusticie defensionē negligi
mus· quanto humanas facies cōtra

iusticiam veremur Sed huic quo
q vulneri cogruū subiungitur me
dicamentū cum dn̄s dicit Qui me
erubuerit & meos sermones. hūc
filius hoīs erubescet. cū venerit in
maiestate sua & patris et sancto
rum angelorum. Sed ecce nunc apud
se hoīes dicunt. Nos iam dn̄m et
sermones eius nō erubescim⁹. quem
eū apta voce pfitemur. Quibus er
go respondeo q in hac plebe chri
stiana sūt nonnulli qui xp̄m idō
confitent quia cunctos xp̄ianos esse
aspiciūt. Nam si nomen xp̄i in tan
ta gloria non esset. tot pfessores
xpristi sancta ecclīa non haberet.
Nō ergo ad pbacōez fidei vox suf
ficit pfessionis. quā defendit a ve
recūdia pfessio generalitatis. Est
tn̄ vbi se quisq interroget. vt in cō
fessione xpristi se veraciter probet
si non iam nomen ei⁹ erubescit. si
plena virtute mentis humanum
pudorem subdidit. Certe enī pse
cutionis tpe erubescere poterāt fi
deles substancijs nudari. de digni
tatib⁹ deici. verberibus affligi Pa
cis aūt tempore quia hec a nostris p
secutionibus desunt est aliud vbi
ostendamur nobis. Veremur se
pe a pximis despici: dedignamur
iniurias verbi tolerare Si ɔtingat
iurgium fortasse cū proximo: eru
bescimus priores satisfacere. Cor
quippe carnale dum vite hui⁹ glo
riā querit humilitatez respuit. Et
plerumq ipse homo qui irascit dis
cordanti sibi recōciliari appetit. s
ire ad satisfaciendū prior erubes
cit. Pensem⁹ facta veritatis. vt vi

deam⁹ quo iaceant nostre prauī
tatis actiones. Si enī membra sū
mi capitis sum⁹: imitari eū cui cō
nectimur debem⁹ Quid namq ad
nostre erudicōis exemplum paul⁹
egregius predicator dic. Pro xp̄o
legatione fungimur. tanq̄ deo ex
cõsuetudinẽ. ac peccata teneatur. Itaqz in hoc tercio gradu. in quo scientia est lugetur amissio sũmi boni. quia inheretur extremis. In quarto autẽ gradu labor est. vbi vehementer incubitur. vt sese animus auellat ab eis. quib9 pestifera dulcedine innex9 est. Hic ergo esurit. et sititur iusticia. et multum necessaria est fortitudo. quia nõ relinquitur sine dolore. qd cuz delectacõne retinetur. Quinto aũt gradu pseuerãtibus in labore datur euadendi cõsilium. quia nisi quis qz adiuuet a superiore. nullomõ sibi est ydone9 vt sese tantis miseriarũ implicamẽtis expediat. Est autẽ iustum cõsilium. vt qui se a potẽtiore adiuuari vult. adiuuet in timore infirmiorem. in quo est ipse potẽtior Itaqz beati misericordes: quoniã ipsoz miserebitur deus Sexto gradu est cordis mũdicia. de bona cõscientia bonoz operum. valens ad cõtemplãdum illud summũ bonum. qd solo puro et sereno itellectu cerni potest. Postrema est septia ipsa sapiẽtia. idest cõtemplatio veritatis. pacificans totũ hominẽ. et suscipiẽs similitudinẽ dei. que ita cõcluditur Beati pacifici: quoniã ipsi filij dei vocabũtur. Octaua tamq̃ ad caput redit. quia cõsummatũ pfectũ qz ondit et probat Itaqz in prima et in octaua nominatũ est regnuz celoz. Beati paupes spiritu: qm̃ ipsoz est regnũ celoruz. et beati q̃ psecutiõem paciũtur propter iusticiaz: qm̃ ipsoz est regnũ celoz

cũ iam dicitur. qs nos sepabit a caritate xp̃i. tribulatio. an angustia. an psecutio. an fames. an nuditas. an piculũ. an gladi9. Septem sunt que pficiũt. Nã octaua clarificat. et qd perfectũ est demõstrat. vt p hos gradus pficiãtur et ceteri. tamq̃ a capite rursus exordiẽs Videtur ergo mihi etiã septiformis opatio spiritussancti. de q̃ ysayas loquit. hijs gradib9 sentencijs qz cõgruere. sed interest ordinis. Nam ibi enumeãtio ab excellentiorib9 cepit Ibi namqz incipit a sapientia. et desinit a timore dei: s3 iniciũ sapiẽtie timor dñi est Quapropter si gradatim tamq̃ ascẽdentes numẽm9. prim9 ibi est timor dei. secũda pietas. tercia scientia. quarta fortitudo. qntum cõsilium. sextus intellect9. septima sapiẽtia. Timor dei cõgruit humilibus. de quibus hic dicitur. Beati paupes spiritu. idest non inflati nõ supbi. quibus apostol9 dicit Noli altũ sapere: s3 time. idest noli extolli. Pietas cõgruit mitib9. Qui enĩ pie querit et honorat sanctam scripturã. et non reprehẽdit. quod nõdum intelligit et propterea nõ resistit. qd est mitem esse. Vnde hic dicit. Beati mites. Scientia cõgruit lugentibus. qui iã cognouerũt in scripturis. quib9 malis vincti tenebãtur. que tam q̃ bona et vtilia ignorantes appetiuerũt. De quibus hic dicitur. Beati qui lugent Fortitudo cõgruit esuriẽtibus et sicientibus Laborant enim desiderãtes gaudium

de veris bonis. a amorē a terrenis
a corporalib⁹ auertere cupientes
de quibus hic dicitur. Beati qui
esuriūt a sitiūt iusticiam. Consili
um cōgruit misericordibus Hoc
eni; vnum remediū est. de tantis
malis euadendi. vt dimittamus si
cut nobis dimitti volum⁹. a adiu
uemus in quo possumus alios. si
cut nos in quo non possumus cu
pimus adiuuai. de quib⁹ hic di
citur. Beati misericordes. Intelle
ctus cōgruit mūdis corde. tamq̄
purgato oculo. quo cerni possit.
quod corpore⁹ oculus non vidit.
nec auris audiuit. nec in cor homi
nis ascendit. de quib⁹ hic dicit.
Beati mūdo corde. Sapientia con
gruit pacificis. in quibus iam or
dinata sūt omnia. nullusq; mot⁹
aduersus racionem rebellis est
sed cuncta obtemperāt spiritum
hominis. cum a ipē obtēperet deo
de quib⁹ hic dicitur. Beati paci
fici. Vnum autē premium qd est
regnū celoru;. pro ipsis gradib⁹
varie nominatū est. In primo si
cut oportebat positū est regnum
celorum. qd est perfecte summeq;
sapiētie anime racōnalis. Sic ita
q; dictū est. Beati pauperes spiri
tu: quonia; ipsorum est regnū ce
lorum Tamq̄ diceretur Inicium
sapiētie timor domini Mitib⁹ here
ditas. tamq̄ testamētum patris
cum pietate querentib⁹ Beati mi
tes: quoniā ipsi hereditate posside
būt terram. Lugentibus cōsola
tio. tamq̄ scientib⁹ quid admise
rint: a quib⁹ mesti sint. Beati qui
lugent. quoniā ipsi cōsolabūtur
Esurietibus a sicientib⁹ saturitas
tamq̄ refectio laborātibus. fortit
q; certantib⁹ ad salutē. Beati qui
esuriunt a sitiūt iusticiam. quoni
am ipsi saturabūtur Misericordi
bus miselcordia tamq̄ vero a op
timo cōsilio vtentibus vt eis hoc
exhibeatur a potētiore qd in vali
dioribus exhibebant. Beati mise
ricordes: quoniā ipsorum misere
bitur deus. Mūdis corde. facultas
videndi deum. tamq̄ purum ocu
lum ad eterna intelligēda geren
tibus. Beati mūdo corde. quonia;
ipsi deum videbūt. Pacificis dei si
militudo est. tamq̄ perfecte sapiē
tibus. formatisq; ad ymaginem
dei per regeneracōnē renouati ho
minis. Beati pacifici: quoniam
filij dei vocabūtur. Et ista quidem
in hac vita compleī possunt sicut
impleta esse i apostolis credim⁹.
nam illa omnimoda a in euāgeli
cam formā mutatio que p⁹ hanc
vitam promittitur. nullis verbis
exponi possunt. Beati ergo qui p
secutionem paciūtur propter iu
sticiam: quoniā ipsorum est reg
num celorū. Hec octaua sentētia
que ad caput redit. perfectūq; ho
minē declarat. significatur fortas
se circūcisione octaue diei in vete
ri testamēto. a domini resurrectio
ne post sabbatū. qui ē vtiq; octa
uus dies. idem qui prim⁹. et cele
bracōe octauaru; feriarū quas in
regnatione noui hoīs celebram⁹.
a numero ipso pētecostes. nā sep
tenario nūo septies multiplicato

quo fiūt quadragīta noue͂· qua
si octauꝰ additur· vt q̄nquagita
cōpleātur ad caput· quo die mis
sus est sp̄ussanctꝰ· quo in regnuꝫ
celoꝝ ducimur· ⁊ hereditateꝫ ac ci
pimꝰ ⁊ ꝯsolamur ⁊ pascimur ⁊ mi
sericordiā ꝯseq̄mur ⁊ mūdamur ⁊
pacificamur atqꝫ ita p̄sectōres ex
trinsecꝰ illatas molestias· ꝑ veri
tate ⁊ iusticia sustinemꝰ Beati eri
tis inq̄t cuꝫ vobis maledicēt ⁊ vos
p̄sequētur ⁊ dicent oīe malū ad
uersū vos mentiētes propter me
Gaudete et exultate: qm̄ merces
vr̄a multa est ī celis. Aīa aduertat
q̄squis q̄ delicias huiꝰ seculi ⁊ fa
cultates reꝝ tp̄aliū querit in no
mine xp̄iano· intrinsecꝰ esse beati
tudinē nr̄am sicut de anima eccl̄a
stica ore ꝓphetico dicitur Oīs pul
chritudo filie regis intrinsecꝰ Nā
extrinsecꝰ maledicta ⁊ p̄secutiōes
detractōnesqꝫ ꝑmittūtur· De qui
bus tn̄ magna merces in celis est
q̄ sentit in corde patiētiū eoꝝ qui
iam p̄nt dicere. Gloriamur in tri
bulacōne scientes qm̄ tribulatio
patiētiam opatur patiētia ꝓbati
onem ꝓbatio spem· Spes aūt nō
cōfundit qm̄ caritas dei diffusa ē
in cordibꝰ nostris· p spūmsanctū
q̄ datꝰ est nobis· Nō enim ista p
ꝑpeti fructuosū est. ſ3 ista ꝑ xp̄i no
mine nō solū equo aīo· ſ3 etiā cuꝫ
exultacōe tolerare· Nā multi here
tici in noīe xp̄iano aīas decipien
tes multa talia patiūtur: ſ3 ideo ex
cludūtur ab ista mercede quia nō
dictū est tantū beati q̄ p̄secucōes
patiūtur: ſ3 additū est ꝓpter iusti
tiā Vbi aūt sana fides nō est nō
potest esse iusticia· qꝛ iustꝰ ex fide
viuit. Neqꝫ scismatici aliq̄d sibi
ex ista mercede ꝑmittant qꝛ simili
ter vbi caritas nō est· nō potest es
se iusticia dilcō enim ꝓximi malū
nō opatur. Quā si haberent· non
dilaniarent corpus xp̄i· qd est ec
clesia. Queri autē potest· q̄d inter
sit qd ait· cū vobis maledicēt ⁊ di
cent oīe malum aduersū vos· cū
maledicere· hoc sit malū dicere. S3
aliter maledictū iactatur cum cō
tumelia sit corā illo· q̄ maledicit̄ si
cut dn̄o nr̄o dictum est: nōne veꝛ
dicimꝰ qꝛ samaritanꝰ es ⁊ demoniū
habes· aliter cū absētis fama ledi
tur. sic de illo iteꝫ scribit̄· alij dicē
bāt· qꝛ ꝓpheta est· alij dicebāt nō
ſ3 seducit populū· Persec̄ aūt est
vim inferre vel insidijs appetere·
qd fecit qui eū tradidit· ⁊ qui euꝫ
crucifixerūt· Quid est sane qd etiā
hoc nō est vnde positū· vt diceret̄·
⁊ dicent oīe malū aduersū vos:
ſ3 additū est mētiētes· additū eti
am ꝓpter me Propter me additū
est puto· q̄ volūt de p̄secucōnibꝫ· ⁊
de fame sue turpitudīe gloriari·
ideoqꝫ dicere ad se pertinere xp̄m·
qd multa de illis dicātur mala· cū
vera dicātur· quomō de illoruꝫ er
rore dicūtur. Et si aliquādo etiam
nōnulla falsa iactātur· qd temeri
tate hominū plerumqꝫ accidit· nō
tamē propter xp̄m ista patiūtur
Non enim xp̄m sequitur· qui nō
s̄m veraꝫ fidē· ⁊ catholicā discipli
nam xp̄ianꝰ vocat̄. Gaudete inq̄t
⁊ exultate· qm̄ merces vr̄a multa

est in celis. Non hic celos dici puto. superiores partes huius visibilis mūdi. Non enī merces vestra que incōcussa ꝛ eterna esse debet. in rebus volubilibus ꝛ temporalibus collocāda est. sed in celis dictum puto in spiritalibꝰ firmamentis. vbi habitat sempiterna iusticia. in quorum cōparatione terra dicitur anima iniqua cui peccanti dictum est. terra es: ꝛ in terrā ibis. De hijs celis dicit apostolus. quoniam cōuersatio nostra in celis est. Sentiūt ergo iam istam mercedē. qui gaudent spiritalibꝰ bonis Sed omni ex parte pficietur. cū etiā mortale hoc induerit immortalitatē. Tu

Scd̄m Lucam.

In illo tēpore Dixit

ihesus discipulis suis. Attēdite a fermento phariseoꝝ. qđ est ypocrisis. Et reliqua. Omel. venerabilis bede p̄sbiteri.

Ad hoc fermētum ptinent omnia. que recumbens apud phariseū superius disputauerat dominus. de quo ꝛ apl's precepit Itaqꝫ epulemur nō in fermēto malicie ꝛ nequicie: sꝫ in azimis sinceritatis ꝛ veritatis. Nā sicut modicū fermēti totā farine cui miscet̄ massam corrūpit vniuersamqꝫ mox ꝯspersione suo sapore ꝯmaculat. sic nimirū simulatio. cuius semel aīm imbuerit. tota virtutū sinceritate ꝛ veritate fraudabit Nihil autē opertum est qđ nō reueletur. neqꝫ abscōditum qđ non sciatur. Et quō in p̄nti seculo multorū dīu latꝫ ypocrisis Ergo de futuro tēpe intelligēdum. quādo iudicabit deus occulta hominū. Nā sicut vnus amicorū beati iob verissime dixit. laus impiorū breuis est ꝛ gaudiū ypocrite ad instar pūcti. si ascenderit vsqꝫ ad celū superbia eius. ꝛ caput illiꝰ nubes tetigerit. quasi sterquiliniū in fine pdetur In fine inquit perdetur. qui in pncipio florē videbatur. Et est sensus. Attēdite ne emulemini simulatores. quia veniet profecto tempꝰ. in quo ꝛ vestra virtus ōmibus. ꝛ eorū reuelet̄ ypocrisis. Verum qđ sequitur. quoniā que in tenebris dixistis. in lumine dicent̄. ꝛ qđ in aurē locuti estis in cubicul' p̄dicabitur in tectis. nō solum in futuro. qn̄do cuncta cordiū abscōdita proferētur in lucem. sꝫ in presenti etiā tempe potest ꝯgruēter accipi. quoniā que inter tenebras quōdam pressuraꝝ carceriūqꝫ vmbras vel locuti vel passi sunt apostoli. nūc clarificata per orbē ecclesia. lectis eoꝝ actibꝰ. publice p̄dicātur. Sane qđ ait. predicabit̄ in tectis. iuxta morē puincie palestine loqt̄. vbi solēt in tectis residere Nō enī tecta nostro more culminibus sublimia. sꝫ plano scemate faciūt equalia. Vnde lex p̄cipit. vt q̄ nouā domū edificaret. murū tecti ponēt in gyro. ne funderet̄ ibi sanguis innoxiꝰ labente aliquo ꝛ in p̄ceps ruente. Et in tēpli ꝯstructōe legimus Texit quoqꝫ domū laquearibꝰ cedrinis et edificauit

tabulatū sup omnem domū quin
q₃ cubitis altitudis Ergo pdicabi
tur in tectis cum cūctis audiētib⁹
palam dicetur· Dico autē vobis a
micis meis ne terreami ab hijs
qui occidūt corpus ⁊ post hec nō
habent amplius quid faciāt· Si
psecutores sanctorū occisis corpo
ribus non habēt amplius qd cō
tra illos agāt ergo supuacua fu
rit eorū insania· q̄ mortua martirū
membra feris auibusq₃ discerpē
da proiciūt vel in auras extenua
ri vel in vndas solui vel p flāmas
in cinerem faciūt redigi cum neq̄
q̄ omnipotētie dei quin ea resusci
tando viuificet obsistere possint.
Ostēdam autē vobis quid timea
tis Timete eum qui postq̄ occide
rit· habet potestatē mittere in ie
hennā· Ita dico vobis hūc timete
Quia duo sunt genera psecutorū
vnum palam seuiētium· alterū fi
cte fraudulenterq₃ blandiētium
cōtra vtrumq₃ munire nos atq₃
instituere volens saluator· ⁊ supra
ab ypocrisi phariseorū attendere
⁊ hic a carnificū cede precepit nō
timē quia videlicet post mortem·
nec horum crudelitas· nec eorum
valeat simulatio durare· domino
potius qui semper videat placen
dum· dominū qui semper punire
vel liberaē queat· esse timēdum·
Nōne quinq₃ passeres veneūt di
pondio⁊ Et vnus ex illis nō erit
in obliuione coram deo· Si minu
tissima animalia· que quolibet p
aera ferūtur volatilia· deus obliui
sci nō potest· vos qui ad ymagi

nem facti estis creatoris· nō debe
tis terreri ab hijs qui occidūt cor
pus· quia qui irracionabilia gu
bernat· racionabilia curare nō de
sinit dipōdius quo quinq₃ passe
res veneūt· idest vendūtur· genus
est pōderis leuissimi ex duob⁹ as
sibus cōpositi· Querit forte aliq̄s
quomō dicat apostol⁹ Nūquid
de bob⁹ cura est deo cum vtiq₃ bos
passere p̄ciosior existat S₃ aliud
est cura· aliud vero sciētia· Deniq₃
numerus capillorum· de quo cōse
quēter ait· sed ⁊ capilli capitis ve
stri omēs numerati sunt· nō in ar
tu cōputacōis: s₃ in facultate cog
nicōis accipitur· Non enī sollici
tam de⁹ curē numerātis impēdit ex
cubiā· s₃ cui cognita sunt oīa· qua
si numeāta sunt ōnia· Bene autē
numeāta dicūtur que quē volum⁹
seruaē numeram⁹ Vbi immēsā
erga homiēs· dei ostēdit puidenti
am· ⁊ ineffabilem signat affectū·
qd nihil nostrum lateat deum· et
parua etiam· ociosaq₃ dicta eius
sciētiam nō fugiant· Derident in
telligētiam ecclesiasticam in hoc
loco qui carnis resurrectōnem ne
gant quasi nos terrenam matri
am· que discendente anima fit ca
dauer· ita resurrectōne reparan
dā dicam⁹· vt ea que delabūtur·
⁊ in alias atq₃ alias aliarū rerū
spēs formasq₃ vertūtur· q̄uis ad
corp⁹ redeant vnde delapsa sūt· ad
easdem quoq₃ corpis partes vbi
fuerint· rediē necesse sit Alioquin
si capill⁹ capitis redit qd tam cre
bra tonsura detraxit· si vnguibus

q̄d totiens decepit expectatio. immoderata ⁊ indecẽs cogitantib⁹. ⁊ ideo resurrectiõem carnis nõ credẽtibꝫ occurrit informositas. Sꝫ queãdmodũ si statua cuiuslibet solubil̃ metalli. aut igne liq̄sceret. aut cõtererẽt in puluerẽ. aut ↄfunderetẽ in massam ⁊ eã vellet artifex rursus ex illi⁹ materię q̄ntitate reparare. nihil interesset ad eius integritatẽ q̄ pticula materie cui mẽbro statue redderetẽ. dum tamẽ totuꝫ ex quo cõstituta fuerãt resumeret. ita de⁹ mirabiliter atq̄ ineffabiliter artifex de toto quo caro nostra constiterãt. eã mirabili ⁊ ineffabili celeritate restituet. nec aliq̄d attinebit ad ei⁹ reintegratiõem. vtrũ capilli ad capillos redeãt ⁊ vngues ad vngues. an q̄cquid eoꝝ perierãt mutetẽ in carnem. ⁊ in ptes alias corporis reuocetur. curãte artificis prouidẽtia. ne quid indecẽs fiat. Nolite ergo timere. multis passerib⁹ pluris estis. Nõ plures estis legẽdum est. q̄d ad cõparatione nũmeri ptinet. sed pluris estis. hoc est maioris apud deũ meriti. dignitatis. ⁊ estimationis q̄ innumera passerũ vel corpa vel genera ↄputantur. Dico autẽ vobis. Ois quicumq̄ cõfessus fuerit me corã hominib⁹ ⁊ filius hominis confitebitẽ illũ. coram angelis dei. Qui autem negauerit me corã hominib⁹. denegabitẽ coram angelis dei. Respicit ad supiora vbi dictũ est. opta quelibet ⁊ abscõdita esse reuelanda cõcludens hãc reuelacõem. nõ in vili quolibꝫ cõciliabulo. sed in cõspectu supne ciuitatis. eterni q̄ regis ac iudicis agẽduꝫ. Et ne ex eo q̄d ait eos q̄ se negauerint esse denegãdos. vna cunctoꝝ. hoc est eoꝝ qui studio. ⁊ eoꝝ qui infirmitate vel ignorãtia negãt. conditio putaretẽ. ↄtinuo subiecit. Et õnis q̄ dicit verbũ in filiuꝫ hois. remittetur illi. ei aũt qui in spm̃ sanctũ blasphemaueit. nõ remittetẽ. Qui scãdalisatẽ carne mea. me hoiem tantuꝫ arbitrãs. q̄d filius sum fabri ⁊ fr̃es habeã iacobũ ⁊ ioseph ⁊ iudã. ⁊ homo vorator. ac vini potator sim. tal̃ opinio ac blasphemia q̄q̄ culpa nõ careat erroris tñ habꝫ veniã propter corporis vilitatẽ. qui aũt manifeste intelligẽs opa dei. cũ de v̂tute negare nõ possit. eadẽ stimulat⁹ inuidia calumniatur. ⁊ xp̃m dei q̄ verbum. ⁊ opa spũssancti dicit esse beelzebub. isti nõ dimittetur. neq̄ in p̃nti seculo. neq̄ in futuro. non q̄d negemus ⁊ ei si penitẽtiaꝫ agere possit. posse dimitti ab eo. qui vult oĩs hoies saluos fieri. ⁊ ad agnitiõeꝫ veritatis venire. sed q̄d ipsi iudici ⁊ largitori venie credẽtes. quia se penitẽtiaꝫ semp acceptuꝝ. ⁊ hãc blasphemiaꝫ nunq̄ dicit esse remittẽdam. credam⁹ hũc blasphemũ exigẽtibus meritis. sicut nunq̄ ad remissiõem. ita nec ad ipõs digne penitẽtie fructus esse puẽturũ. iuxta q̄d euangelista iohẽs de quibusdã blasphemie sue merito excecatis. verissime scripsit. Propterea nõ poterant credere. q̄ iterꝝ dixit ysaias Excecauit oculos

eorū· ⁊ induravit cor eorū· vt non
videant oculis ⁊ intelligāt corde·
⁊ cōuertantur ⁊ sanem illos Qui
dam sane volunt illum dicere ver
bum· vel blasphemare in spiritū
sanctū· qui vnitati ecclesie· vbi in
spiritusancto fit remissio pe ccato
rum· corde impenitēti resistit· dicē
tes vnum esse effugiū· ne sit irre
missibilis blasphemie culpa· cor
impenitētis caueatur· Quorū mul
tis sentētia nequaq̄ firma videt̄·
quia videlicet quisquis vnitati ec
clesie corde impenitēti resistit· siue
ille iudeus· siue gētilis· siue etiam
hereticus sit· potest vtiq̄ remissio
nem habere peccatorū in spiritu
sancto· si ad vnitatē ecclesie· corde
penitēti refugerit· Sed dicunt· Q̄
diu corde impenitēti quis spiritui
gratie resistit· tam diu nō habet
remissiōem· At illi obiciūt hanc
conditiōem in cunctis cōstare cri
minibus. Quomodo enim q̄ diu
quis fornicacōnem ydolatriam·
adulteriū· masculorum cōcubitū·
ceteraq̄ flagitia gesserit· nō habz
hereditatem in regno cristi ⁊ dei·
Hijs vero criminibus abdicatis·
potest ablui· sanctificari· iustificā
ri· in nomine domini nostri ihesu
cristi· ⁊ in spiritu dei nostri Jta in
quiūt· etiam impenitēs q̄ diu cor
impenitēs habuerit· non potest
habere veniā: mox vero vt penitue
rit cōsequetur ⁊ veniam· nulloq̄
discrimine impenitētia ceteris ob
ligacō ⁊ aut irremissibilior inuei
tur esse peccatis· que ī similitudi
nem scelerū ceterorum· vsq̄ ad pe
nitētiam manens· mox acta pēni
tētia delebitur· sola autē blasphe
mia in spiritūsanctuz· qua quisq̄
in similitudinē dyaboli: ⁊ angelo
rum eius· cōtra suam cōscientiaz
maiestatē deitatis oppugnare nō
trepidat· nō habet remissiōem in
eternū: sed reus erit eterni delicti
sicut euāgelista marcus euidēter
exp̄mit· qui posito hoc domini tes
timonio subiūxit atq̄ ait· quōni
am dicebāt· immūdum spiritum
habet· Nam neq̄ hij: qui spiri
tūsanctum nō esse· neq̄ qui hūc
esse quidē: sed non esse· neq̄ qui
hūc deum quidem esse: sed patre
filioq̄ minorē credūt ⁊ confitētur
quia nō inuidētia dyabolica: sed
humana ignorātia ducti faciunt
hoc· irremissibilis blasphemie cri
mine tenētur· quo proprie prin
cipes iudeorū· ⁊ quicq̄ similis inui
die peste corrupti maiestatē blas
phemāt· sine fine peribūt· Tu au
tem domine.

Lectio sancti euāgelij
Scd̄m Matheum

n illo tēpore Dixit

ihesus discipulis suis· Nihil oper
tum q̄d non reueletur· ⁊ occultuz
q̄d nō sciatur· Et reliqua Omel be
ati Jheronimi·

T quomō in presenti se
culo· multorū vicia nesci
untur· Sed de futuro tem
pore scribitur· qn̄do iudicabit de⁹
abscōdita hominū ⁊ illuminabit
latebras tenebrarū ⁊ manifesta
faciet cōsilia cordiū· Et est sensus

Nolite timere psecutorum seuiciā ⁊ blasphemantiū rabiem qr veni et dies iudicij in quo ⁊ vestra vir tus: ⁊ eoꝝ nequicia demonstrabi tur. Qd dico vobis in tenebris: di cite in lumine. ⁊ qd aure auditis predicate sup tecta Qd auditis in misterio aptius predicate. quod didicistis absconse: pblice loqui mini. quod vos erudiui in puulo iudee loco: in vniuersis vrbibus. ⁊ in toto mundo audacter dicite. Nolite timere eos q̄ occidunt cor pus. aiam autē non possunt occi dere. Si qui corpꝰ occidunt. aiam nō pn̄t occidere. Ergo anima inui sibilis ⁊ incorpalis est: ꝑm crassi ciē dico corpis nostri substantiā Vel eo certe tpe punietur. ⁊ sup plicia sentiet. qn̄ pristinū corpus receperit. vt cū quo peccauit cū ip so ⁊ puniat. Eum timete: qui p̄t ⁊ corpus ⁊ aiam pdere in gehennā ignis. Nomen gehēne in veteribꝰ libris non inuenitur. sed primū a saluatore ponitur. Queramꝰ ergo que sit sermonis hꝰ occasio ydo lum baal fuisse iuxta ierusalem ad radices mōtis libani: in quib siloa fluit non semel legimꝰ. Hec vallis ⁊ pua campi planicies ir rigua erat ⁊ nemorosa plenaqꝫ de licijs. ⁊ lucꝰ in ea ydolo ꝯsecratus In tantam aūt populus israhel de mentiā venerat: vt deserta templi vicinia: ibi hostias immolaret: ⁊ rigorē religionis delicie vincerēt. filiosqꝫ suos incēderent demonijs. vel iniciarent. ⁊ appellabat̄ locus ille gehennō ⁊ vallis filioꝝ ennō

Hoc regum volumen ⁊ palipome non. ⁊ ieremias scribunt plenis sime. ⁊ cōminatur deus se locum illum impleturū cadaueribꝰ mor tuoꝝ. vt nequaq̄ vocet̄ topheth ⁊ baal: sed vocetur poliandriuz .i. tu mulus mortuoꝝ. Futura ergo sup plicia ⁊ pene ppetue quibꝰ pecca tores cruciandi sunt: hꝰ loci voca bulo denotantur. Duplicē autem esse gehennā: nimij ignis ⁊ frigo ris in iob plenissime legimꝰ Non ne duo passeres asse veneunt. Et vnus ex illis non cadet sup terraz sine patre vestro. Vestri aūt ⁊ ca pilli capitis omnes numerati sūt Nolite ergo timere: multis passe ribꝰ pluris estis vos. Heret sibi s mo dominicus. ⁊ sequētia pendēt ex superioribꝰ. Prudēs lector caue sp supsticiosam intelligentiā: vt non tuo sensui attempes scriptu ras. sed scripturis iungas sensuz tuum. ⁊ intelligas quid sequatur Supradixerat. nolite timere eos q̄ corpus occidunt. aiam autē oc cidere nō possunt occidere. nunc lo quit̄ ꝯsequenter. Nonne duo pas seres asse veneunt. ⁊ vnus ex illis non cadet supra terraz sine patre vestro. Et est sensus. Si pua aīa lia ⁊ vilia absqꝫ deo autore nō deci dunt. ⁊ in oībus est puidentia. et que in hijs peritura sūt sine dei vo luntate nō peunt. vos qui eterni estis non debetis timere q̄ absqꝫ dei viuatis puidentia. Iste sensus ⁊ supradictus est. Respicite vola tilia celi: qm̄ non serunt neqꝫ me tunt. neqꝫ congregant in horrea ⁊

pr̄ vester celestis pascit illa. Non ne vos pluris estis illis? Ac dein ceps. cōsiderate lilia agri quomō crescunt & cetera. Si aūt fenū agri quod hodie est & cras in clibanū mittitur deꝰ sic vestit: quanto ma gis vos minime fidei? Quidam co acte duos passeres aīam interpre tant & corpus. quinqꝫ ꝙ passeres ſm lucam qui duobꝰ assibus ve neunt ad sensus referunt. Sꝫ quō illa intelligentia: toti euangelici sermonis corpori coaptetur. non pue est difficultatis. Vestri aūt et capilli capitis omnes numera ti sunt. Nolite ergo timere: multis passeribꝰ melioris estis vos. Ma nifestius nostre exposicōis superi or sensus expressus est ꝙ timere debeant eos. qui pn̄t corpus occide re. & aīam non possunt. ꝙ si sine dei sapientia parua quoqꝫ aīma lia non decidunt: quanto magis homo qui apostolica fultus est di gnitate? Qꝫ autem ait. vestri & ca pilli capitis numerati sunt. immē sam dei erga homines ostendit ꝓ uidentiam. & ineffabilem signat affectum: ꝙ nihil nostrorum deuꝫ lateat: etiam parua & ociosa dcā eius scientiam fugiant. Derident intelligentiā ecclesiasticam in hoc loco qui carnis resurrectionem ne gant: quasi nos & capillos qui nu merati sunt & a tonsore decisi: om nes dicamus resurgere cuꝫ salua tor non dixerit. vestri aūt & capil li omnes saluandi sūt. sed nume rati sunt. Vbi numerus est: scien tia numeri demrātur. non eiusdē numeri cōuersātio. Ta

De cōfessoribus.

Sermo fulgentij.

Dominicus ser mo quē debemus omnes non solū studiose: verumetiaꝫ sa pienter audire: cui nos oportꝫ hu militer ac delectabilit obediē. mo derationis sue tenens vbiqꝫ tem periem: vt nec ouibꝰ desint pabu la: nec pastoribus alimenta. que dam specialiter nobis precepit. q̄ dam vero generāliter & nobis & vo bis. Nobis namqꝫ & seruis quos pater ille familias rerum omniū dominus ad hoc in magna sua do mo cōstituit vt populo eius verbū gratie ministremꝰ. specialiter in iungitur sancte predicationis of ficiū: generāliter vero & nobis & vo bis salutaris indicitur obediētia mandatoꝝ. In quibus denuo mā datis. tanꝙ ditissimis ferculis sic celestium deliciaꝝ copia spiritua lis exuberat: vt in verbo dei abun det. quod perfectus comedat. abū det etiaꝫ qđ paruulus sugat. Ibi est enim siml' & lacteus potꝰ quo tenera fidelium nutriat infantia. & solidus cibꝰ quo robusta perfe ctoꝝ iuuentus spiritalia sancte v̄ tutis accipiat incrementa. Ibi pr sus ad salutē cōsulitur vniuersis: quos dominꝰ saluare dignat. Ibi est qđ omni etati cōgruat. ibi qđ omni professioni cōueniat Ibi au diuimꝰ precepta que faciamꝰ ibi cognoscimus premia q̄ speremꝰ

Ibi est iussio que nos p litterā do
ceat ⁊ instruat ad sciam. ibi pmis
sio que p grām trahat. ⁊ pducat
ad gloriam. Seruoꝝ igitꝰ quos po
pulo suo preposuit dn̄s spāle offi
cium demrāre: ait qđ ex euāgelio
audiuimꝰ. Quis putas est fidelis
seruus ⁊ prudens quem cō stituit
dn̄s sup familiā suam: vt det illis
in tpe tritici mensurā. Beatus ser
uus ille quē cū venerit dn̄s inuene
rit ita facientē. Quis est iste dn̄s
frēs. Xp̄s sine dubio q̄ suis disci
pulis ait. Vos vocatis me mgr̄ ⁊
dn̄e: ⁊ bene dicitis. sum etenī. Que
est etiā huiꝰ dn̄i familia. Nimiꝝ
illa ē quā ipē dn̄s de manu inimi
ci redemit: ⁊ suo dn̄o mācipauit
Hec āt familia est scā eccā catho
lica q̄ per orbē terre copiosa fertili
tate diffunditꝰ. ⁊ redēpta speciosa
sui dn̄i sanguine gloriatꝰ. Filius
enī hōis sicut ipse ait nō venit mi
nistrari: sed ministrare: ⁊ dare aī
mam suā redemptionem pro mul
tis. Ipse est etiā pastor bonꝰ: qui
aīaȝ suā posuit p ouibꝫ suis. Grex
ergo boni pastoris ipsa ē familia
redemptoris. dispensator vero q̄s
sit quem oȝ esse fidelem. pariter ⁊
prudentē paulus nobis ōn̄t apl̄s
q̄ de se suisqꝫ sociis loq̄ns ait. Sic
nos existimet homo vt ministros
xp̄i. ⁊ dispensatores misterioꝝ dei
Hic iam q̄ritur inter dispēsatores
vt fidelis q̄s inueniatꝰ. Ne q̄s aūt
nr̄m solos apl̄os dispensatores
factos existimet. neglectoqꝫ mili
cie spūalis officio: seruꝰ piger in
fideliter imprudenterqꝫ dormitet:
ipse beatus apl̄s ep̄os q̄ꝫ dispen
satores esse ostēdens ait. Oportet
enī episcopum sine crimine esse:
sicut dei dispensatorē. Serui ergo
patrisfamilias sumꝰ. dispensato
res dn̄i sumus. mensuram tritici
quā vobis erogemus accepimus
Que vero sit ista mensura tritici
si q̄ramus ipsaȝ nobis btūs pau
lus ōn̄t dicens. Vnicuiqꝫ sicut de
us diuisit mensurā fidei. Quam er
go mensuram xp̄s nuncupat: ip
sam mensuraȝ fidei paulus appel
lat: vt cognoscamus non aliud
esse spirituale triticuȝ q̄ꝫ xpristia
ne fidei venerabile sacramentum
Huius tritici mensuram vobis in
noīe dn̄i damus quotiens illumi
nati dono gratie spiritualis scđm
regulam vere fidei disputamus. ⁊
eandem tritici mensuram per do
minicos dispensatores accipitis:
cum quotidie p dei famulos v̂bū
veritatis auditis de ipsa ḡ nunc
tritici mensura loquimur: ex ipsa
sicut deus diuidit: vniuersi pasca
mur vn̄ alimenta bone vite suma
mus: vt ad eterne vite premia p
uenire possumus: in illum creden
tes. in illum sperantes. illum pre
omnibus: ⁊ in omnibus diligen
tes: qui seipsum nobis ⁊ alimen
tum prestat ne deficiamus in via
⁊ premium seruat: vt gaudeamꝰ
in patria. Xp̄s est enī alimentū
nostrum. xpristus est premium
nr̄m. xp̄s est cibus ⁊ ɔsolacō cur
rentiū. ipse ē sacietas ⁊ exultatio
quiescentium beatoꝝ. Ad ipsam
itaqꝫ tritici mensuram ptinet qđ

dominus ait Vendite q̄ possidetis
et date elemosinā. facite vobis sac
culos q̄ non veterescūt. thesaurū
non deficientem in celis. quo fur
non appropiat. neq tinea corrū
pit Magnū bonū est carissimi fra
tres. valde cōgruum. valde cōmo
dum et maxime xpristianis omni
bus appetendū vt vnusquisq de
ficere non delectetur in penis: sed
omnes pficere studeamus in me
lius. Arbores sumus fratres in a
gro dominico constitute. deus au
tem noster est agricola. Ille nos
compluit. ille colit Ipse fecundita
tem donat. ipse fructificandi gra
tiam subministrat Pluuia dei est
sermo sancte predicacōnis. cultu
ra dei. infusio gratie spiritalis De
us igitur p̄cepto nos cōpluit. adiu
torio colit. dum cōpluit: aufert a
nobis ignorantie siccitatē. dū co
lit: bene viuendi cōdonat vbertatē
dū pluit terrā nr̄i cordis irrigat.
dū vero colit de ipsa terra spinas
et tribulos mūdane cupiditatis ex
stirpat. Demus itaq fecūdari ce
lestibus pluuijs. demus cōgrua fru
ctificacōe manibus supni rndere cul
toris. et si nō possunt omnes arbo
res eq̄les fructus afferre: nulla tn̄
in agro dn̄ico debet steril' pmanē
Multū metuenda ē nob frēs illa
sn̄ia cōminantis q̄ dicit. Ois arbor
q̄ non facit fructū bonū excidet: et
in ignē mittet. Q8 si sterilitas in
ignem mittit rapacitas quid me
ret. Aut q̄d recipiet qui alienū
tulerit: si semp ardebit qui de suo
non dederit. Et si iudiciū sine mia
erit illi q̄ non fecit misericordiā:
q̄le iudicium erit ei q̄ fecit et rapi
nam. Timeamus ergo fratres.
timeamus actus nr̄os. Obediens
xpō vendat q̄ possidet et elemosinā
det. vt de terra cor ad celum leuet.
vt auariciā calcet. vt ad pfectio
nis culmen tota mentis intencōe
festinet: vt non sit sollicitus que
sunt mundi: sed q̄ sunt domini: vt
mundū sibi crucifixū habeat. se
q mundo crucifixum exhibeat vt
sit omnino paup in seculo. et diues
in xpō Quis ignoret boni hu9 mag
nitudinē. Videmus aūt non oī
bus venundādarū rerum suarū in
esse virtutē. Vnusquisq em̄ pprī
um habet donum a deo alius qui
dem sic. alius aūt sic. Ecce hoc tam
magnū bonū implere pauci pn̄t.
oēs non pn̄t. Nunq̄d qr paucis
donatur ista pfectio: ppterea dn̄t
eē pessimi. q̄cunq in bono nondū
possunt esse pfecti. Nunq̄d ppter
ea xp̄ianus debet vitio rapacita
tis insistere qr forte nondū potest
oīa sua paupibus erogare. Aut
ideo debet aliena cōcupiscere. qr p
pria nondum p̄t omnino cōtem
nere. Absit hoc fratres ab oibus
xp̄ianis. auertat hoc deus a fideli
bus suis. Apl's em̄ veraciter dic.
qr neq auari. neq rapaces regnū
dei possidebunt. Manifestū ē autē
qr omnes qui a regno dei aliena
buntur: in eterno igne cū dyabo
lo. eiusq angelis dānabunt Pro
inde dilectissimi si non oēs pn̄t imple
re q8 dn̄s ait. vendite que posside
tis. illud tn̄ q8 adiecit dicēs. date

elemosinaꝫ omnibus est possibi
le. Si assit bona voluntas: omnib⁹
facile. si non assit: ira. si ferueat ca
ritas: cunctis debet esse ꝯmune vt
omnib⁹ donetur eterna felicitas.
Qui ergo tantam virtutē accepit
a dn̄o vt oīa que in mundo sunt:
celestis regni amore ꝯtemnat que
habet vendat ⁊ egenis expendat.
Qui vero tante virtutis nondū est
de hijs que habet inquantum hꝫ
elemosinā faciat. Tn̄ operetur bo
na voluntas quantū suppetit fa
cultas. Perfect⁹ possideat primū
virtutis locū. imperfectus saltē pue
niat ad secundū. Efficiat̄ ille glo
se dign⁹. sit iste laudabiliter lar
gus. Sit ille scē paupertatis ardētis
sim⁹ amator: sit iste scōꝝ pauperꝝ
pijssimus ꝯsolator. Habeat iste
apud dn̄m patronos paupes q̄s
ille se gaudet virtutis hīe ꝯsortes
Sit ille talis qui cū dn̄o iudicatu
rus sedeat. sit iste talis qui ad dex
teram iudicand⁹ assistat. Sit ille
talis qui eterna tabernacula perpe
tuo iure possideat. sit iste talis quē
ille recipiat. Ammonuit eī nos
dn̄s dicens. Facite vobis amicos
de mammona iniquitatis qui vos
recipiant in eterna tabernacula.
Hoc ergo frēs necessariū est om
nibus nobis: vt in bonis operib⁹
nemo sit segnis. nemo sit sterilis
nemo p̄ntium dilectione futurā
cōtemnat. nemo eterna despiciēs
sola tpalia puersus aspiciat. ne
mo spiritualibus corpalia prefe
rat. nemo terrena celestib⁹ ante
ponat. Thesauꝝ nostrū fratres
in celis ponamus vt etiam cor no
strum in celis habere possim⁹. Ne
cesse est eīn vt quo precesserat di
lectionis thesaurus: illuc etiā cogi
tationis sequatur effectus. Ideo
veritas ait. Ubi enim thesaurus
vester est: ibi ⁊ cor vestrū erit. Ut
ergo in celis thesaurisem⁹: celesti
a diligam⁹ Uis nosse vbi thesau
risas? Attende qd amas. Uis nos
se qd amas? Attende qd cogitas
Ita fiet vt thesaurum tuū ex toto
amore cognoscas. ⁊ amorē tuum
iudicio tue cogitacōis intelligas
Ostendens autē dn̄s quō in celis
thesaurisare possim⁹: ait. Sint lū
bi vestri precincti: ⁊ lucerne arden
tes. Si istum dn̄i sermonē s̄m lit
teram velimus accipe: nihil in ea
ꝯmodi spiritalis possum⁹ inuenīē
Quid enim ꝓficit ad anime salu
tem si aliquis corpaliter aut lum
bos precingat. aut lucernā accen
dat? Alia ergo in precinctis lum
bis ⁊ lucernis ardentibus queren
da est intelligentia spiritalis que
s. diuino sit precepto condigna.
que nostre saluti cōgrua reperiat̄
⁊ commoda. Neqꝫ eī frustra quo
dam loco ipse dn̄s ait. Uerba q̄
locutus sum vobis spiritus ⁊ vita
sunt. In lumbis igitur ꝯcupiscen
tia carnalis ostenditur. in lucnis
vero fides ⁊ caritas xpiana mon
strat̄. Iubens igitur domin⁹ lum
bos nostros precingi ꝯcupiscenti
as carnales sine dubio p̄cepit re
frenari. Imperans aūt vt lucnas
ardentes hēamus. hoc itaqꝫ iubet
vt ⁊ lumine vere fidei splendeam⁹

et sancte caritatis operibus seruē
amus Iubens vt sint lumbi nr̄i p̄
cincti mandat: vt mala desideria
atq3 opa fugiam⁹ Iubens vt sint
lucerne nostre ardētes. monet vt
bona diligamus atq3 faciamus.
Ista que de euangelio ꝓposuim⁹:
cum ꝓpheticis sermonibus ꝯfera
mus Vtrumq3 em̄ testamentum
deus vn⁹ insti tuit. vnus dominus
dedit. Et si sunt vtriusq3 testamen
ti: diuersa pro temporibus sacra
menta: cōcordat tamen in vtroq3
salutis humane sententia qua p̄
cipitur: vt non peccemus. et iube
tur vt bonis operib⁹ insistamus.
Precepit itaq3 dn̄s p beatum da
uid dicens. Declina a malo: et fac
bonum. Per ysayam q3 oēs hijs
ammonet verbis. Auferte maluz
cogitationum vestraꝝ ab oculis
meis. quiescite agere peruerse. dis
cite bene facere. Hoc ergo nūc do
minus p seipsum precepit. qd vo
bis etiam p sanctos patriarchas
ꝓphetasq3 mandauit. Quid est ei
Sint lumbi vestri precincti: nisi de
clinate a malo. Quid est. sint luc
ne vestre ardētes nisi facite bonū.
Quid est sint lumbi vestri precīcti
nisi quiescite agere puerse. Quid
est. sint lucerne ardentes nisi disci
te bene facere. Precingunt ergo
fideliū lumbi: dum cōcupiscentia
mala ꝯprimitur. duz iniqua cogi
tatio cohibetur. dum libidini resi
stit anim⁹. dum lasciuie denegat
effectus. dum calcat luxuria. duz
auaricia ꝯtemnitur et rapina. dū
ꝓximi lesi debita reddunt. dum su
perbia vincit. dum inuidia supa
tur. Ardent vero lucerne fidelium
dū recte fidei regulam seruant. dū
in sinu matris ecce longanimiter
pseuerant. dum terrena ꝯtemnūt
et celestia ꝯcupiscunt. dum sollici
ti pacē custodiunt. dum se inuicē
pure diligunt. dum mutuo se ho
re preueniunt. dū mansuetudine
cordis et humilitate ꝑficiunt. duz
misericordie opa libenter atq3 hi
lariter faciunt. dumq3 in operib⁹
bonis non hoi: sed deo placere con
tendunt. Ois ergo xpristian⁹ pre
cinctos habeat lumbos: vt fugi
at libidinem. ardentem lucernam
vt custodiat castitatē. Precīctos
habeat lūbos: vt aliquid alienuz
non rapiat. nec furetur. ardentez
habeat lucernaz: vt oppresso vela
men iusticie dūtaxat defensionis
impendat. Precinctos habeat lū
bos: vt habēti non auferat cibū.
ardentē habeat lucernā vt esurien
ti tribuat alimentū Precīctos ha
beat lūbos vt nō expoliet vestitū.
ardentē habeat lucernā vt vestiat
nudū. Precinctos habeat lūbos:
vt domū nullius inuadat: arden
tem hēat lucernā vt pegrinos xpi
libenter excipiat. Precinctos hēat
lūbos vt fugiat elationē. ardentē
hēat lucernā vt seruet humilitatē
Precinctos hēat lūbos vt expellat
a se inuidiā et liuorem. ardētem hē
at lucernā vt puram cunctis exhi
beat caritatem Precinctos hēat lū
bos vt non exhibeat membra sua
arma iniqtatis peccato. ardentez
hēat lucernaz vt exhibeat mēbra

sua arma iusticie deo. Hec est fra
tres catholice fidei vera sanaqꝫ do
ctrina. hec mensura tritici. de qua
dn̄i redemptoris est pascenda fa
milia. Ex hac vobis quantuz dn̄s
tribuit damus. ipsumqꝫ dn̄m in
giter exoram⁹: vt ⁊ nos ⁊ vos in ti
moꝛe gr̄e suo pascere dignet᷑ auxi
lio. Auferat a nobis dn̄ationem
praue cupiditatis. donet omnib
ꝑfectum ⁊ ꝑseuerantiā caritatis.
Lumbos nr̄os ipse precingat. luc
nas nr̄ās ardere faciat ardentesqꝫ
custodiat: vt ne frigescat nr̄ā ca
ritas. nec aliqua nobis dominet᷑
iniquitas. Sed dn̄s ac redemptoꝛ
nr̄ omnibus gratiaz tribuat. vni
uersis donum sc̄e illūīationis ac
virtutis infundat. Nobis donet:
vt qd ab illo audiuim⁹ recte intel
ligam⁹. sicut opoꝛtet faciam⁹. vo
bisqꝫ faciendū sermone sufficien
ti ⁊ ɔgruo predicemus. Vobis qꝫ
donet. vt qd ab illo ꝑ seruos eius
auditis: ⁊ corde intelligatis ⁊ ope
re faciatis Hoc ergo diuina mise
ricoꝛdia opetur in oībus nobis:
vt nos quos voluit esse dispensa
toꝛes: fideles faciat ⁊ prudentes.
Vos qꝫ faciat obedientes ⁊ humi
les: vt mensuram tritici dominici
quam vobis damus: ɔmuniorem
vobiscū salubriter atqꝫ vtiliter hē
amus. Tu aūt

Scd̄m lucam

In illo tempore Di
xit ih̄s discipulis suis parabolā
hanc. Homo quidam pegre pro
ficiscens vocauit seruos suos ⁊ tra
didit illis bona sua. Et reliq̄. Ome
lia beati gregorij

Lectio sancti eu
angelij fr̄es carissimi sol
licite ɔsiderare nos ammonet: ne
nos qui plus ceteris in hoc mundo
accepisse aliq̄d cernimur: ab au
ctore mundi inde grauius iudice
mur. Cum enim augentur dona:
rationes etiaz crescunt donoꝛum.
Tanto ergo esse humilioꝛ atqꝫ ad
seruiendum promptioꝛ quisqꝫ de
bet ex munere: quanto se obliga
tiorem esse conspicit in reddenda
ratione. Ecce homo qui pegre pro
ficiscitur seruos vocat. eisqꝫ ad ne
gocium talenta partitur. post mł
tum vero tempoꝛis positurus ratō
nem reuertitur. bene operantes ꝓ
apportato lucro remunerat. seruū
vero a bono ope torpentem dam
nat. Quis itaqꝫ iste homo est: qui
peregre proficiscitur: nisi redemp
toꝛ noster qui in ea carne quam
assumpserat abijt in celum. Car
nis enim locus ꝓprius terra est.
Que quasi ad peregrina ducitur
dum ꝑ redemptorem nr̄m in celo
collocatur. Sed hō iste pegre ꝓfi
ciscēs: seruis suis bona sua tradi
dit qꝛ fidelibus suis spūalia dona
concessit. Et vni quidez dedit quin
qꝫ talenta. alij autez duo. alij vero
ɔmisit vnū. Quinqꝫ etenī sunt sen
sus coꝛpis: viz visus. auditus. gu
stus. odoratus ⁊ tact⁹ Quinqꝫ igi
tur talentis donū quinqꝫ sensuuz
i. exterioruz sc̄ia exprimitur. duo
bo vero itellcūs ⁊ opatio designat᷑

vnius autem talenti noīe intelle
ctus tm̄modo designatur. Sed is
qui quinq; talenta acceperat: alia
quinq; lucratus est. q2 sunt non
nulli qui q̄si interna ac mistica pe
netrare nesciunt: p intentione tñ
supne patrie docēt recta que pñt
de ipsis exteriorib9 que acceperūt
dumq; se a carnis petulātia. a ter
renoꝝ ambitu. atq; a visibiliū vo
luptate custodiunt. ab hijs etiā
alios ammonendo compescunt Et
sunt nonnulli qui quasi duobus
talentis ditati: intellectū atq; ope
rationem pcipiunt. subtilia de in
ternis intelligunt. mira in exterio
ribus opantur. cumq; intelligen
do ⁊ opando alijs predicāt: qua
si duplicatum de negocio lucrum
reportant Bene aūt alia duo vel a
lia quinq; in lucruz venisse referū
tur. q2 dum vtriq; sexui predicacō
impenditur: quasi accepta taleñ
geminant. Sed is qui vnuz talen
tum acceperat: abiens fodit in ter
ram ⁊ abscondit pecuniā dñi sui.
Talentum in terra abscōdere: est
acceptum ingeniuz in terrenis re
bus implicare lucꝝ spirituale nō
querere. cor a terrenis cogitacōni
bus nunq̄ leuare. Sunt aūt non
nulli qui donum intelligentie pce
perunt: sed tñ sola que carnis sūt
sapiunt. De quibus per pphetam
dicitur. Sapientes sunt vt faciāt
mala. bene aūt facere nescierunt.
Sed dominus qui talenta ꝯtulit:
rationez positurus redit. q2 is qui
nunc pie spiritualia dona tribuit:
districta in iudicio merita exq̄rit

quid quisq; accepit ꝯsiderat ⁊ q8
lucꝝ de acceptis reportet pensat.
Seruus qui geminata talenta ꝯtu
lit a dño laudat̄. atq; ad eternaz
remunerationē intromittitur: cuz
ei voce dñica dicit̄ Euge serue bone
⁊ fidelis. q2 sup pauca fuisti fidel'
supra multa te constituam. intra
in gaudiū domini tui. Pauca q̄p
pe sunt bona omnia presētis vite:
q̄libet multa esse videantur. com
paratione retributionis eterne.
Sed tunc fidelis seruus sup mul
ta constituitur quando deuicta oi
corruptionis molestia de eternis
gaudijs in illa sede celesti gloria
tur. Tunc ad domini sui gaudiuz
pfecte intromittitur quando in et
na illa patria assumptus. atz an
geloꝝ cetibus admixtus: sic intel
us gaudet de munere: vt nō sit iā
quod exterius doleat de corrupti
one. Seruus autem qui opari de
talento noluit: ad dominum cum
verbis excusationis redit dicens
Dñe scio q2 homo durus es. metis
vbi non seminasti. ⁊ congregas
vbi non sparsisti. ⁊ timens abij
⁊ abscondi talentū tuum in terra
ecce habeo q8 tuum est. Notand8
q2 inutilis seruus domini nō dñm
vocat. cui tñ ad lucrum deseruire
dissimulat. ⁊ timuisse se dic̄ lucro
talentum expendere. qui hoc solū
timere debuerat. ne hoc sine lucro
ad dñm reportaret. Sunt enī ple
riq; intra scām ecclesiā. quoꝝ iste
seruus imaginē tenet. qui melio
ris vite vias aggredi metuunt: ⁊
tñ iacere in sui corpis ignauia nō

ꝑtimescunt. Cumqꝫ se peccatores ꝯsiderant: sanctitatis vias arripe trepidant. ⁊ remanere in suis iniquitatibꝰ non formidant. Quorum bene petrus adhuc in infirmitate positus speciem tenet: cū viso miraculo piscium dixit. Exi a me domine. q᷑ peccator homo sum. Immo si peccatorem te ꝯsideres: oportet vt a te dominum non repellas Sed qui idcirco melioris habitꝰ vias ⁊ rectioris vite apprehendere arcem nolunt. q᷑ infirmos se esse conspiciunt quasi ⁊ peccatores se fatent̄. ⁊ dominum repellūt. cūqꝫ in quo sanctificari debuerant fugiunt ⁊ velut in ꝑturbatione consilium non habent. dum moriuntur ⁊ vitam timent. Vnde ⁊ huic seruo ꝓtinus respondetur. Serue male ⁊ piger. sciebas q᷑ meto vbi non semino. ⁊ congrego vbi non sꝑgo. Oportuit ergo te dare pecuniā meā nūmularijs. ⁊ ego veniens recepissem vtiqꝫ quod meum est cū vsura. Ex verbis suis seruꝰ piger constringit̄ cum dominus dicit. Meto vbi non semino: ⁊ congrego vbi non sparsi. Ac si aperte dicat. Si iuxta tuam sententiam ⁊ illud exquiro a te quod non dedi: q̄nto magis a te exigo quod ad erogandū dedi. Oportuerat ergo te dare pecuniā meam nummularijs ⁊ ego veniens vtiqꝫ recepissem quod meum est cū vsura. Pecuniam vero nummularijs dare: ē eis sciam predicacōis impendere: qui hanc valeant ⁊ dictis ⁊ operibus exercere. Sed sicut nr̄m periculum a



spicitis si dn̄icam pecuniā teneaꝰ. Ita vīm fratres kmi sollicite pensate. q᷑ cū vsuris a vobis exigitur qd auditis. In vsura quippe pecunia etiā non data recipitur. Cum em̄ hoc reddit̄. quod acceptū fuerat etiā illud supimpenditur qd acceptū non est Pensate fratres carissimi. q᷑ de accepta hac verbi pecuīa vsuras soluitis. ⁊ curate vt ex eo qd audistis etiā alia studeatis intelligere q̄ non audistis: q̄tenus alia ex alijs colligentes: etiam illa discatis ex vobismetipsis agere. q̄ necdum ex predicatoris ore didicistis. Pigrum vero seruū q̄ sententia feriat audiamꝰ. Tollite ab eo talentum: ⁊ date ei q̄ habet decē talenta. Oportunū valde videbat̄: vt cum malo seruo vnū talentū tollit̄: ei potius qui duo q̄ꝫ qui q̄nqꝫ talenta acceperat daret̄. Illi em̄ dari debuit: q̄ minus q̄ꝫ q̄ plus habuit. Sed sicut superius diximus ꝑ q̄nqꝫ talenta quinqꝫ videlicet sensuū ⁊ exteriorum scientia designatur. per duo autem intellectus ⁊ opatio exprimit̄. Plꝰ ergo habuit q̄ duo q̄ꝫ qui quinqꝫ talenta ꝑceperat. q᷑ qui ꝑ quinqꝫ talenta exteriorum amministrationē meruit: ab intellectu internorum vacuus fuit. Vnum ergo talentum ꝑ quod intellectum significari diximus: illi dari debuit: q̄ bene exteriora que acceꝑat ministrauit. Quod cotidie in sancta ecclesia agi cernimus. q᷑ pleriqꝫ dū bene ministrant exteriora que accipiunt: ꝑ adiunctam gratiā ad

intellectum quoque iustitiam perdu cuntur: ut etiam de interna intelli gentia polleant: quam exteriora fideli ter amministrant Generalis etiam sententia subditur cum dicitur. Omni enim habenti dabitur et abundabit. ei autem qui non habet et quod videtur habere auferetur ab eo. Habenti namque dabitur et abundabit. quia quis quis caritatem habet: etiam dona alia percipit. Quisquis caritatem non habet: etiam dona que percepisse videbatur amittit Unde necesse est fratres mei ut per omne quod agi tis erga caritatis custodiam vigile tis. Caritas autem vera est et ami cum diligere in deo et inimicum dili gere propter deum Quam quisquis non habet: omne bonum amittit quod habet. talento quod acceperat pri uatur et iuxta dominicam sententiam in tenebras exteriores mittitur Per penas quippe in exteriores cadet: qui per culpam suam sponte in inte riores tenebras cecidit. Illic coac tus patitur tenebras ultionis: qui hic libenter sustinuit tenebras vo luptatis. Sciendum vero est quod nul lus piger ab hac talenti accepti one securus est. Nullus namque est qui veraciter dicat. Talentum mi nime accepi. non est unde rationem ponere cogar Talenti enim nomi ne cuilibet pauperi etiam hoc ipsum reputabitur: quod vel minimum ac cepit. Alius namque accepit intelli gentiam predicationis: ministeri um debet ex talento. Alius terrenam substantiam accepit. erogationem talenti debet ex rebus. Alius nec

intelligentiam internorum: nec rerum affluentiam accepit: sed tamen di dicit artem qua pascitur. Ipsa ars ei in talenti acceptione reputabitur. Alius nihil horum assecutus est: sed tamen fortasse locum familia ritatis apud diuitem meruit: ta lentum profecto familiaritatis ac cepit. Si ergo nihil ei pro indige tibus loquitur pro talenti retenti one damnatur Habens igitur in tellectum: curet omnino ne tace at. Habens rerum affluentiam vi gilet: ne a misericordie largitate torpescat. Habens artem qua re gitur: magnopere studeat ut vsum atque utilitatem illius cum proximo partiatur. Habens loquendi lo cum apud diuitem: damnationem pro retento talento timeat si cum valet non apud eum precibus in tercedat Tantum quippe ab vno quoque nostrum venturus iudex exi git: quantum dedit. Ut ergo de ta lenti sui rationibus redeunte domino quisque securus sit cum timore pen set cotidie quod accepit. Ecce nam que iam iuxta est ut ille qui pegre profectus est redeat. Quasi pegre quippe abijt: qui. s. de hac terra in qua natus est longe discessit Sed profecto reuertitur: ut de talentis rationes ponat. quia si a bona acti one torpescimus. de ipsis donis que contulit: nos districtius iudicat Consideremus igitur que accepi mus. atque in erogatione vigilemus Nulla nos a spirituali opere terre na cura impediat. ne si in terra ta lentum absconditur talenti dominus

ad iracundiam puocatur. Piger ergo seruus cum iam iudex culpas examinat. talentum de terra leuat. quia sunt plerique qui tunc se a terrenis desiderijs vel operibus subtrahunt: quando iam per animaduersionem iudicis ad eternum supplicium trahuntur. Ante ergo de talenti nostri ponenda ratione vigilemus: vt cum iam iudex ad feriendum imminet lucrum nos quod fecimus excuset. Tu autem.

Lectio sancti euangelij. Secundum matheum

In illo tempore dixit ihesus discipulis suis parabolam hanc. Homo quidam peregre proficiscens: vocauit seruos suos: et tradidit illis bona sua. Et reliqua. Omelia haymonis.

In similitudinibus quas ad ignorantiam nostram instruendam dominus proposuit: sollicite considerandum est. quia sic quedam ad nostram proponuntur ammonitionem: vt specialiter ad ipsum dei et hominum pertineant mediatorem. Quod in huius lectionis serie comprobatur cum dicitur. Homo quidam peregre proficiscens vocauit seruos: et tradidit illis bona sua. Homo enim iste per similitudinem dominus ihesus xps accipiendus est: qui cum sit deus ante secula homo factus est in fine seculorum. De quo scriptum est. Homo factus est in ea. et ipse fundauit eam altissimus. Iste autem homo peregre profectus est: quando carnem suam quam ex hominibus assumpsit ascendendo in celum eleuauit. Ex eo enim tempore quo primo homini dictum est. terra es et in terram ibis: locus proprie carnis terra est. Sed iste homo peregre profectus est. quia carnem quam assumpsit: non corruptionem vidit: sed post resurrectionem in celos ascendit. Huius hominis serui homines sunt: quos sibi ad seruiendum. seque laudandum rationabiles condidit. Huic autem homini seruire summa libertas est. ab eius seruitute recedere turpissima seruitus est. Huius se seruum gloriabatur paulus cum dicebat. Paulus seruus xpi ihesu. Et iterum. Gratias ago deo meo: cui seruio a progenitoribus meis. Et psalmista. Ego seruus tuus et filius ancille tue. Et iterum. Seruus tuus sum ego. Bona autem huius hominis spiritualia dona sunt. et virtutes anime que de eius bonitate sunt nate et illius largitate nobis collate: qualis est caritas pax. patientia. humilitas. castitas. sobrietas. et hijs similia. Ergo peregre profecturus vocatis seruis tradidit bona sua. quia spiritualibus spiritualia dona concessit. Et quia eadem dona non omnes equaliter accipiunt: sed secundum dantis distributionem alius plus. alius minus proficit: recte dicitur. Et vni dedit quinque talenta. alij duo alij vero vnum vnicuique secundum propriam virtutem et profectus est statim. Sicut talentum apud antiquos varijs modis librabatur. ita dona spiritus sancti diuersa sunt iuxta accipientium merita non in se

sed in alijs qui ea accipiunt. Nam
ab vno dño diuersa dona seruis
dantur iuxta illud qđ ait aplus
Alij quidem ꝑ spiritum datur ser
mo sapie. alij aũt sermo sciencie
ꝫm eundem spiritũ. alteri fides in
eodẽ spiritu. alij grã sanitatum in
vno spũ. alij opatio virtutũ. alij
ꝓphecia. alij discretio spirituum.
alij genera linguaꝝ alij interpre
tatio sermonũ. Hec aũt oĩa opa
tur vnus atq̃ idem spũs diuidens
singulis ꝓut vult. In quinq̃ ergo
talentis q̃nq̃ sensus corꝑis desig
nantur: ꝑ quos exterior homo ꝛgi
tur visus videlicet. auditus. gust⁹
odoratus ⁊ tact⁹. in duobus autẽ
intellectus ⁊ opatio designatꝛ. Et
vnius talenti noĩe intellectus solũ
mõ exprimitꝛ. Plus ergo accipit
cui duo q̃ cui quinq̃ talenta com
missa sunt. qꝛ sunt nonnulli qui ꝑ
exteriores sensus opera q̃ possunt
opantur. ⁊ tñ in intellectu spiritu
ali minus ꝓficiunt. Sunt vero ⁊ a
liq̃ qui ⁊ extrinsecus mag̃ agunt
⁊ interi⁹ maiora intelligunt. Sũt
etiã aliqui q̃ vnum tantũ talentũ
accipiũt. qꝛ bona quidẽ intelligũt
sed opari minime student de qui
bus scriptum est. Sapientes sũt
vt faciãt mala. bene aũt facere ne
sciẽrũt. Qꝫ aũt studio in multipli
candis bonis operib⁹ insistere dea
mus: manifestatꝛ cũ subditur. A
bijt autẽ qui q̃nq̃ talenta accepe
rat ⁊ opatus est in eis. ⁊ lucrat⁹
est alia quinq̃. Similiter q̃ duo
accepat: lucratus est alia duo. Iã
supius ꝑ quinq̃ talenta q̃nq̃ cor
poris sensus. ⁊ ꝑ duo intellectũ ⁊
opationem dixim⁹ designari. Qñ
q̃ ergo talenta geminare est per
exteriores sensus deuotissime deo
seruire: tribuendo esurienti cibũ.
sitienti potũ. nudo vestitũ. in carce
re positũ requirendo. infirmũ visi
tando. mortuũ sepeliendo. aliaq̃
pietatis opa implendo. Quasi em̃
talenta multiplicando geminan
tur: qñ nonnulli tardiores in sẽsu
ꝑ ꝯsuetudinem boni opis. in intel
lectu spirituali ꝓficiũt. Duo q̃ ta
lenta geminãt: qui bene viuendo
⁊ docendo ecclesiã dei multiplica
re non negligunt. illud attenden
tes qđ ad thimotheũ scribitꝛ. Do
ctrinã quam accepisti a me: com
menda hoĩbus q̃ ydonei sunt. ⁊ a
lios docere. Taliter accepta talen
ta seruis spũalibus geminari sua
debat apls cum dicebat. Hñtes
donationes ꝫm grãm que data ẽ
nobis differentes. siue ꝓphetiam
ꝫm rationẽ fidei. siue ministeriũ
in ministrãdo. siue qui docet in do
ctrina. q̃ exhortatur in exhortando
q̃ tribuit in simplicitate. qui preẽ
in sollicitudine. q̃ miseretur in hi
laritate. Qui aũt vnum acceperat
abiens fodit in terram. ⁊ abscon
dit pecuniã domini sui. Quasi enĩ
vnum talentũ in terra abscondit
q̃ ingeniũ qđ a deo accepit: in ter
renis actibus occupat. seseq̃ totũ
in mundi amore obligat. Sed ve
niet tps qñ spũales de acquisito
lucro gaudeant. ⁊ mundi amato
res: ꝑ suis cupiditatib⁹ erubescãt.
Vnde ⁊ subdijtꝛ. Post multũ vero

tpis venit dominus seruorum illo
rum ꝛ posuit rationē cum eis. Post
multum tps dominus redire dici
tur. qꝛ longum spaciū esse int do
mini ascensionē: ꝛ sm eius aduē
tū. Tūc enī ratio cum seruis pone
tur: qn districte a nobis exiget do
na: q misericorditer nobis tribuit
qn astabimus ante tribunal xpi
vt apl's ait rationem p hiis que
gessimus reddituri. Felix autē qui
in illa hora discussionis talis inuē
tus fuerit: qualis iste memorat.
de quo subdit. Et accedens q quin
q talenta acceperat: obtulit alia
quinq talenta dicēs. dn̄e quinq
talenta tradidisti mihi. ecce alia
quinq sup lucratus sum. Ex quin
q enī talentis alia quinq lucrat
qui p qnq sensus corporeos quos
supradiximus bona que potest opa
rat. Sunt enī nonnulli in ecclesia
q cum tardiores videant ingenio:
tn̄ cum p exterius ministeriū fide
liter seruiunt: eius munere ad spi
ritualem intellectū pducuntur. in
tantū vt etiam aliqn in ecclesiasti
cum magisteriū eligantur. Qua
lem aūt mercedem sit recepturus:
manifestat cum subditur. Ait illi
dn̄s eius. Euge serue bone ꝛ fidel'.
qꝛ supra pauca fuisti fidelis. sup ꝛ
multa te ↄstituam intra in gaudi
um dn̄i tui. Pauca enī sunt oīa p
sentis vite ad ↄpationem futuro
rum bonoꝝ. q̄uis magna esse vide
antur Qui ergo sup pauca fidelis
fuit: sup multa ↄstituitur. qꝛ is q
terrenam sbam bene dispensauit
pro rebus transitoriis perpetuā
accipiet mercedē: audiens ab ipo
iudice Venite benedicti patris mei
pcipite regnum qd vobis paratū
est a ↄstitutione mundi. Accessit
autem ꝛ q duo talenta acceperat
ꝛ ait. dn̄e duo talenta tradidisti
m̄: ecce alia duo sup lucratus sum
Similiter alia duo lucrat talenta
qui a domino duo acceperat: qn is
qui intellectum ꝛ opationem ha
bet: non solū bene viuendo: sed eti
am bene docēdo plurimos ad amo
rem dei vocat. Notandum aūt qꝛ ꝛ
is q de quinq talentis decem. ꝛ is
qui de duobus q̄tuor reportauit:
equali voce collaudat cum vtriq
a domino dicit. Euge serue bone ꝛ
fidelis qd est bene gaude Et q̄liter
seruus cum dn̄o gaudeat: declara
tur cū subinfert. Quia sup pauca
fuisti fidelis: sup multa te ↄstituā
Cui recte dicitur. intra in gaudiū
dn̄i tui. qꝛ cum tantis: ꝛ p tantis
mercedē accipiet: quantos bene vi
uendo. bene docēdo lucratus est.
In quibus verbis intelligimus qꝛ illi
maiorē mercedē sunt a dn̄o in et
na vita recepturi q bene viuendo
vt diximus ꝛ bene docendo: ad alio
rum eruditionē vel doctrinā spūa
liter inuigilant. Qd alibi dn̄s ap
tius declarat cum dicentibus apo
stolis. dn̄e ad nos dicis hanc pa
rabolam. an ꝛ ad omnes. respondit
Quis putas ē fidelis seruus ꝛ pru
dens quem ↄstituit dn̄s suus sup
familiā suam: vt det illis cibū in
tpe. Beatus ille seruus quē cū ve
nerit dn̄s eius: inuenerit sic faciē
tem. Amen dico vobis: qm̄ super

oia bona sua ɔstituet eu₃. Qui eñ
super oia bona ɔstituit: duplicem
mercedem accipiet: nō solū q sācte
vixit: sed etiā q digne docuit. Vn
de daniel cū de resurrectiōe mortu
orum loquetur vt ondēret mgros spi
rituales: sup oia bona ɔstituēdos
ait. Qui aūt docti fuerint fulgebūt
q̄si splendor firmamēti. et q̄ ad iu
sticiā erudiunt multos: q̄si stelle
in ppetuas eternitates. Quā desyde
rabilē vocem et ineffabile gaudiū
audire desiderans btīssimus pat
nr̄. cuius hodie festiuitatē celebra
mus talentū sibi creditū bene docē
do. et bene viuendo studuit eroga
re vt geminatū illud dño reporta
ret nō tm̄ monendo pios: sed etiā
ɔprimēdo reprobos. Et ideo q iux
ta scripture vocē. gaudiū patris ē
filius sapiens. tanta hus excrescunt
merita gaudiorum q̄nta incremēti
pficiunt spūalium filiorum. Vnde
necē est vt vnusquisq nrm̄ frēs
carissimi huius beatissimi pr̄is nr̄i ve
stigia seq̄ntes talentū qd a deo ac
cepimus non in terra abscondamus
sed cū magno desiderio erogare stu
deamus vt geminatum dño referamus
Et q alius arte legendi. alius cantan
di. alius predicandi. alius pingendi.
alius ea q̄ ad ornatum ecclīe ptinēt
fabricandi talentū accepit. aliis
hoc qd didicit studeat erogarē. Nō
solū in eccāsticis ministeriis: sed
etiā sunt tales in hoc ꝑplo q̄ diuer
sas artes hn̄t quibus victitant. alii
cementarii. alii lignarii. alii fabri
alii sectores. et vnicuiq ars q̄ pas
cit. p talenti ɔmendacōne reputa
bit. et si in hoc qd scit alios instru
it: mercedē in futuro recipiet. Qua
liter aūt hmōi talentū qd accepit
erogare debeat dñs ondīt cū ait. Gra
tis accepistis: gratis date. Vn̄ ne
cesse ē fratres dilectissimi vnicui
q nrm̄ vt cū summa diligentia vi
gilanter cogitet: q̄tenus talentu₃
qd accepit duplicatū dño repn̄tet
Si aūt sue talentu₃ vtilitatis p des
se aliis nō vult: timeat increpacō
nem quā is q̄ talentu₃ vnū in ter
ra abscondit a dño audiuit. Ser
ue male et piger q̄re nō dedisti pe
cuniā meam nūmulariis. Et ego
veniens recepissem vtiq qd meū
est cū vsura Et implebit qd sequi
tur. Tollite ab eo talentū et date
illi q̄ habet decē talenta. q quecū
q sine caritate opatus est: bona
in ɔspectu dei non sunt: q̄uis bona
coram hoibus videantur. Tanto
eñ quisq ampliorē gloriam cum
dño possidebit: q̄nto largius talē
tum acceptu₃ p eius amore eroga
uerit. qd ipse prestare dignetur:
q̄ cum patre et spiritusācto viuit et re
gnat etc.

Scdm lucam

In illo tēpore dixit
ihesus discipulis suis parabolā hanc
Homo quidā nobilis abiit in re
gionem longinquā accipe sibi re
gnum et reuerti. Et reliqua. Ome
lia venerabilis bede presbiteri.

Quoniā discipu
li sup̄ audita dñi passiōe

vel resurrectione iherosolimis im
plenda. nõ intelligebant que di
cebant: existimantes ꝯtinuo reg
num dei esse venturꝫ. Hanc eorꝫ ig
norantiã illuminans: ꝯñt se p̃mo
sui regni fidem: toto orbe dispersu
rum. ac sic in fine mundi: iudicē
omnium seculorũ regemqꝫ ventu
rum. Dixit ergo Homo quidã no
bilis abiit in regionẽ longinquã
accipe sibi regnum ⁊ reuerti. Ho
mo nobilis ille est: cui superius ce
cus clamabat. fili dauid miserere
mei. ⁊ venienti iherosolimã conci
nebant. osanna filio dauid. bene
dictus ꝙ venit in noĩe domini rex
israhel. Longinqua ergo ecclesia
ẽ ex gẽtibꝰ de ꝙ eidem hoĩ nobili
qui loquit̃. ego autem ꝯstitutus
sum rex ab eo. dicitur a patre Po
stula a me: ⁊ dabo tibi gentes he
reditatem tuã: ⁊ possessionem tu
am terminos terre. Que videlicet
hereditas ac possessio bifaria rati
one regio longinqua vocatur. vel
q̄ a finibus terre clamat ad dñm
vel q̄ longe est a peccatoribus sa
lus. ⁊ cum deus vbiqꝫ sit presens
longe tamen ab eorꝫ sẽsu qui ydo
la colunt deus verus abest. Sed ꝙ
erant longe: facti sunt ꝓpe in san
guine xpristi Vocatis autem ser
uis: dedit illis decem mnas. Dena
rius numerus ad legem pertinet.
ꝓpter decalogũ. Vocat igitur pa
terfamilias decem seruos q̄ elegit
discipulos ꝑ litteram legis imbu
tos. Dat eis decem mnas q̄ dicta
legis spiritualiter intelligenda re
uelat. Post passionem quippe re
surrectionemqꝫ suam apꝰuit illis
sensum vt intelligerent scripturas
Mna namqꝫ quam greci minã vo
cant centum dragmis appendit̃.
Et omnis scripture sermo qua vi
te celestis ꝑfectionem suggerit: ꝙ
si nũeri centenarii pondere fulges
cit. Et ait illis. Negociamini dum
venio Verba inquit legis ac pro
phetarum mistica interpretacõne
discursã populis offerte. atqꝫ ab
eis fidei ꝯfessionem morumqꝫ pro
bitatē recipite. Iuxta q̄d psalmi
sta suis auditoribꝰ precipit dicẽs
Sumite psalmũ: ⁊ date timpanũ
hoc est laudẽ predicationis in cor
dis intentione ꝑcipite. ⁊ deuo tõꝫ
operis in carnis castigatione ad
hibete Timpanũ quippe q̄d ẽ pel
lis in ligno extenta. caro ẽ nostra
ad exemplũ dñice crucis afflicta.
Ciues autem eius oderant eum ⁊
miserunt legationem post illum
dicentes Nolumus hunc regnaẽ
sup nos. Ciues impios iudeos dic̃
de quibus alibi ꝓtestat̃. nunc au
tem ⁊ viderunt ⁊ oderunt ⁊ me et
p̃rem meũ. Qui non solum p̃ñtē
vsqꝫ ad mortẽ crucis oderũt: sed ⁊
post resurrectionẽ eius. immiserũt
ap̃lis ꝑsecutionẽ. ⁊ predicacõem
regni celestis spreuerunt. Et factũ
est vt rediret accepto regno. Sig̃fi
cat tp̃s qñ in manifestissiã ⁊ emi
nentissima claritate venturꝰ est. ꝙ
eis humilis apparuit cũ diceret. re
gnũ meũ non est de hoc mundo Et
iussit vocari seruos quibꝫ dedit pecuni
am vt sciret quantũ quisqꝫ nego
ciatus esset Vt sciret inquit. Non ꝙ

rum quid lateat. cui verissime di
ctum est. dñe tu oia scis: sed scire et
dicit: scire omnes faceret. Tūc eñi
oim opa ⁊ cogitationes palam oī
bus ondūtur: quō in deutrono
mio. Temptat inqt vos dñs deus
vester vt sciat si diligitis euz. hoc
ē sciri faciat. Nemo sane arbitre
tur eos solummō quibus gratia
predicandi data est. non autem ⁊
eos quib⁹ predicata est. ad iudi
ciū tunc esse vocandos. Ipsi sunt
eñi pecunia quaz boni serui acqui
rere mercando: quin etiam sciat
eos ꝗ̄ quibus nunꝗ̄ est predica
tum: ibidem esse damnandos. De
quibus infra dicemus. Venit au
tem prim⁹ dicens. domine: mna
tua decem mnas acqsiuit. Prim⁹
seruus ordo doctoꝝ est in circumci
sionez missorum: qui vnam mnā
negociaturus accepit. q vnuz do
minū. vnam fidem. vnum baptis
ma. vnū deum predicare missus ē
Sed hec eadem mna decem mnas
acquisiuit q populū sub lege con
stitutū sibimet docēdo sociauit. Et
ait illi. Euge serue bone. q in mo
dico fuisti fidelis: eris potestatem
habens super decem ciuitates. In
modico seruus est. fidelis. q non
adulterat verbum dei: sed sicut ex
deo coram deo in xpristo loquitur
Quicquid enim in presenti ꝑcipi
mus donoꝝ: in comparatione futu
roꝝ perpaucum est ⁊ modicū. q
ex parte agnoscimus ⁊ ex parte
prophetam⁹. cum autem venerit
quod pfectum est: euacuabitur
quod ex parte est. Ciuitates aūt

decem sunt anime ꝑ legis verbuz
ad gratiam euangelij venientes
quibus iure tunc glorificand⁹ il
le preponitur: qui eis pecuniā ver
bi digne deo cōmendauerat. Vn
de quidaz negociator egregius ci
uitates quib⁹ preerat: hoc est ani
mas q̄s regendas acceperat allo
quens: q̄ est ait spēs nrā aut gau
diū. aut corona glorie. Nōne vos
ante dñm ihesum. Et alter venit di
cēs. dñe mna tua fec̄ qnq̄ mnas
Seru⁹ iste cetus ē eoꝝ q̄ preputio
euangelisare missi sunt. Cui dñs
ad predicandū eunti vnā mnam
⁊ vnā eandēq̄ fidē: q̄ ⁊ circūcisio
ni credita ē prestiterat. Sz hec q̄n
q̄ mnas fecit. q gentes corporis
sensib⁹ ante mancipatas ad fidei
euangelice grām ꝯuertit. Et huic
ait Et tu esto sup quinq̄ ciuitates
hoc est ex earuz quas imbueras
animaꝝ. fide ⁊ ꝯuersatione mag
nus. sublimisq̄ fulgeto. De quib⁹
mistice dicit ysāyas. In die illa e
runt quinq̄ ciuitates in terra egi
pti loquentes lingua chanaan.
Quinq̄ eniz ciuitates in terra egi
pti quinq̄ sunt corpis sensus qui
bus in hoc mundo vtimur. videli
cet visus. auditus. gustus. olfac
tus. ⁊ tactus. Et qui viderit mulie
rem ad cōcupiscendaz eam: qui a
uertit aures suas ne audiat pau
perez. qui inebriatur vino in quo
est luxuria. qui coronare se gau
det rosis anteq̄ marcescāt. cu⁹ san
guine plene sūt man⁹ ⁊ dex̄ reple
ta est muneribus. h⁹ qnq̄ ciuitates
loquunt̄ lingua egipti ⁊ vniuersi

ſenſus faciunt opa tenebrarum.
Egiptus enim tenebras ſonat At
qui obturat aures ſuas ne audi
at ſanguinē. ⁊ claudit oculos ſu
os ne videat malū. ⁊ qui guſtat
et videt ꝙ̄ ſuauis eſt dn̄s ꝗ̄ caſti
gat corp⁹ ſuū ⁊ ſeruituti ſubijcit
qui poteſt dicere cū apoſtolo xp̄i
Bonus odor ſumus deo. h⁹ ciuita
tes loquūtur lingua mutata q̄d
interpretatur chanaan. Et ꝗ̄ eas
a tenebris docendo ꝯmutaueit: re
cte quinqꝫ ciuitatibus preſici me
moratur. qꝛ non ſuis tantum: ſed
et de auditoꝝ ſuorum quos ad lu
cem vocauit: ꝓfectibus honorat.
Et alter venit dicens domine: ecce
mna tua quam habui repoſitam
in ſudario. Timui enim te. qꝛ ho
mo auſterus es. tollis q̄d non po
ſuiſti. ⁊ metis q̄d non ſeminaſti.
Seruus ꝗ̄ negociari iuſſus accep
tam domini pecuniā in ſudario re
poſuit: oſ̄dit eos qui ad predicā
dum ydonei: predicationis offici
um iubente domino ꝑ eccleſiam.
vel ſaltem ſuſcipe: vel ſuſceptum
digne gerere detrectant. Pecuniā
quippe in ſudario ligare eſt ꝑcep
ta dona ſub ocio lenti torporis ab
ſcondere Sunt enim homines hac
ſibi peruerſitate blandientes vt di
cant. Sufficit vt de ſe vnuſquiſqꝫ
rationem reddat: quid opus eſt
alijs predicare vt etiam de ipſis ra
tionem reddere cogatur: cū apud
dominū etiam illi ſint inexcuſabi
les. quibus lex data non eſt. neqꝫ
audito euangelio dormierunt. qꝛ
ꝑ creaturā poterant creatorē ag

noſcere. Hoc eſt enī quaſi metere
vbi non ſeminauit ⁊ eos etiā im
pietatis reos tenere quib⁹ verbū
legis aut euangelij non miniſtra
tum eſt. Hoc aūt veluti periculū
iudicij deuitantes pigro languo
re a verbi miniſtratione ꝯq̄eſcunt
⁊ hoc eſt quaſi in ſudario ligare
quod acceperunt. dicit ei. De ore
tuo te iudico ſerue neq̄. Seru⁹ ne
ꝗ̄ vocatur. qꝛ ⁊ piger ⁊ deſes eſt
ad exercendū negociū. ⁊ procax
ac ſupbus ad accuſandū domini
iudicium. Sciebas qꝛ ego auſte
rus homo ſum. tollens q̄d non po
ſui. ⁊ metens quod nō ſeminaui.
Et quare non dediſti pecuniā me
am ad menſam. Quod putaue
rat ſe ꝓ excuſatione dixiſſe: in cul
pam ꝓpriam vertitur. Si inq̄t du
rum ⁊ crudelem eſſe me noueras
⁊ aliena ſectari. ibiqꝫ metere vbi
non ſeuerim: quare iſtiuſmodi co
gitatio tibi non incuſſit timorem.
vt ſcires me mea diligenti⁹ queſi
turum. ⁊ dares pecuniam meam ſi
ue argentum ad menſurā. Vtrū
qꝫ enim argyrion grecus ſermo
ſignificat. Eloquia domini inquit
eloquia caſta. argentum igne ex
aminatum. Pecunia ergo ⁊ argē
tum predicatio euangelij eſt. et
ſermo diuinus qui dari debuit ad
menſam: hoc eſt promptis para
tiſqꝫ fidelium cordibus inſinuari.
Ad quam videlicet menſam id eſt
auditorum mentem: non alia ꝙ̄
dn̄ica eſt deferenda pecūia. vt oīs
ſermo docētis ſcripture ſenſum ſe
quatur. Nam qꝛ hic domin⁹ non

quamlibet pecuniā: sed suaz dicit
nūmelarijs esse deferendā expoīt
apl's dicens. Si quis loq̄tur qua
si sermones dei. Et ego veniens cū
vsuris vtiq₃ exegissem illud. Qui
verbi pecuniam a doctore p̱cipit.
emitq₃ credēdo necesse est eam cū
vsuris soluat operando. vt q̄d au
ditu didicit: exequat̄ ⁊ actu. In v
sura quippe pecunia etiā nō data
recipit̄ Vel certe de accepto verbi
fenore vsuras soluit: qui ex eo q̄d
audit: etiā alia studet intelligere
que necdū ex predicatoris ore di
dicit. Et astantibus dixit. Auferte
ab illo mnā: ⁊ date illi qui decem
mnas habet. Et dixerunt ei Domi
ne: habet decez mnas. Recte amit
tit collatam grām quam predicā
do alijs cōmunicare neglexit: vt ei
augeatur q̄ inde laborauit. Juxta
q̄d angelo ephesi ecclesie dicitur.
Et mouebo candelabꝝ tuum de lo
co suo nisi penitentiā egeris Et cuz
reguz crisma quod supbiendo sa
ul amisit: dauid obediendo p̱me
ruit. Spiritus inq̄t domini disces
sit a saul. ⁊ directus est in dauid
a die illa ⁊ deinceps Qꝝ vero abla
ta a neq̄ seruo mna. ⁊ qui decem
mnas habebat: dari iussa est: mi
stice vt reor indicat intrante pleni
tudine gentium omnē israhel sal
uum futurꝝ. ⁊ tunc abundantiaz
gratie spūalis quam mō torpent̄
exercemus. illi⁹ populi doctorib⁹
esse cōferendā. Dico aūt vobis. q̄
omni habenti dabit̄. ab eo autē
qui non hʒ ⁊ q̄d habet auferetur
ab eo Hoc ad superiorē sententiā

respicit: docens ⁊ illū posse amitte
re mun⁹ dei. qui habens nō habet
i. non vtitur. ⁊ in eo augeri. q̄ ha
bens hʒ: hoc est bene vtit̄ Que gra
tiarū mutatio q̄m in hac vita ge
ri solet. Notanduz q̄ illud dm̄ re
deūtis examen etiam nunc ex p̄te
celebratum: sed tunc ē vniuersali
ter implendū. Cotidie namq₃ ac
cepto a patre regno redit. q̄ pere
grinantis in terra ecclesie sēp sta
tum cōspicit. Cotidie in tanto fide
lium seruorꝝ numero huic pecuni
am negociaturo cōmodat: in alte
rum modum cōsummatio opis ex
aminat. Hunc fideliter prudēter
q₃ laborantē amplioris gratie mu
nere donat: illū desidias moles. ⁊
marcida luxu ocia sectantē. ⁊ eo
q̄d dederat priuat. Verꝝ vniuersa
li manifesto iudicio: quod dictu
q₃ terribile est. multi qui ad docē
dum videbant̄ ydonei ob negligē
tie sue noxā inter indoctos reputa
bunt̄. At alij simpliciores fratres
⁊ elementorū penitus ignari: ob
cōuersationis tamen eximie deuo
tionē inter apostolicos doctores p̄
mia sua p̱cipient. Qui enī recipit
p̄phetam in noīe p̄phete: mercedez
p̄phete accipiet. In hoc aūt q̄d se
quit̄: verumtn̄ inimicos meos il
los. q̄ noluerunt me regnare sup
se: adducite huc ⁊ interficite an
me: impietatē iudeorꝝ l' reproborꝝ
ad xp̄m cōuerti nolentiū sign̄ificat
in die iudicij puniendā. ⁊ per du
os fideles seruos: vtriusq₃ populi
doctores p decē ⁊ quinq₃ mnas idē
credentis populi p seruum neq̄m

mali catholici p inimicos qui eu3 sup se regnare noluerunt: impietas eoꝝ qui verbū fidei: aut nunq̄ audiē. aut male interpretando corrumpe maluerunt. per messionem turis non seminati eoꝝ etiā quos verbū dei audire ↄtigit: discussio signetur. Quib⁹ quinq̄ʒ personis: omne genus humanū q̄d in die iudicij futuꝝ est exprimit. Tu aūt

Scd̄m lucam

In illo tempore Dixit ihesus discipulis suis. Sint lumbi vestri precincti: ⁊ lucerne ardentes. Et vos similes hoībus expectātibus dn̄m suum qn̄ reuertatur a nuptijs. Et reliqua. Omelia beati gregorij.

Ancti euangelij fratres carissimi apta est nobis lectio recitata. Sed ne aliq̄b⁹ ipsa eius planicies alta fortasse videat: ea3 sub breuitate trāscurrimus: q̄tenus eius expositio ita nescientib⁹ fiat cognita: vt tamen scientibus non sit onerosa. Quia viris luxuria in lumbis sit: feminis in vmbilico: testat dn̄s qui de dyabolo ad beatum iob loquitur dicens. Virtus eius in lūbis eius. ⁊ fortitudo illi⁹ in vmbilico ventris illi⁹. A principali igit sexu lumboꝝ noīe luxuria designatur: cum domin⁹ dicit. Sint lumbi vestri precincti. Lumbos eni3 precingimus cum carnis luxuriā per continentiam coartamus. Sed q̄r minus est mala nō agere: nisi etiam quisq̄ʒ studeat ⁊ bonis operib⁹ insudare: protinus additur. Et lucernas ardētes in manib⁹ vestris. Lucernas quippe ardentes in manibus tenem⁹: cum per bona opa proximis nostris: lucis exempla monstramus. De quibus ꝓfecto operib⁹ dominus dicit. Luceat lux vestra coram hominib⁹ vt videant opa vestra bona ⁊ glorificent patrem vr̄m qui in celis est. Duo autem sunt q̄ iubent. ⁊ lūbos restringere. ⁊ lucernas tenere. vt ⁊ mundicia sit castitatis in corpe ⁊ lumē veritatis in opacōe. Redēptori enī nr̄o vnū sine altero neq̄q̄ placere p̄t. si aut is q̄ bona agit adhuc luxurie inq̄namenta nō deserit. aut is qui castitate preminet: necdu3 se per bona opa exercet. Nec castitas ḡ magna ē sine bono ope: nec opus bonū ē aliq̄d sine castitate. Sed ⁊ si vtrūq̄ʒ agit: restat vt quisquis ille ē: spe ad supernā patria3 tendat: ⁊ neq̄q̄ se a vitijs ꝓ mundi h⁹ honestate ↄtineat. Qui ⁊ si q̄ bona aliqn̄ pro honestate inchoat in eius tamen intentione non debet pmanere: nec p bona opa presentis mundi gloriā q̄rere: sed totam spem in redēptoris sui aduentu ↄstituat. Vnde ⁊ protin⁹ subditur. Et vos similes hoībus expectātibus dn̄m suum quando reuertatur a nuptijs. Ad nuptias q̄ppe domin⁹ abijt. q̄r resurgens a mortuis. ascēdens in celū supnam sibi angeloꝝ multitudinē nou⁹ homo copulauit. Qui tunc reuertit: cum

nobis iam p iudiciū manifestat.
Bene aūt de seruis expectantibus
subditur. vt cum venerit et pulsa
uerit: cōfestim aperiant ei. Venit
quippe cum ad iudicium pperat.
Pulsat vero cum iam p egritudi
nis molestias esse mortem vicinā
designat. Cui ↄfestim aperimus si
hūc cum amore suscipimus. Ape
rire enim iudici pulsanti nō vult:
qui exire de corpe trepidat. et vide
re eum quem contempsisse se me
minit: iudicem formidat. Qui au
tem de sua spe et opatione securus
est pulsanti cōfestim aperit. quia
letus iudicem sustinet. et cū tpus
ppinque mortis agnouerit: de glo
ria retributionis hilarescit. Vnde
et procinꝰ subditur. Beati sunt ser
ui illi quos cum venerit dominus:
inuenerit vigilantes. Vigilat qui
ad aspectum veri luminis mentis
oculos apertos tenet. Vigilat: qui
seruat opando quod credit. Vigi
lat: qui a se torporis et negligētie
tenebras repellit. Hinc etenī pau
lus dicit. Euigilate iusti: et nolite
peccare. Hinc rursus dicit. Hora ē
nos iam de somno surgere. Sed ve
niens dominus quid vigilantibꝰ
seruis exhibeat audiamus. Amen
dico vobis ꝙ precinget se et faciet
illos discumbere. et transiens mi
nistrabit illis. Precinget se idest
ad retribucōnem preparat. Et fa
ciet illos discumbere idest in eťna
quiete refoueri. Discumbere quip
pe nostrū: in regno quiescere est.
Vnde rursus dominus dicit. Veni
ent et recumbent cum abraham.
ysaac et iacob. Transiens autem
dominꝰ ministrat. ꝙ lucis sue illu
stratione nos satiat. Transiens
vero dictum est cū de iudicio ad
regnum redit. Vel certe nobis do
minus post iudiciū transit. ꝙ ab
humanitatis forma: in diuinitatis
sue cōtemplationem nos eleuat.
Et transire eius est i claritatis sue
speculationē nos ducere: cum eū
quem in iudicio cernimꝰ etiam in
diuinitate post iudiciū videmus.
Ad iudiciū quippe veniens in for
ma serui omnibus apparet ꝙ scri
ptum est. Videbunt in quē trans
fixerunt. Sed cum reprobi in sup
pliciū corruunt: iusti ad clarita
tis eius gloriam pertrahuntur.
sicut scriptum est. Tollatur impi
us: ne videat gloriā dei. Sed quid
si serui in prima vigilia negligen
tes existunt. Prima quippe vigi
lia prime etatis custodia est. Sed
neqꝫ sic desperandum est. et a bono
ope cessandum. Nam longanimi
tatis sue patientiā insinuans dn̄s
subdit. Et si venerit in secūda vigi
lia: et si in tercia vigilia venerit. et
ita inuenerit: beati sunt serui illi.
Prima quippe vigilia primeuum
tempus .i. puericia. secunda adole
scentia vel iuuentus. que auctori
te sacri eloquij vnū sunt: dicēte sa
lomone. Letare iuuenis in adoles
centia tua. Tertia autem senectus
accipitur. Qui ergo vigilare in p̄
ma vigilia noluit custodiat vel se
cundā. vt qui cōuerti a prauitati
bꝰ suis in puericia neglexerit: ad
vias vite saltē in tpe iuuentutis

euigilet. Et qui in secunda vigilia
vigilare noluit: tercie vigilie reme
dia non amittat. vt qui in iuuen
tute ad vias vite non vigilat: sal
tem in senectute resipiscat. Pensa
te fratres carissimi quod condusit pie
tas dei duriciam nostram. Nõ est
iam quod homo excusationis in
ueniat. Deus despicit: et expectat
contemni se videt et reuocat. iniuri
am de contemptu suo suscipit. et tamẽ
quandoque reuertentibus etiam premia
promittit. Sed nemo hanc eius lon
ganimitatem negligat. quia tanto di
strictiorem iusticiam in iudicio exi
get: quanto longiorem patientiã
ante iudicium prerogauit. Hinc
etenim paulus dicit. Ignoras quo
niam benignitas dei ad penitentiã
te adducit. Secundum duriciam autem
tuam et cor impenitens thesaurisas
tibi iram in die ire et reuelationis
iusti iudicii dei. Hinc psalmista
ait. Deus iudex iustus. fortis et lõ
ganimis. Dicturus quippe longa
nimẽ premisit iustum vt quem vi
des peccata delinquentiũ diu pati
enter ferre: scias hunc quandoque etiã
districte iudicare. Hinc per quendã
sapientem dicitur Altissimus enim
est patiens redditor. Patiens ei
redditor dicitur. quia peccata hominũ
et patitur et reddit. Nam quos diu
vt conuertantur tolerat: non con
uersos durius damnat. Ad excuti
endam vero mentis nostre desidi
am: etiam exteriora damna per simi
litudinem deducuntur. vt per hec ai
mus ad sui custodiam suscitetur.
Nam dicitur. Hoc autem scito quoniam si sciret paterfamilias
qua hora fur veniret: vigilaret v
tique et non sineret perfodi domũ suã.
Ex quo premissa similitudine etiam
exhortatio subinfertur qua dicitur.
Et vos estote parati. quia qua hora
non putatis filius hominis veni
et. Nesciente enim patrefamilias
fur domum perfodit. quia dum a sui
custodia spiritus dormit: impro
uisa mors veniens: carnis nostre
habitaculũ irrumpit. et eum quẽ
dominum domus inuenerit dormientẽ
necat. quia cum ventura damna spi
ritus minime preuidet: hũc mors
ad suppliciũ nescientẽ rapit. Furi
autem resisteret si vigilaret quia aduen
tum iudicis qui occulte animã ra
pit precauens ei penitendo occur
reret: ne impenitens periret. Horã
vero vltimam dominus noster idcirco
nobis voluit esse incognitam: vt
semper possit esse suspecta: vt dum
illam preuidere non possumus ad
illam sine intermissione prepare
mur. Proinde fratres mei in conditi
one mortalitatis vestre mentis ocu
los figite. venienti vos iudici per
fletus cotidie et lamenta preparate.
Et cum certe mors maneat omnibus
nolite de temporalis vite prouidentia
incerta cogitare. Terrenarum re
rum vos cura non aggrauet. Quã
tislibet enim auri et argenti moli
bus circumdetur. quibuslibet preci
osis vestibus induatur caro quod est
aliud quam caro. Nolite attẽdere quod
habetis sed quid estis. Vultis au
dire quid estis. Propheta indicat
dicẽs. Vere fenũ est populus. Si enim

fenum populus non est vbi sunt illi qui ea q hodie colim⁹ vobis cū trāsacto anno beati. N. natalicia celebrauerūt. O quanta q̄lia de p̄ntis vite puisione cogitabant s; surripiente mortis articulo repēte in hijs q̄ preuidere volebāt inuēti sunt. et cuncta sibi tpalia ɔgregata q quasi stabilit tenere videbant amiserūt. Si g̃ transacta multitudo g̃nis humani p ntitatē viruit in carne p morte aruit in puluere velut fenū fuit. Quia g̃ momētis suis hore fugiunt: agite frēs carissimi vt in bono opis mercede teneantur. Audite quid sapiens salomon dicat. Q̃dcunq; p̄t man⁹ tua facere. instāter opare. q̄ nec op⁹ nec racō. nec scia. nec sapia erunt apud inferos quo tu pperas. Qui a g̃ venture mortis tps ignora⁹ et post morte opari non possum⁹ supest vt ante morte tpa indulta rapiam⁹. Sic em̄ mors ipsa cū venerit vincit: si prius q̄ veniat sēp timeatur. Tu

Scd̄m lucam.

In illo tempore Dixit ihesus discipulis suis. Sint lū

bi vestri precincti: et lucerne ardentes in manib⁹ vestris. Et reliqua Omelia haymonis.

Inter ceteras virtu

tes quas dn̄s nr̄ ih̄s xp̄s discipulis tradidit et p discipulos nobis maximā et precipuā castitatē oñt Naz cū supius ad spontaneā paupertatem amandam nos incitasset dicens. facite vobis sacculos: qui non veterascunt thesaurū nō deficientē in celis. quo fur nō appropiat. nec tinea corrūpit. ɔtinuo de seruanda castitate adiecit dicēs. Sint lumbi vestri precincti. Q; em̄ luxuria viris in lūbis sit: et feīs in vmbilico: dn̄s testat cū de dyabolo loquit ad beatum iob. Virtus eius in lūbis eius: et fortitudo illi⁹ in vmbilico ventris eius. Lumborum ergo nomine hic luxuria designat cum dicit. Sint lūbi vestri precincti. Lumbos enim precingimus cū ardorem libidinis amore castitatis refrenamus. Taliter lūbos precinctos habebat iohannes baptista. de quo scriptū est. q̄ erat vestitus pilis cameli et zona pellicea circa lumbos eius: nec erat de immundis qui pp̄ter fluxum seminis eijciebātur extra castra: sed castitatē quam in mente habebat in ipso habitu corporis demonstrabat. Sic et helias zonā circa lūbos habebat. Qui em̄ non pp̄ter amorem filioꝝ iunguntur sed pp̄ter libidinem explendaz: lūbos precinctos nō habent: sed potius de illis sunt qui pp̄ter immūdiciā extra castra eijciuntur ɔpati iumentis insipientib⁹. Qui vero tollens mēbra xp̄i facit ea membra meretricis: nequaq̄ lūbos h; precinctos. qm̄ sicut vere ait aplūs paulus sine pace et castimōia nemo videbit deuz. Q̄ntum em̄ incorruptio carnis deo placeat. ipse p pp̄hetā testat dicēs. Hec dicit dn̄s

eunuchis qui custodierit sabba
ta mea ⁊ elegeint q̄ volui tenueint
qꝫ fedus meum. dabo eis in domo
mea. ⁊ in muris meis locum noīa
tum. ⁊ nomen melius a filijs ⁊ fi
liab⁹: nomen sempiternū qd nō
peribit Et in apocalipsi de talibus
dicitur Hij sunt qui cū mulierib⁹
non sunt coinq̄nati. virgines eñ
sunt. Qd cum omnibus fidelibus
generaliter obseruandū sit: speci
aliter tamen ministris ecclesiasti
ci ordinis custodiendum iniungi
tur: quando in veteri legē carnes
agni qui in figura corporis ⁊ san
guinis immolatus est. nō prius
comedere pmissi sunt: ꝙ renes ac
cinctos haberent domino dicēte.
Sic ergo comedetis illum. Renes
vestros accingetis. calciamenta
habebitis in pedibus. Item Et di
xit dominus ad moysen Loquere
ad aaron ⁊ ad filios eius. Homo
de semine vestro in quo fuerit ma
cula: nō accedat ad altare Si gib
bus fuerit. si lippus. si albuginez
habens in oculo. si impetiginē car
nis vel iugem scabiem. si cecus fu
erit vel claudus. si fracto pede. vel
torto naso. si fueit ponderosus vel
hermosus Qui eñ sacra misteria
manib⁹ tractare: ⁊ alijs ministra
re debent: dignum est vt ab omni
immunda pollutione sint alieni.
vt scilicet ⁊ mente sint casti: ⁊ cor
pore pudici. Quod in ope dauid
discimus. qui cū venisset ad abi
melech sacerdotez: non prius pa
nes sanctificatos accipe voluit: ꝙ
se suosqꝫ mundos a mulieribus
testarentur. non vtiqꝫ solū ab ali
enis: neqꝫ a ꝯcubinis: sed etiam a
ꝓprijs vxoribus. Ait enim. Et qui
dem si de mulierib⁹ agitur: conti
nuimus nos ab heri ⁊ nudiuster
tius. ⁊ fuerunt vasa puerorū mū
da Quapropter ꝯsideret vnusquis
qꝫ conscientiam suam. ⁊ si se incō
tinentem senserit in corpoē: absti
neat se a sacra cōmunione: ne for
te ad iudiciū accipiat: quod fide
libus datum est ad remedium ti
mens illud quod terribiliter cla
mat apostolus dicens. Quicunqꝫ
manducauerit panem vel biberit
calicem domini indigne: reus erit
corporis ⁊ sanguinis domini. Pro
bet autem seipsum homo: ⁊ sic de
pane illo edat: ⁊ de calice bibat.
Qui enim manducat ⁊ bibit indi
gne iudicium sibi manducat ⁊ bi
bit: nō dijudicans corpus domi
ni Vel certe aliter. Lumbos preci
gimus: cum omnia impedimenta
mundi postponim⁹: vt in via mā
datorū dei gressum mentis firmi
ter figere valeamus. Qui cum dis
cinctus est: ipsis suis vestimentis
impeditur: ne libere ambulet. Qui
vero precinctus est: quaquersus
liber discurrere pōt. Precingit ad
preliū miles ⁊ circa renes gladiū
portat quo aduersariū suū pcuti
at. Et tu ergo qui cupis eē miles
dei: precinge lumbos tuos ⁊ oīa flu
xa ⁊ impedimenta mūdi postpōe
vt pugnare valeam⁹ non aduer
sus carnez ⁊ sanguinē: sed aduer
sus mūdi rectores tenebrarū harū
cōtra spiritalia neqcie in celestib⁹.

⁊ impleatur in te quod idem apo
stolus subiungit. State ergo suc
cincti lumbos vestros in veritate ⁊
induti lorica iusticie. ⁊ calciati pe
des in preparacōe euangelij pacis
Taliter miles castrorum lumbos
precinxerat qn̄ audiuit. Accinge
sicut vir lumbos tuos Vn̄ ⁊ in lau
de ecclesie dicitur. Accinxit fortitu
dine lumbos suos ⁊ roborauit bra
chium suū. Quisquis autē talis ē
alijs ad exemplū imitacōnis ꝓpo
nēdus est. qꝛ sicut ait dn̄s. nemo
accendit lucernā: ⁊ ponit eam sub
modio: sed sup candelabꝝ vt luce
at omnib⁹ qui in domo sunt. Vn
de postq̄ dixit. sint lūbi vestri pre
cincti: ⁊ lucerne ardētes. quid p lu
cernas: nisi opa bona designant̄.
Lucernas ardentes hr̄e: est bona
opa alijs ad imitandū ostendere
Juxta illud qđ dn̄s alibi ait. Lu
ceat lux vestra coraꝫ hoibus vt vi
deant opa vestra bona ⁊ glorificēt
patrem vestrum qui in celis ē. Cō
siderandū aūt illud est qꝛ duo sūt
que precipiunt̄. lumbos. s. precin
gere. ⁊ lucernas ardentes habere
qꝛ nec castitas prodest sine bono
ope. nec bonū opus aliquid valꝫ
sine castitate. Primum enim pre
cipimur lumbos restringere ⁊ p⁹
lucernas tenere. qꝛ ille ad aliorū
exemplum ꝓmouendus est: in cu
ius pectore salutaria desideria vi
gent. ⁊ cuius menteꝫ carnalis vo
luptas nō occupat. Quod in lege
prefiguatum est: cū p moysē pre
cipit̄ vt leuite vsq3 ad quinquage
simū annū ministrent. post an

num vero quinquagesimū custo
des vasoꝝ fiant. Legitimū temp⁹
attendentes siue ad regendū siue
ad officiū predicacōnis suscipien
dum. Sed q̄ritur quare precipiat
lucernas tenere: cum alibi dicat.
Tu aūt cum oraueris: intra in cu
biculū tuū: ⁊ clauso ostio ora pa
trem tuū. Ad qđ dicendum. qꝛ ill̄
precipit̄ bonū opus ad exemplū
alioꝝ ostn̄dere: q̄ tam pfecti sūt: vt
ab hoibus laudati non extollan
tur. Illis aūt qui imperfecti sunt: ā
quos fauor human⁹ extollit: pre
cipit̄. tu aūt cum oraueris: intra
in cubiculū tuum. ⁊ cuꝫ facis ele
mosinā nesciat sinistra tua quid
faciat dextra tua. Et qꝛ iuxta iohā
nis vocem. si cor nostrum non rep̄
hendent nos: fiduciā habemus in
die iudicij. quicunq3 lumbos ha
bent precinctos: ⁊ lucernas arden
tes: aduentum dn̄i non tantum ti
mere debent q̄ diligere. Vnde et
subdit̄. Et vos sil̄es hoibus expe
ctantibus dn̄m suum: quando re
uertatur a nuptijs. vt cū venerit
⁊ pulsauerit: ↄfestim aperiant ei
Ad nuptias quippe dn̄s nr̄ abijt
quando ascēdens in celū: multitu
dinem angelorū nou⁹ homo sibi
sociauit. Tunc autem reuertetur
ad seruos suos: quando p iudici
um manifestari ceperit. Siue alit̄
Certe dn̄s nobis cotidie venit: cū
conscientias nostras p suaꝫ gra
tiam visitat. ⁊ cor nr̄m suo amore
inflammat. Pulsat vero: quando
per egritudinis molestiā vicinaꝫ
mortem denūciat. Cui ille statim

aperit· qui letus de corpore exit· et
eius speciem quez semper desidera
uit: videre concupiscit Pulsanti iu
dici aperire timet· q eius pceptis·
se minime obtẽpasse cognoscit· &
videre eum exiẽs de corpore trepi
dat· quem contempsisse se memi
nit & quasi videre iudicem metuit
cuius iussis se obtempasse nõ re
cognoscit· Sicut enim iudicis ad
uentum in ciuitate eius iusti dili
gunt· fures & latrones timẽt· ita &
aduentũ domini illi timẽt· qui ei⁹
pceptis se minime obtemperasse
sciũt· Soli autem illi diligũt· qui
recte se viuere recolunt· qd illoruz
est facere qui vitam suam qñtum
humana fragilitas patitur ĩcul
pabilem custodiũt & cor suum de
terreno amore· in celestis patrie
gaudio ponũt· Talis erat paul⁹
apostolus· qui de bonis actib⁹ se
curus dicebat· Ego autem iam de
libor & tempus mee resolucõnis
instat· Bonũ certamẽ certaui· cur
sum cõsummaui· fidez seruaui· De
reliquo reposita est michi corona
iusticie· Et iterũ· Cupio dissolui·
& esse cum xpõ· multo enim meli
us· Et rursus Viuo autem iam nõ
ego· viuit vero in me xpc· Taliter
pulsãti iudici· beatus martinus
aperire paratus erat· quãdo inter
egritudinis molestiam cõstitut⁹
discipulorum fletib⁹ cõmotus di
cebat· Grauis est domine pugna
laboris· qua hucusq certaui: sed
si adhuc populo tuo sum necessa
ri⁹· nõ recuso propter eos subire
laborem· fiat volũtas tua· Talib⁹

qualis remuneratio pparata sit·
dominus manifestat cum subdit
Beati serui illi: quos cum venerit
domin⁹: inuenerit vigilantes· Vi
gilare enĩz est: in bono opere vnũ
quẽq sollicitũ esse· Ille vero bene
vigilat· qui recte credit: & recte vi
uit Vigilat qui ad aspectũ veri lu
minis· apertos tenet oculos men
tis Vel certe vigilat qui torporez
& negligẽtiam a se excutit· & diui
nis mãdatis ardẽti animo intẽdit
Taliter paulus apostol⁹ vigilare
monebat· quib⁹ dicebat· Euigila
te iusti· & nolite peccare· Et iterum
Hora est iã nos de somno surge
re· Et rursus Vigilate & oãte· & sta
te in fide· Adhuc etiaz ipsi⁹ remu
neratiõis qualitas insinuatur
cum subditur· Amen dico vobis:
q precinget se: & faciet illos dis
cumbere· & trñsiens ministrabit il
lis Precingi vero dei est· ad retri
bucõnem se preparare· Nostrũ au
tem discũbere est· in eterna beati
tudine qescere· iuxta qd ipse alibi
ait Multi veniẽt ab oriente & occi
dente· & recũbent cum abrahã· et
ysaac & iacob in regno celoꝝ Trã
sire vero dicitur· cum post iudiciũ
ad regnũ properat Vel certe dñs
trãsiens nobis ministrabit· cũ de
forma humanitatis· vsq ad con
templandã claritatez diuinitatis
nos perducẽt· Omnib⁹ enim in iu
dicõ in forma humanitatis appa
rebit· iustis scilicet & iniustis· sicut
scriptũ est· & videbit omnis caro
salutare dei nostri· Sed reprobis
iusto iudicio dãnatis· iuxta illud

q8 scriptum est. tollatur impiꝰ ne videat gloriaȝ dei. solis electis trãsiet. quos de visiõe humanitatis. vsqȝ ad cõtemplandã claritatem diuinitatis sublimabit. vt qui modo intuẽtur tantũ hominẽ. tũc facie ad faciẽȝ mereãtur videre deum. qualiter pater in filio. et filiꝰ maneat in patre. Sȝ quia õibꝰ p̃sentis vite terminꝰ incertus est recte subiũgitur. Et si venerit in secũda vigilia. et si in tercia vigilia venerit. et ita inuenerit. beati sunt serui illi Antiqui enim: noctem in quatuor vigilias diuidebãt. ita vt vnaqueqȝ vigilia. trinas haberet horas Varietates namqȝ horarũ diuersitatẽ significant hũane vocacõis. Prima enim vigilia. primeuũ est tempꝰ nostre etatis. id est puericia. secũda vigilia adolescentia vel iuuẽtus. que pene ideȝ sunt. salomone dicente. Letare iuuenis in adolescẽtia tua Tercia vigilia senectꝰ est. Cum vero dominꝰ nõnullos in puericia bene operãtes ab hac vita vocat quasi ad seruos vigilantes. in prima vigilia venit. Cum vero alios in adolescẽtia vel in iuuẽtute. ab hac vita ducit. quasi in secũda vigilia venit. Si quis ergo in p̃ma vigilia vigilare noluerit saltẽȝ in secũda vigilet. idest si quis i puericia. a bono opere torpuit saltem in adolescentia vel iuuentute somnũ torporis a se excutiat. et dum virtus corporis viget. in bono opere se exerceat. Si quis autẽȝ tam negligẽs et desidiosus fuerit iuuẽtus vt nec in prima. nec in secũda vigilia vigilauerit. saltem in tercia. idest in senectute iam resipiscat. et tũc vigilare nõ timeat cum parum vigilaturus est. Necqȝ eniȝ sero cõuersos diuina pietas despicit. qui p propheta ait. Viuo ego dicit dominus. nolo mortẽ peccatoris: sed vt cõuertatur et viuat. Et iterum. Peccator quacũqȝ die cõuersus fuerit et ingemuerit. saluꝰ erit. Sed quia solet antiquꝰ hostis in hac parte tepidos decipere xp̃ianos. vt quibꝰ suadet culpam longaȝ promittat vitam. adhuc dominꝰ ammonẽdo similitudinẽ incerti finis subdit dicẽs. Hoc autẽ scitote quoniã si sciẽt paterfamilias. qua hora fur veniret vigilaret vtiqȝ. et nõ fineret pfodi domũ suam. Iuxta litteram ita est. quia paterfamilias thesaurum recõditum habẽs in domo. si furis aduẽtum sciret. vigilias instrueret. custodias adhiberet. infirmiora loca muniret et ne sua domus aliqua fraude pfodi posset sollicitus precaueret. Spiritalitar autẽ paterfamilias iste noster est animꝰ. qui tũc male securꝰ dormit. quãdo diem mortis obliuiscẽs a bono ope torpet. et breuissimũ tempꝰ vite p̃sentis: quasi longũ sibi promittit. Furis autẽ aduẽtus mors est que iprouisa. subito dum nõ speratur veniens. thesaurũ anime nostre ad penas rapit. Hꝰ ergo furis aduẽtũ vt p̃cauere possimꝰ. necesse est vt diẽ mortis semp ãte oculos habeamꝰ. Multũ enim nos aduersus

pctm̄ iuuat. si finis vite a memoria nō recedat. monente scriptura. In omnibꝰ operibus tuis memorare nouissima tua et in eternū non peccabis. Vnde et dn̄s ammonendo subiungit dicēs. Et vos estote parati quia hora nō putatis. filiꝰ hois veniet. Si autē terminū vite nostre sciremꝰ. aliud tempꝰ fortassis voluptati. et aliud tempꝰ penitentie deputaremꝰ. Cum vero omnibus incerta sit hora mortis. nō debet esse cōscientia secura a bono ope. quia dominꝰ omnipotens qui neminē vult perire: sed omnes ad cognitionem veritatis venire ideo voluit nos latere vltimū diem. vt dū ignoratur vnꝰ. obseruetur omnes. Qd autē ait. qua hora nō putatis filius hois veniet. si ad diē iudicij referamꝰ manifestū est. quia incertꝰ est omnibus et incognitꝰ. sicut ipse dicit in euangelio. De die autē illa et hora nemo scit neque angeli in celo neque filius hois. nisi pater solus. Et iterū. Sicut fuit in diebꝰ noe. sic erit aduentus filij hois. Et rursum. Sicut fulgur egredit ab oriēte. et penetrat in occidētem. sic erit aduētus filij hois. Et post suam resurrectionem querētibꝰ discipulis ait. Non est vestrū nosse tempora et momenta que pater posuit in sua potestate. Vnde petrus apostolꝰ dicit. Dies domini sicut fur in nocte ita veniet. Sed qd tūc generaliter futurū est omnibus in resurrectione animarū et corporū. quotidie fit singulis in animabꝰ. Dum enim nō putamꝰ filius hominis venit. quādo subita morte pueniti. ipsum habemus terminū peccandi. quem et viuendi. Et dum mala nō deserimꝰ: sed a malis deserimur. seram agimꝰ penitentiam. non attendētes illud qd scriptum est. Ne tardes cōuerti ad deum. neque differas de die in diem. ne subito veniat ira eius. et in tempore vindicte disperdat te.

Scdm Lucam.

In illo tēpore Dixit ihesus discipulis suis. Nemo accendit lucernā et in abscondito ponit. neque sub modio: sed sup cādelabrū. vt qui ingrediūtur. lumen videant Et reliqua. Omel' venera. Bede psbiteri.

E seipso dominus hec loqtur. ostendēs et si supra dixerit. nullum generationi neque. nisi signum ione dandum. nequaquam tamē lucis sue claritatem fidelibus occultādam Ipse quippe lucernam accēdit. qui testam humane nature. flāma sue diuinitatis impleuit. Quā profecto lucernam. nec credentibus abscōdere. nec modio supponere. hoc est sub mēsura legis includere. vel intra vnius iudee gētis terminos voluit cohibei. Sed supra candelabrū inquit. vt qui ingrediūtur lumen videant. Candelabrū ecclesiam dicit. cui lucernā superposuit. quia nostris in frontibꝰ fidē sue incarnationis affixit. vt qui ecclesiam fideliter ingredi voluerint. lumē veritatis palam queāt intueri

Qua sententia iudeorum quoque proce
res condemnat. qui signa querentes
tes exterius. aptam lucis ianuam. no
luerunt intrare credendo. Denique pre
cipit ne opera tantummodo: sed et cogi
tationes. et ipsas etiam cordis inten
tiones. mundare et castigare memi
nerint. Nam sequitur. Lucerna cor
poris tui. est oculus tuus. Corpus qui
dem dicit opera. que palam cunctis
apparent. oculum vero ipsius mentis
intentionem qua operatur. et de cuius
merito. eadem opera lucis ac tenebra
rum sint opera discernuntur. sicut ipse
consequenter exponit dicens. Si ocu
lus tuus fuerit simplex: totum corpus
tuum lucidum erit. Si autem nequam fu
erit. etiam corpus tuum tenebrosum
erit. Si inquit pura. rectaque intenti
one. que potes agere bona studu
eris. lucis profecto sunt opera que fa
cis. etiam si coram hominibus imperfe
ctionis aliquid habere videantur. quoniam
diligentibus deum. omnia cooperantur
in bonum hijs qui secundum propositum
vocati sunt sancti. Si autem perversa
est intentio que precedit. pravum est
omne opus quod sequitur. quamvis re
ctum esse videatur. Vide ergo ne lu
men quod in te est. tenebre sint. hoc
est. ne ipsa cordis intentio. que lu
men est anime. viciorum caligine
fuscetur. sedula discretione perpen
de. iuxta quod alibi precipitur. omni
custodia serva cor tuum. quoniam ex
ipso vita procedit. Si ergo corpus tu
um lucidum fuerit. non habens ali
quam partem tenebrarum. erit luci
dum totum. Et sicut lucerna fulgoris
illuminabit te. Totum corpus nostrum

omnia opera nostra dicit. quia et
apostolus membra nostra nuncu
pat quedam opera que improbat
et mortificanda precepit dicens Mor
tificate membra vestra que sunt
super terram. fornicationem. immun
diciam. libidinem. et cetera talia. Si
igitur ipse bonum. bona intentione
patraveris. non habens in tua con
scientia aliquam partem tenebrose
cogitationis. etiam si contigerit ali
quem proximorum. tua bona actio
ne noceri verbi gratia. aut de pecu
nia quam a te indigens et petens ac
cepit facere vel pati aliquid ma
li. aut de verbo exhortationis. quo
errantem corrigere volebas forte
periciosius errare. tu tamen pro tuo
simplici et lucido corde. et hic et in
futuro lucis gratia donaberis Tu
autem.

Lectio sancti euangelij.
Secundum Lucam.

In illo tempore Dixit
ihesus discipulis suis Qui vos au
dit. me audit. et qui vos spernit. me
spernit. Et reliqua. Omelia venera. be
de presbiteri.

In superioribus plan
xit dominus civitates. que post ma
gna miracula atque virtutes factas
in se. non penituerunt peioresque gen
tilibus. qui naturale solummodo ius
dissipabant. post descriptum legis
contemptum. filium dei quoque concul
care gratiamque ingrati spernere non
timuerunt. Et ne quis putaret hanc
increpationem illis tantummodo

ciuitatibus: vel ꝑsonis que dn̄m
in carne videntes spnebāt ⁊ nō in
oībus q̄ hodie euāgelij v̄ba despi
ciunt ɔuenīē: ɔseq̄nter adiūxit di
cens Qui vos audit me audit. ⁊ q̄
vos spnit me spernit. vt in audiē
do quicꝫ vel spnendo euāgelij pre
dicatore: nō viles iā q̄scꝫ ꝑsonas
sed dn̄m saluatorem. immo ipsū
se spnere vel audire disceret Nā se
quit̄. Qui autē me spernit: spernit
eū qui misit me. qꝛ ꝓcul dubio in
discipulo mgr̄ audit̄ ⁊ in filio pr̄
honoratur. Pōt ⁊ ita intelligi Qui
vos spnit me spernit. q̄ non facit
miam vni de fratribꝰ meis mini
mis. nec michi facit. qꝛ ⁊ ipse pro
hijs formā serui ⁊ paupis suscepi
Qui aūt me spernit nolens credere
deū. ⁊ filiū dei ɔculcans: spnit eū
q̄ me misit. qꝛ ego ⁊ pr̄ vnū sumꝰ.
Reuersi sunt autē. lxxij. cum gau
dio dicentes. Dn̄e etiam demonia
subijciunt̄ nobis in noīe tuo. Bn̄
quidē ɔfessi sunt deferentes hono
rē noī xp̄i. sed qꝛ infirma adhuc
fide gaudebāt in virtutibꝰ vide q̄d
audiāt. Et ait illis Videbā satha
nam sicut fulgur de celo cadentē.
Non mō video sed priꝰ videbā qn̄
corruit. Qd aūt ait. sicut fulgur. l
precipitē de supnis ad ima lapsū
significat. vel qꝛ deiectꝰ adhuc trāſ
figurat se in angelū lucis Quia ꝯ
discipulos de signoꝝ opacōne vi
dit elatos: exēplo eos terret. atqꝫ
ad humilitatē reuocat: eius q̄ iā
supbiendo cecidit: vt q̄ hunc ob
supbiam celo recordarent̄ eiectū
multo magis se de t̄ra editos si su
ꝑbierint humiliandos agnoscāt
Ecce dedi vobis ꝑtātem calcādi su
pra serpentes ⁊ scorpiones. ⁊ sup
oēm virtutē inimici. ⁊ nihil vobis
nocebit. hoc est oē genus immun
doꝝ spūum de obsessis corporibꝰ
eijciendi Quis ⁊ ad l̄rām rectissi
me possit accipi. Deniqꝫ ⁊ paulꝰ
a vipa nil aduersi patit̄. ⁊ ioħes
vt historia tradit hausto veneno
nō ledit̄. Hoc sane inter spentes
q̄ dente. ⁊ scorpiones q̄ cauda no
cent distare arbitror qꝛ serpentes
apte seuientes. scorpiones clancu
lo insidiantes vel hoīes vel demones
siḡficent. Serpentes q̄ inchoādis
virtutibꝰ venena praue ꝑuersio
nis obijciunt. scorpiones q̄ ɔsum
matas virtutes ad finē vitiare cō
tendunt. Verumtn̄ in hoc nolite
gaudere. qꝛ spūs vobis subijciun
tur. De subiectiōe spūum cū caro
sint gaudere ꝓhibent̄. qꝛ spūs eij
cere sicut ⁊ v̄tutes alias facere int̄
dum nō eius meriti qui opatur:
sed inuocatio nomīs xp̄i hoc agit
ad ɔdemnationē eoꝝ q̄ inuocant
vel ob vtilitatē eoꝝ qui vident et
audiunt ɔceditur. vt licet hoīes
despiciant signa facientes: tn̄ deū
honorent ad cuius inuocacōem fi
unt tanta miracula. Nā ⁊ in acti
bus aploꝝ filij sceue videban
tur eijcere demones. ⁊ iudas apo
stolus cū animo ꝓditoris multa
signa inter ceteros aplos fecisse
narratur. Gaudete aūt qꝛ noīa ve
stra scripta sunt in celis Si satha
nas inq̄t ꝑ supbiā in celis sedere
cū socijs amisit: non oportet vos

de illoꝝ humiliacõe: sed de vestra sublimatione gaudere. quatenꝰ vnde illi ruere subleuati: vos humiles ascendatis. Non aũt pueriliter sapiendũ quasi deus ad remediũ obliuionis bonos in celis: malos scribat in terris dicente iheremia Vniuersi qui derelinquunt te cõfundent̃. recedẽtes a te in terra scribent̃: sed salubriter intelligendũ ꝙ siue celestia siue terrestria quis opa gesserit: p hec quasi litteris annotatus apud dei memoriã sit eternaliter affixus. Tu

Scdm matheum

In illo tempore Dixit ihs discipulis suis Vos estis sal terre. Qđ si sal euanuerit: in quo salietur Et reliqua Omelia augustini epi.

Sermone supe

riori dñi exẽplo adhortatus ẽ ꝙ vera dicentes solent persecucõem pati: nec tñ ideo ꝓphete antiq̃ timore psecutionis a veritatis predicacõne defecerunt. Rectissime itaqȝ sequit̃. vos estis sal terre ostẽdens fatuos esse iudicandos. qui tpalium bonoꝝ vel copiam sectãtes vel inopiã metuentes amittũt eterna. q̃ nec dari pñt ab hoibus nec auferri. Itaqȝ si sal ifatuatꝰ fuerit in quo salietur. i. si vos p quos condiendi sunt quodãmmõ ppli metu psecutionũ tpalium amiseritis regna celoꝝ: qui erunt hoies p quos vobis error auferatur: cũ vos elegerit deus p quos errorem auferat ceteroꝝ. Ergo ad nichilũ valet sal infatuatꝰ nisi vt mittat̃ foras et conculcet̃ ab hoibus Nõ itaqȝ calcatur ab hoibus qui patit̃ psecutionem sed qui timendo persecutionẽ infatuat̃. Calcari enim non potest nisi inferior. Sed inferior non est. qui q̃uis in corpe multa sustineat in terra: corde tamen in celo fixus est. Vos estis lux mũdi. Quõ dixit superius sal terre: sic nunc dicit lux mundi. Nam neqȝ supius ista terra accipienda est: quã pedibus corporeis calcamus sed hoines qui in terra habitant: vel etiã peccatores quorum condiendis et extinguendis putoribꝰ apostolicũ salem dominus misit. et hic mundũ non celũ et terram: sed homines qui sunt in mundo: vel diligunt mundũ oportet intelligi: q̃bus illuminandis apostoli missi sũt Non pt ciuitas abscondi sup mõtem constituta. i. fundata sup insignem magnãqȝ iusticiã quã significat etiã ipẽ mons. in quo disputat dñs. Neqȝ accendunt lucernã et ponunt eã sub modio Quid putamꝰ ita esse dictũ sub modio: vt occultatio tm̃ lucerne accipienda sit. tanꝙ diceret. nemo accẽdat lucernã et occultet illã. An aliq̃d etiam modius significat: vt hoc sit ponere lucernã sub modio. superiora facere corpis commoda ꝙ predicationẽ veritatis vt ideo quisqȝ veritatem nõ predicet. dũ timet ne aliq̃d in rebꝫ corporalibꝫ et tpalibꝫ molestie patiat̃. Et bene modiꝰ dr: siue ꝓpter retributionẽ mensure ꝙ ea

quisq3 recipiet que gessit in corpe
vt illic inquit apl's recipiat vnus
quisq3 q̄ gessit in corpe: a tanq̄ de
hoc modio corpis: alio loco dicit
In qua em̄ mensura mensi fueri
tis: in ea remetiet vobis. siue quo
niā tpalia bona q̄ corpe pagunt
certam dierꝝ significat mensurā.
a inchoant a transeūt: quā fortas
sis sig̃ficat modius. eterna vero
a spiritalia nullo tali fine cohercē
tur Non em̄ ad mensurā dat deus
spm̄ Sub modio g̃ lucernā ponit
q̄squis lucē doctrine bone ɔmodis
tpalibus obscurat a tegit. sup cā
